82 ANG.†Quæro an laicus possit accusare clericũ? Dicas rl̃r quòd non, nisi in casibus exceptis, & nisi prosequat̃ suam, vel suorũ iniuriã, vt no.Spec.in tit.qualiter procedat̃ in accusatione,§.tertio videndum, versi.& no.ꝙ accusatus, & vers.itẽ quòd est laicus, & quis sit competens in cã crĩali cõtra clericũ, presbyterũ, diaconũ, subdiaconũ, vel ep̄m: no.in Spe.in tit.qualiter in accu.procedatur,§.quarto loco, per totum §.

AVG. Tu aũt in hac materia adde dicta Gandi.in rub.quis possit accusare vel non. in vers.item repellũtur, clericos & alias ecclesiasticas personas accu.qui per tex.in authen.cã, quæ fit cum monacho, C.de epis.audien.vult, ꝙ tunc laicus repellitur accusare ecclesiasticas personas, quoties coram iudicibus secularibus vult accusare, & melius hr̃ hoc de iure nouissimo, ĩ auth.ad de b cus & decorem.Sed de ista*b* materia late vide per gl.& tex.Io.And.Inno.Ant. de But. Abb. & Imo.in cum P.Manconella: extra de accu.vbi gl.enumerat oẽs fallentias, vbi laicus potest accusare clericum, & per Spe. in ti.de accu.in j.par.§.j.ver. item ꝙ est laicus, qui non potest clericum accusare. vbi multos tex.de iure cano.allegat.

HIER. Vide Bonif.Vitali. in tract.malefi.in rub.qui acc.non pos. in med.ver.itẽ cleric⁹ &c.& notabilẽ distĩctionẽ D.Henr. Boyc, in c.de cætero, extra de testi.in j.dist. & adde ꝙ ad accusationẽ clericorũ nullus admittit̃ q sit ignotus, vel suspectus de falsitate, vel inimicitia, c.accusatorib.c.canonica, & c.accusatores, 3.q.3. & hoc nisi pri⁹ inq rat̃ de vita, q̄ fide, & intentione eius, vt in c.q̄rẽdũ, & c.si qui.2.q.7. & ibi per Arc. & p Inn.& Doc. vbi D.Anc.facit no distĩctionẽ in c.cũ P. Mãconella, de acc.per Hẽricũ vbi s̃.2.dis. & de ista materia vltra hic alle.vide Doct.in d.c.de cætero, de testi.

ADDITIONES.

a ¶Consensus patris. *Adde ad hoc Bal.in consi. 69.in 5.vol.& Pe.de Anch.in cons.72.Ber.*

b ¶Sed de ista materia. *Tu vltra hoc adde Federi. de Sen. in consil.93.& Cepol. in consil.11. Ber.*

83 *Iudex cōpetens in cā criminali est ordinarius.*

83 ANG. † Quæro, quis est iudex cōpetēs in
cā criminali. dic ꝙ ordinarius non delega-
a tus, *a* qm̄ causa criminalis non pōt delega
ri, nisi a principe: & nisi in certis casib. l. 1.
ff. de offi. eius cui mandata est iuris. & ibi
gl. & Doct. no. Spe. de offi. delegati, §. exci-
pit. in vers. itē ꝙ est delegatus in causa &c.

AVG. Tu aūt in hac materia adde quæ
dixi supra in ver. iudicem maleficiorum.

84 *Accusatio si recte producatur, & iudex non vult ipsam admittere, vel postquam admisit, non vult testes super ea examinare, facit litem suam.*

84 ANG. † Quæro an si producatur accusa-
tio, & ipse iudex non uult ipsam accusatio
b nem recte productā admittere, *b* uel postq̄
admisit, non uult testes super ea examina-
re: dic quod talis iudex facit litem suam, &
tenetur in syndicatu, l. argentarius, §. ad
hoc nunc, ff. de eden. Ita no. Bal. in l. man-
cipia. in prin. C. de ser fugi.

AVG. Tu adde quæ dixi in l. 4. §. in eū,
ff. de dam. inf. vbi ultra oēs Doc. posui ma
teriam qualiter puniātur. Et in quantum
isti iudices nolentes administrare iustitiā,
& ibi pulchra multa dixi ultra Docto.

HIER. In ista materia multa possē ad-
ducere, sed esset occupare mēbranas: iō ul-
tra Doc. ubi Lud. & Ale. aliqua dn̄t, in d. l.
3. §. in eum. dabo remissiones, vbi latissime
examinat̄ materia, & uideatis Amedeū, q
latiss. per tres col. multa cōgerit in trac. de
syn. in gl. super uerbo, item in eo & de eo
&c. Pari. de Put. in tract. de syn. in uerbo, ne
gligentiā, char. 72 in uer. contra. & in uer.
qualiter, char. 74. Itē qualiter probetur ne
gligentia. uide no. Bar. in cons. 102. incip.
charissime domine &c. & Cor. in cōs. 100.
consuluit dominus &c. in 1. parte. in prin.

85 *Accusatio pro crimine ciuiliter intentata, an possit eti[illegible]m pro eodem criminaliter intentari.*

86 *Condemnatus in criminali, an possit conueniri ciuiliter.*

87 *Confessio facta in ciuili, quando praiudicet in criminali.*

88 *Confessio facta in uno iudicio tunc nocet in alio inter easdem personas, nisi contra illam confessionem in primo iudicio fuerit pronunciatum.*

85 ANG. † Queritur, si actum fuerit pro cri
mine ciuiliter, an possit ēt pro eodē crimi-
c naliter accusatio interponi. *c* Istā q. ponit
Bar. in l. prætor ait, §. hoc edicto, ff. vi bon.
rap. & Imo. in l. interdum, ff. de pub. iu. ubi
concludit, ꝙ si obtinuit in ciuili, indubitā-
ter poterit postea crīaliter accusare, nō ta-
men probationes in ciuili sufficiunt in cri
minali, ut l. fi. C. de prob. & sic iterum pro-
duci debent testes: quia testibus, & non at-
testationibus creditur, l. 3. §. item diuus. &
ibi Flo. ff. de testi. faciunt tamen acta in ci-
uili aliqualem presumptionē in crimina-
li, ut no. gl. in l. si quis à se fundū, C. ad le.
Iul. de vi. & ibi Doct. Sed Bald. in l. 2. C. de
eden. in ver. uenio ad secundam partem, &
dico. dicit, ꝙ in effectu prædicta sunt uera,
quando probatio est uariabilis: puta, facta
per testes. Sin autem non posset uariari, ut
puta, quando in ciuili causa aliquid est cō
sensus, uel sunt instrumenta publica ꝓdu-
cta inter te, & me. Tunc talis ꝓbatio facta
in ciuili, prodest in criminali, l. pe. C. de ar-
bi. & extra de test. c. presentata, si uero reus
fuit absolutus, tunc si fuit absolutus, quia
crimen non fuit commissum: tunc non po
test accusari criminaliter, & hoc casu abso
lutoria lata in ciuili parit exceptionē rei
iudicatæ in criminali, arg. eorum quæ ha
bentur in l. fi. C. de fide instr. Si uero fuerit
lata, quia non fuit probatum, tūc præiudi
cat in criminali. Si uero est lata simplici-
ter, tūc si ex actis pōt apparere de causa, ex
illa uidetur lata, per notata in l. si q̄s ad ex
hibendum, ff. de exceptio. rei iudi. Si uero
non apparet, tunc in dubio uidetur lata ex
d eo, quia non probatum, *d* per leg. Iulia.
ff. de cond. inde. ibi. sed si aliquis fuit accu-
satus, uel inq̄situs criminaliter, & absolu-
tus, an possit ipse de eodē delicto ab alio ac
cusari

ADDITIONES.

a ¶ Delegatus. *Adde & vide omnino Franc. de Are. in consi. 63. Ber.*

b ¶ Admittere. *Adde tu qualiter puniatur denegans iustitiam, uide Alex. in cōs. 3 in 1. vol. & Car. in cōs. 150. & an repræsaliæ possint cōcedi, si iudex est negligens in ministrando iustitiam. & vide per Ro. in cons. 158. & cons. 179. Ber.*

c ¶ Interponi. *Adde tu quando probationes factæ in ciuili probent in criminali. uide Pau. de Cast. in consi. 327. in nouiter impressis.*

d ¶ Probatum. *Adde vltra dicta Augu. Ari. infra. & uide Ro. in consi. 329. Ber.*

a cusari. *a* vide tex.gl.Bar.Ang. ĩ l.si cui,§.j.
ff.de accu.& Sal.in l.qui crimen, C.de acc.
86 †Quid aũt econtra, an cõdemnatus in cri-
b minali, possit conueniri ciuiliter, *b* dic qđ
sic, si remanet sibi bona. ita dicit Bar.in d.
l.prætor ait hoc edictum, ꝙ condemnatus
in criminali, potest postea ciuiliter conue
niri, si remanent sibi bona. Quinimo plus
vĩ, quod probationes factę in criminali, fa
ciant fidem in ciuili, quia cessant rationes,
quæ dictæ sunt supra. Vnde ex quo eadem
quæstio vertitur inter easdem personas, vi
detur quod facit fidem. & hoc tenet Bar.in
l.2.§.2.ff.vi bono.rapto. Sed Imo.in d.l.in
terdum, tenet contrarium, quia licet sint
eædem personæ, tamen causa est mutata.
Igitur non obstat exceptio rei iudica. facit
quod no.Inn.in c.veniens, extra de testib.
AVG. Tu aũt in hac materia adde ꝙ in
quantum dictum est, ꝙ si lata est sñia cõ-
demnatoria in ciuili, potest postea agi cri-
minaliter. & intellige hoc verũ, vbi illa ci-
uilis est ĩtẽtata ad ꝓsecutionẽ rei familia-
ris, sed si sit ꝓposita ipsa ciuilis ad meram
vindictã, & cõdemnatoria est lata, & est sa
tisfactum, tunc nõ posset agi criminalirer
vllo modo. Sed bonus iudex non dẽt tunc
pati, vt ꝓponatur ciuilis, & omittatur cri-
minalis, propter magnũ præiudicium, qđ
reipub.paratur, sic intelligiẽ sing.text. in l.
prætor edixit, §.1.ff.de iniur. ubi uolẽs age
re ciuiliter ad vindictã, de iniuria nõ debet
audiri, sed accuset criminaliter si uult. Ista
sunt verba aurea Ang.ĩ l.j.C.qñ ciui.actio
præiudi.crimi.in 1.& 3.col.& Bal.in l.edi-
ta, in 32.col.C.de eden.& infra in seq.q.
ẽt dicetur. & vide Do.Ant.de But.& Doct.
in c.de his.extra de accu. Sed aduerte, quia
cũ supportatione Ang.in d.l.j. male loqui
tur, in quantũ vult, quod iudex non debet
ꝑmittere, ꝙ primo agatur ciuiliter ad uin-
dictam, quia speciale est, vt d.l.prætor edi-
xit, §.j. s.in causa homicidij, quia licet de
omni crimine possim agere ciuiliter ad vĩ-
dictã, & criminaliter, vt not.in locis supra
alle. & si actum sit ciuiliter ad vindictam,
tunc indistincte sñia absolutoria, uel cõdẽ
natoria parit exceptionem rei iud.in cã cri
minali. Falit tñ isto casu in crimine homi-
cidij, quia iudex non debet pati, quod illa
ciuilis ad uindictã primo intentetur. & ita
dixit Ang.in l.quod senatus, ff.de iniu. ita
intelligens illũ tex.sing.in d.l.prætor, §.1.
Quinimo Bar.in d.§.1. hoc dixit. & Sal.in
l.ex morte, C.ad l.Aquil.in 3.col. & q̃a ista
materia amplissima est, an si actũ est ciui-
liter, possit agi crimina. vel econtra. Adde
oĩno pulchra verba Bal.in l.1.C. ad l. Iul.
de plagia. & ultra oẽs posuit Ang. in d.l.j.
C.qñ ciui. actio p̃iu. cri. vbi ponit aliqua
noua, & ibi vide Sal.& per Doc.maxime ꝑ
Bal.Ang.& Sal. post gl.in d.l.ex morte, C.
ad leg. Aquil. & multas gl.in hac materia
alle.Sal.in l.j.C.qñ ciui.actio.p̃iu.cri. Et ꝑ
Doc.maxime per Imo.in c.de his, extra de
87 accu. †Item inquãtum s̃. dictum est, ꝙ cõ-
fessio in ciuili, p̃iud. in crim. Adde, ꝙ idem
tenet Io.And. & alij in c. per inquisitionẽ,
extra de elec. per l.generaliter, in fi.in rõne
sui, C.de non num.pecu.no. Doc.in c.2.ex-
tra de ord.cog.Ant.de Bu.in c.cũ dilectus.
de capel.mona. qđ est verum in confessio-
ne principali, secus in confessione procura
c toris: *c* quia in eo cessat ratio posita in d.l.
gñaliter. & sic non nocebit dño in alia cã.
Ita eleganter dixit Compo. & Io. And. in
d.c.per inquisitionẽ. & Spe.in ti.de confes.
§.nunc uidendum, in ver.sed nũquid cõfes
sio. & Pau.de Leaza.in c.fi.de confes.quod
est notan. ẽm do.Ant.de Bu.& Imo.in c.j.
extra vt lit.nõ cõte. & plenius per do.Ant.
88 in d.c.per inq̃sitionẽ, ad fi. †Et tene mẽti,
ꝙ cõfessio facta in vno iudicio, tunc nocet
in alio inter easdẽ personas, nisi contra illã
cõfessionẽ in primo iudicio fuerit pronun
ciatũ. gl.est no.in auth.itẽ possessor, in gl.
qui pot.in pig.hab. & ibi Bar.dubitauit de
illa

ADDITIONES.

a ¶Accusari. *Adde & vide de hoc per Alexan.in cons.11.2.col.in 1.vol.Fran.de Are.in cons.58. & per Rom.in consi.213. & an monachus puni tus per Abb. possit per ordinarium pu* [illegible] *vide per Roma.in cons 375.*

b ¶Ciuiliter. *Et an & quando sententia lata in causa criminali faciat fidem in ciuili. vide Bal. in cons.29 in 1.vol.Ber.*

c ¶Confessione procuratoris. *Adde de hac con fessione ꝙ præiudicium faciat. & vide per Cepo. in cons.21. & ꝙ confessio reprobata per iudicem sit nullius momenti, adde Rom. in cons.59. & consi.71 & ibi idem in confessione reprobata ex legis dispositione.*

illa gl. sed vide Bart. in l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inof. test. Et vide dicta Inn. in c. mulieri. extra de iureiur. & Bal. in auth. sed nouo iure, C. de pęna iud. qui male iudica. & Bal. in l. si q̃s in hoc genus: de epis. & cler. An autem sñia absolutoria videat̃ lata, quia non fuit delictum commissum, vel q̃a non probatum. Adde vltra prędicta, dicta Bal. & Ang. ĩ d. l. ex morte, C. ad leg. Aqui. & do. Ant. de But. & Imo. in c. de his, extra de accus. & Bar. in l. qui Romę, §. duo fratres, ff. de verb. obl. Bar. & Imo. in l. ex duobus, ff. de duob. re. cõiter tenet̃, quia non probatum, licet Ang. tenuerit contrariũ in d. l. ex duobus. Cuius opinionẽ possumus intelligere, qñ ex actis apparet maleficiũ nõ fuisse cõmissum, prout expresse declarant Bal. & Ang. in d. l. ex morte, quia verba sñiæ generalia semper debẽt limitari ex actis, gl. in c. si confirmationẽ, de ele. in 6. gl. & Bar. in l. si quis ad exhibendum, ff. de excep. rei iud. Bal. in c. cũ sup, ad fi. de cã posses. & proprie. Et de materia vide late per Ang. & Sal. vbi latissime loquunt̃, in d. l. j. C. qñ ciuil. actio præiud crimi. & ibi Ang. pulchra verba ponit, an in dubio p̃sumat̃ absolutoriã fuisse latã, q̃a non fuit cõmissum delictum vltra, q̃a nõ probatum.

HIER. In hac materia vr̃ ita distinguẽdum, ẜm Pet. de Anch. in c. de his, extra de accus. aliquibus tñ addatis, ꝙ aut est secuta absolutoria super facto, vt quia crimen non est commissum, & tunc non possit agi alia, aut pronũciatum est super iure, vt q̃a non est probatum, & poterit iterũ agi, vt in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiu. & no. Dy. in reg. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. fi. col. vers. dico igitur; aut lata est prima sñia cõdẽnatoria, & tunc sine dubio poterit agi secundo iudicio, vt in l. j. & ibi Cy Iac. de Are. Pet. & Alb. de Ro. sequuntur hanc distinctionem: hoc tñ finale mẽbrum intellige, ꝙ si ista cõdẽnatoria sit lata in ciuili tenderet ad vindictã, p l. qđ senat⁹. & l. p̃tor, §. j. ff. de adult. & ẜm Doc. in d. l. vnica, & Abb. in c. tuæ, de procur. & Fel. in d. c. de his, in 3. col. in 6. limit. Sed dubiũ est, quid si simpl̃r lata sit absolutoria an videat̃ lata, q̃a non fuit cõmissũ delictũ aut q̃a nõ fuit probatum. Et br̃ omissis opin. dicatis, ꝙ cõis opi. Doc. est, ꝙ lata sit, quia nõ probatum, vt dicit hic Aug. & ita concludunt Doc. in d. c. de his, de accus. vbi Fel. allegat plures concord. de qua ẽt materia videatis Henr. Boyc, in c. cum dilectus, de ordi. cogni. Secundo inquantum tangit̃ hic per Ang. & Aug. ꝙ confessio facta in ciuili, præiudicat in crĩali. videatis latis. remissio. per Fel. in c. qualiter, & qñ, extra de accus. in §. ad corrigendos, in 9 & 10. col. & ponit limitationem, de qua hic per Augu. vbi eũ videbitis remissiue qñ acta in vno iudicio faciant fidem in alio &c.

89 ***Pendente criminali iudicio super crimine intẽtato per iudicem inquirentem, vel etiam eo finito, an possit ciuilis actio intentari per partem offensam ad suum interesse.***

89 ANG. † Quæro, an pendẽte criminali iudicio super crĩe intentato per iudicem inq̃rentem, possit ciuilis intentari per partem offensam ad suũ interesse, vel ẽt eo finito, vr̃ ꝙ sic: q̃a regula prohibitiua, l. j. C. qñ ciuil. act. p̃iud. crim. hẽt locum qñ vnus, & idẽ est promotor iudicij crĩalis, vel ciuilis. sed q. nostra loquit̃ qñ sunt diuersi, vt iudex & pars. Vñ non dẽt per factum vnius alteri p̃iudicari, vt in regula, non dẽt. extra de reg iur. In contrarium facit l. j. C. qñ ciuilis act. p̃iud. crim. & quia factum iudicis, est factum partis, l. si ob causam, C. de euic. Maxime cum inquisitio hodie succedat in locum ordinarię accusationis per statuta terrarum, vt tractat Bar. in l. 3. ff. de adult. igitur &c. Sed tñ ego teneo primam partẽ, quia factum partis nõ pręiudicat iuri publico ad vindictã publicã, l. 1. cũ gl. & Bar. ff. ad Sill. Ita econtra factum iudicis, nõ debet præiudicare parti, qñ prosequit̃ suum interesse, l. qui de crĩe, ff. de fal. l. fi. ff. de priua. delict. l. fi. ff. de furt. Qđ sane intelligas, qñ actio ciuilis intentata tendit ad prosecutionẽ rei familiaris, secus si ẽt ciuilis tenderet ad vindictã, iuxta gl. singularẽ in l. si cũ emancipatus, §. si duo emancipati, ff. de colla. bono. Nam si ẽt ciuilis intentata fuisset ad vindictã, & nõ ad prosecutionẽ rei familiaris, vel p emẽdatione dãni interesse & expẽsarũ. Tũc sñia absolutoria lata in crĩali, pareret exceptione rei iud. in ciuili, iõ non põt agere ẽt ciuiliter: sinaũt ageret quo ad resarciendũ suum interesse, & expẽsas operarum deperditarum, & tũc potest agere, ita no. Bar. in l. ait prętor, §. interdũ, ff. vi bo. rap. & in l. prætor, §. j. ff. de iniu.

AVG. Tu aũt in hac materia adde, qđ miror ꝙ do. Ang. hic in hac sua q̃st. quam formauit in terminis, non allegauerit Bal. in c.j. de appel. in 4. col. qui dixit, quod illa regula, posita in l.j. C. quan. ciui. act. p̃iud. cri. non habet locũ in iudice formãte inq̃sitionẽ, prout s̃. formauit do. Ang. q̃st. suã, qui p̃supponit, ꝙ formata sit inquisitio ꝑ iudicem. Et ratio est, quia sunt ꝑsonæ diuersę iudex & pars. Et multo fortius posset pars ipsa formata inquisitione per iudicẽ intentare suã ciuilem, si ex tali inquisitione reus condẽnaretur ad mortem. Ad hoc allego sing. doctrinã Bal. in l.j. C. de appel. in 2. col. qui dicit, quod vbi quis venit condemnandus ad mortem, tunc nõ hẽt locũ ti. qñ ciuilis, ac. p̃iu. cri. q̃a isto casu, simul & semel possunt cumulari. Et ratio est, q̃a frustra actor intẽtaret iudicium ciuile reo mortuo. Et dicit ꝙ est sua conclusio noua in hac materia. Bene faciunt no. per Bal. in re. Peru. in l. edita. in 32. col. C. de eden.

90 *Accusatus vel inquisitus criminaliter & absolutus, an possit iterum de eodem delicto ab alio accusari.*

90 ANG. † Subsequenter quæro. Pone qđ aliquis fuit accusatus vel inquisitus criminaliter & absolutus, an possit iterũ de eodẽ delicto ab alio accusari, vide tex. gl. Bar. & Ang. in l. si cui, §. j. ff. de accu. & Sal. in l. q̃ crimẽ, C. de acc. Et aduerte, quia iste est pulcher passus, & quia cõiter oẽs Doc. vbi supra dicunt, quòd absolutus de certo crine, amplius accusari non potest.

91 *Baptisma operatur remissionem peccatorum.*

AVG. Tu in hac materia adde dicta Canonistæ, in c. de his, extra de acc. maxime Do. Ant. de But. Abb. & Imo. ibi. Et limita prædicta s̃m gl. in d.c. de his, q̃ ibi approbant oẽs, nisi quis absolutus esset in foro pñiali, quia poterit iterum accusari, non obstãte illa absolutione. Pro qua conclusione allego ẽt tex. quem ponderauit ibi Do. Abb. in c.j. de pur. ca. & vide gl. in c. 2. de schis. & gl. in c. admonere, 33. q. 2. & gl. in c. qui crimen, 6. q. 1. & gl. in c. pe. de pęn. dist. j. & gl. in c. gaudemus, de diuort. & gl. in c. 2. de emp. & vendi. & glo. in c. fi. de temp. ord. & Spe. in ti. de accu. in 5. col. & gl. in c. cum ꝑcussio. 7. q. j. & gl. in regula, peccati venia. li. 6. Sed aduerte, quia Do. Ant. de But. & Imo. in d.c. de his, limitant prædicta, nisi pñia fuisset publica, & hoc voluit Ho. in c. tuæ, extra de procu. licet Do. Abb. tenuerit contrariũ in d.c. de his, ꝑ quandã rõnem friuolã, quia tunc dico, ꝙ facta illa absolutione cum publica pñia non poterit ille talis amplius accusari. Idem dico si absolutio facta in pñia, per oĩa operatur eundem effectum, quẽ absolutio iudicialis, ita mirabiliter consuluit Bar. in cons. inci. Minister fratrum de pñia, quem refert, & sequitur Pet. de Anc. in c. 2. in 14. col. de maledi. & ideo si blasphemanti Virginẽ Mariam imponitur pœna linguę ꝑ statutũ, & alio statuto cauet̃, ꝙ habẽti pacẽ ab offenso, pœna remittat̃, tunc si talis blasphemans egerit pñiam, cum isto casu per talem pñiam remittatur peccatũ, & si habuerit pacẽ ab eo q̃ fuit offens⁹, tũc talis blasphemãs, amplius nõ põt accusari. Itẽ aduerte, ꝙ licet illæ gl. in locis s̃. all. ꝑ me vltra Doc. velint, ꝙ absolutus isto casu in foro pñiali, tñ poterit accusari criminaliter de illo delicto.

91 † Limita ẽt, nisi crimẽ fuerit commissum añ baptisma, quia baptisma operat̃ remissionem peccatorum, ẽt in foro iudiciali, vt post baptisma quis non possit accusari, ẽt criminaliter. Ita volũt Ant. de Bu. & Imo. in c. de his, & est gl. in c. ꝙ aũt. 32. q. j. & gl. in c. sine pñia, de conse. di. 4. & in c. qm̃, 48. di. & voluit Arc. l. di. in sum. Sed contrariã sñiam tenet Abb. in d.c. de his, Inn. Ho. & Abb. in c. gaudemus, de diuor. per text. ibi in fi. Et ibi materia late examinatur, q̃a baptisma operat̃ solum remissionẽ respectu Dei. Sed Imo. rñdet ad c. gaudemus, qđ illud hẽt locum in e q̃sito parti lęsę ꝑ ꝑ suũ interesse, sicut in debito pecuniario. Et sic limitabit̃ p̃dicta cõclusio Doctorũ, & firma remanebit opi. cõtra Hos. & Inn. Itẽ adde, & p̃dicta limita ẽt non hr̃e locum, qñ q̃s fuit absolutus, vel punitus in foro ecclesiastico, q̃a tũc poterit puniri, vel absolui de eodẽ crĩe in foro seculari, s̃m Bal. in l. placet, C. de sacro. ecc. qui vult, ꝙ pœna spiritualis non tollat tpalẽ, nec econuerso. Idẽ Bal. in l. si quis in hoc genus, C. de epis. & cle. & Pe. de Anc. in regula, ea q̃. de re. iu. in in 36. col. qui dicit, ꝙ Bal. ita cõsuluit, licet Bal. nõ ausus sit decidere ĩ l.j. C. đ sum. Tr. & fi. ca. in 8. col. Et ꝓ hac cõclusione est casus in terminis in c. fęlicis, de pę. in 6. quẽ subtiliter põderauit & induxit Do. Abb. in c. tuæ.

q. tuæ, extra de ꝓcur. & ibi Abb. multũ exclamauit de illo tex. Sed aduertas, q̷a si ibi speciale inductum est fauore Cardinaliũ, ille tex. esset in contrarium. Et de materia vide per Do. Abb. in c. cum sit. extra de foro comp. per Do. Car. & ꝑ Pe. de Anc. in c. 2. ext. de adul. ꝑ Do. Abb. in c. de causis, in pen. col. extra de off. dele. ꝑ Abb. & Imo. in c. 1. ext. de off. ord. per Bal. in l. nemo martyres, C. de sacros. eccle. alias limitationes uide ꝑ Doc. in d. c. de his, in locis s. alleg.

HIER. In quantũ concludit Ang. ꝙ absolutus de certo crimine, amplius accusari nõ põt. Adde ꝙ idẽ tenet Bonifa. Vitali. in suo tra. malef. in rub. qui acc. non pos. post med. sed circa istã regulã, q̃ traditur ĩ c. de his. extra de acc. vide ibi Fel. qui ponit 13. limitationes, quas tñ colligere poteris ex notabili dist. Do. Hen. Boyc, su ꝑ d. c. col. 2. ver. sequit̃ de scdo mẽbro &c. & ꝑ Præpo. nota. 2. q. 5. c. habet. fi. col. Sed q̃ro, aliquis fuit accusatus ꝙ Titium vulnerauit cũ sanguinis effusione, vel cũ spata, aut adiecta alia qualitate, vel econuerso fuit accusatus simpliciter sine expssione qualitatis: & q̷a illa qualitas nõ fuit adiecta, uel nõ fuit ꝓbata, ipse fuit absolutus, q̃ritur an d̃ nouo poterit excusari qualitate detracta vel abiecta? vide Bar. in l. denunciasse. §. qui tñ, ff. ad leg. Iul. de adul. & in l. senatus, ff. de acc. vbi facit quãdã dis. Ad cuius tñ declarationẽ vide Prac. Pap. ĩ sua practica, in forma inquisi. in uerbo, hæc est q̃dam. col. 2. vers. sed circa hoc insurgit, & per Fel. in d. c. de his, in 9. & 10. limi. Itẽ in quãtum Aug. re- a
p̃hẽdit hic Abb. dicẽdo rõnẽ Abb. fore friuolã &c dic ꝙ cum Do. Abb. tenẽt Maria. Fely. & Are. in d. c. de his. qui rñdet motiuis in contrarium adductis. Itẽ ad id ꝙ tãgit hic Aug. de crimine commisso ante baptismum &c. Adde ꝙ cõis opi. Doct. tenet, ꝙ baptismus nõ liberat baptizatum a pęna delicti, in p̃iudicium reipu. & hoc tenẽt cõiter Doc. ĩ c. gaudemus. vbi Inn. Io. An. Pe. de Peru. Ho. & Ab. post gl. ibi. idẽ Abb. in c. de his. extra de acc. vbi idẽ tenẽt Mar. Soci. Aret. & Io. de Ana. & hãc dicit cõem hãc ẽt tenet Car. ĩ cl. j. §. sane, q. 14. de vsu. & idẽ Do. Phi. Dec. in c. q̃ in ecclesiarum. de cõst. col. 7. in med. versi. tertio & vltimo &c. vbi eam dicit cõem, & fundat bonis & a
nouis fundamentis. & hãc etiã dicit cõem Fel. ĩ d. c. de his, licet ipse sequat̃ limitationem seu opi. Io. de Imo. & cum cõi opi. tenet egregius Doc. do. Hẽ. Boyc, in d. c. gaudemus, fi. col. in 2. di. vbi allegat plures antiquos, q̷ hãc opi. tenuerũt. Itẽ circa limit. q̃ ponit hic Aug. de punito vel absoluto in foro eccl. &c. Adde hãc ẽt limitationẽ ponunt Doc. in c. de his. vbi Fel. in 12. limitatio. qui alleg. plures cõcor. cui vltra ꝑ eum positas adde, ꝙ idem tenet ibi Are. ĩ 3. col. in fi. & Hẽr. Boyc, in sua no. dis. col. 3. in fi. ver. aut est tale &c. & idẽ Are. cons. 58. inc. diligenter consideratis &c. in 2. dubio. Io. Bapt. de S. Seueri. in l. j. C. de sum. Tri. col. 11. in fi. uer. su ꝑ 3. q. & latius ꝑ Do. Barba. post Ab. in c. j. de of. or. in col. antep. ver. capio tertiũ &c. Catal. in tra. de synd. q. 170.

92 *Accusationem falsam qui produxit, an ex hoc accusari possit lege Cornelia de falsis.*

92 ANG. †Quæro, aliquis produxit falsam accusationem, vtrũ ex hoc possit accusari lege Cornelia de falsis. Dic, ꝙ aut dr̃ ꝙ accusabit me calumniose de falso crimine, & nõ vero, qd̃ nõ probauit, & tunc est pœna calumniæ, l. j. §. j. ff. ad Turp. Si vero accusatur, ꝙ produxit falsam accusationem cõtra me, ꝑ ꝑ qd̃ obtinuit a pretore me citari, & contra me procedi, & sic ꝑ obreptionem a p̃tore impetrauit, tunc est pęna falsi, vt est casus, & ibi Bar. in l. si q̷s obrepserit, ff. de fal. qd̃ no. quia virtus stat in modo practicandi, an cadat in calumniã, vel in falsum.

AVG. Tu aũt in hac materia adde qd̃ Bal. in l. quicunq;, in fi. C. de ser. fug. rep̃hẽdit Bar. & dicit ꝙ Bar. a in hoc fortiter errauit, quia isti sunt tituli diuersi, & de calumniatoribus, & de falsis, & ꝙ in capite legis Corneliæ de falsis, nõ comprehendit̃ accusans falsò, sed cõprehendit̃ in l. hernia. Vñ cõcludit, ꝙ si q̷s ꝓpuxit falsã accusationẽ, narrãdo, nunq̃ punitur pęna falsi. Sed si vlterius deliq̷t ꝓducendo falsos testes, & falsa instrã, fortius punit̃, q̷a pęna falsi, l. j. ff. de fal. Et subdit, ꝙ d. l. si quis obrepserit, q̃ Bar. allegauit, dẽt intelligi obreptione probatoria, nõ narratoria. Et iõ Bal. ibi ꝑ multa argumenta alia cõcludit, ꝙ impossibile est,

ADDITIO.

a ¶Quod Bar. *Adde quod opin. Bar. tenet Alex. consi. 11. in 1. volum.*

eſt, ꝙ ſolū accuſans aliquē de falſo, teneat
pęna falſi, niſi proſecutus ſit in producēdo
falſos teſtes, uel falſa inſtrā, & hoc mihi
placet. De materia vide ꝗ Bal. in l. 2. C. qui
acc. in vlt. col. & per Bal. in l data opera, in
9. col. ibi, verbi gratia, dicit ſtatutū, ꝙ ꝓdu
cens falſam accuſationē, teneat pęna falſi.

93 *Accuſator & iudex dū aliquis accuſatur, quā do debeant in accuſatione vel inquiſitione facere mentionem de ſcientia delinquentis.*

93 ANG. †Et nota, ꝙ accuſator dēt aduerte
re & idē in iudice inquirente, ꝙ qñ ꝗs accu
ſat, ꝙ nihil fecit, & ſic de omiſſione, vel ne- c
gligentia, tūc ſcīa eſt de ſubſtantia delicti,
vt l. fi. ff. de decre. ab ord. facien. & iſtud eſt
bñ not. vbicunq; quis accuſatur, ꝙ nihil fe
cit, dēt in accuſatione, ſiue in inquiſitione
fieri mētio de ſciētia, ut puta ſi accuſat uil
la, ꝙ nō cepit malefactorē, dēt dici in inꝗ-
ſitione, ſciēs, vel ſcire dēns &c. Idē ſi accuſa
tur ſyndicus ꝙ nō denūciauit malefacto-
rē, ſed ſi ꝗs accuſat ꝙ aliꝗd fecit, puta qđ
vulnerauit, uel ꝗd ſiľe, procedit accuſatio
uel inꝗſitio, licet non fiat mentio ſcīæ, uel
ſupinæ ignorātiæ q̄ ꝓ ſcientia reputat. Ita
no. gl. aurea q̄ iſtā dat doctr. ī lege ex male
ficijs, §. lōge minus, ff. de act. & obl. facit l.
j. C. de falſa mo. Ita dicit Bal. in l. j. C. ꝗ ac-
cu. non poſſunt, ver. ſuper ſcđo præmitto.

AVG. Adde tñ ꝙ iſta cōcluſio ita genera
a liter tradita *a* vř falſa: ꝗa dico, ꝙ imo pōt
eſſe ꝙ aliqđ delictū eſt cōmiſſū in facien-
do, & tñ accuſatio, uel inꝗſitio non proce-
dit, niſi in accuſatione vel inquiſitione ap-
ponat ſcientia, ad hoc allego Bar. ita dixiſ
ſe per illū tex. in l. oēs, C. de agr. & cēſ. li. xj.
licet aliqui habeāt in ti. in qui. cau. colo. cē
ſi. dños accuſare non poſ. co. li. qui per illū
tex. dixit, ꝙ licet per ſtatutū p̄ſtanti opem
bannito debeat truncari manus. Tñ ſi quis
opem bānito cōmittenti delictū p̄ſtat, dēt
poni in inꝗſitione formata cōtra p̄ſtātem
auxiliū, ꝙ ſciebat illū eſſe bānitū. Idē dicit
Ang. in l. j. C. de Nili agg. nō rūpen. in ſcđa
col. ꝙ ſi p̄ſtās opē nobili acrius dēt puniri,
dēt probari illū popularē qui p̄ſtitit opem
debere hr̄e ſcientiā, ꝙ cōmittens delictum
erat nobilis. Et ita dicit obtinuiſſe Peruſij.
Præterea cōfunditur p̄dicta doctrina ꝑ gl.
& Bar. in l. 1. ff. de receptatoribus. vbi reci-
piens bānitū dēt puniri. Tñ hoc verū ſi eſt
b probatū & articulatū illū ſciēter, *b* ſciuiſſe
eſſe bannitū & receptaſſe. pro qua concluſione eſt tex. & ibi Bar. in l. 2. §. j. ff. de incēdio rui. nau. & eſt tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de ſena. li. 12. & tex. & ibi Bar. C. de colo. Illiricis, l. j. li. 11. & tex. in l. Metrodorū, ff. de pœnis. & ibi Bar. Iſta ergo delicta committūtur in faciendo, & tñ ſciētia dēt poni in accuſatione vel inꝗſitione, & ſic p̄dicta vr̄r falſa. De qua materia vide ēt per Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. & Domi. de S. Gemi. in c. concertationi, de appella. ſuper gl. in verbo ſciuerit. in 6. Vnum tñ
c ſcias ꝙ ſi ciuis probaret ſe ignoraſſe, *c* & ex diuerſo ꝓbaret ipſum illā ignorantiā affectaſſe, ille talis hr̄ pro ſciente. Ita voluerūt do. de Rota in nouis deciſionibus. 254. in fi. & eſt gl. q̄ ibi pōderauit ad hoc Dñic. de S. Gemi. in c. fi. §. vt aūt. de offic. delega. in 6. & gl. in c. ad falſariorum. de crimine falſi. & gl. in clemen. 1. de conſan. & affi. & gl. in c. eos. de temp. ord. in 6.

HIER. in hac materia in quantum Ange. limitat dictum Bal. in l. 1. C. qui accuſ. non poſ. videlicet, niſi actus oſtenderit ſciētiā, dato ꝙ accuſator nō raprimat ſcientiā, aliàs aūt ſi actus non oſtēderit ſcientiam, ꝙ ꝓcedat dictū Bal. addatis ꝙ idem tenet Fel. in rub. de accuſ. extra. Itē addatis Bar. cōſ. 102. inci. chariſſime dñe. vbi cōſuluit, ꝙ ad hoc vt ſyndicus nō denuncians maleficium incidat in pęnā, debet ꝓbari, ꝙ habuit ſciētiā, quia qñ aliquis tenetur ad aliquid faciendū in genere, vt in caſu noſtro, ſindicus ad denunciandum malefactores, tunc ad oſtendendū negligentiā ſindici, debet primo probari ſindicum ſciuiſſe maleficiū eſſe cōmiſſum ꝑ l. quidā decedens, §. fi. cū l. ſeq. ff. de admi. tuto. vbi periculum tunc temporis ſpectat ad tutorē, ex quo innotuit ſibi ſe eſſe tutorem, quam ſentētiā

ſequitur

ADDITIONES.

a ¶Generaliter tradita. *Adde circa hæc dicta, & vide Bar. in conſi. 102. inci. chariſſime domine, iſti noſtri, vbi late ponit qualiter probetur negligētia villæ in capiendo malefactorē, & qualiter diligētia. & vide ēt Ro. in ꝓpoſito cōſ. 105. Ber.*

b ¶Illum ſcienter. *Adde tu circa hoc & vide Ro. in conſ. 474. Ber.*

c ¶Se ignoraſſe. *Adde circa hoc & vide Rom. in conſi. 381. Ber.*

ſequitur do.Corn.cōſ.c.incip.cōſuluit do.
Bal.&c.in prima parte,vbi allegat quāplu
res tenētes doctrinā Bar.in d.cōſ. & ꝑ hoc
facit tex.iuncta doctr.Florian.ibi,in l.quo
ties,ff.ad l.Aqui.vbi dicit Flo. ꝑ illū tex.ꝙ
villa nō teneaṫ de robaria cōmiſſa in eius
territorio,niſi fuerit ſciens,ſed cōtra hanc
ſnīam Ang.facit ꝙ voluit Bar.in l.nec exē
plū,C.ad l.Cor.de falſis,vbi dicit, ꝙ qñ qs
accuſat aliquē de falſo, nō eſt neceſſe ꝙ di
cat,ꝙ cōmiſit falſum ſciēter & doloſe, q̄a
iſta tacite includuntur, & iō pro cōcordia
mihi vṙ inherendū doctrinæ Bal.in auth.
habita.C.ne fi.pro patre,ꝗ ita diſtinguit,
ꝙ aut qualitas exprimēda in libello tacite
ineſt ex natura facti,ꝙ cōcludat libellus ꝑ
locum ab effectu,vt in j.cōſt. ff.in §.duab.
vbi per Iac.de Are.Cy.& Bal.de hoc notaṫ
aut qualitas poſſit adeſſe,& abeſſe,& tunc
ſecus per l.merito,ff.pro ſocio.

94 *Inſtigans, vel ſolicitans quod iudex torqueat & condemnet reum ad vindictam publicam, & per iudicem puniri, non poterit poſtea agere ad vindictam per iniuriam ſuam.*

94 ANG.† Et tene menti tu cui iniuria illa
ta fuit,quia ſi iudicē inſtiges ac ſolicites,ꝙ
malefactorē torqueat atq; condēnet ad vin
dictā publicā,ꝙ ſi fuerit punitus ꝑ iudicē,
tu nō potes poſtea agere ad vīdictā ꝑ iniu
riā tuā,q̄a eo ipſo ꝙ fuit tortus & cōdem-
natus,ſatisfactū eſt tuę iniurię,ſm tuā vo
luntatē.Vñ videris illā iniuriā ꝑ tua emē-
datione remiſiſſe, vt eſt tex. & ibi Bar.in l.
ſed & ſi vnius,§.ſi ante.ff.de iniu. facit l.in
terdū,§.q̄ fidem,ff.de fur.Vnde ſis cautus,
ꝙ iſta non facias,aut quando facis,ſemper
proteſteris ad hoc, vt poſtea poſſit agere
pro tua iniuria,l.fi.ff.de iniur.

AVG. Adde tu ꝙ Bar.in d.§. ſi ante, ni-
hil dicit de hoc,ſed eſt Ang.ibi,q̄a ita pon
derat illū tex. & ibi cere eſt caſus, & illum
tex.pōderauit ēt Bal.ī l.fi.ff. de in ius voc.

HIER.Et hic dixit Alb.de Roſ.ī l.inter-
dū,§.qui furem,ff.de fur.per illum tex.ꝙ ſi
paſſus furtum ſua authoritate ducat furē
coram iudice, qui tantum de ciuilibus co-
gnoſcit,ꝙ hoc ipſo vṙ actionem criminalē
& pęnam remittere, de qua materia vide
Alex.in apoſt.ad Bar.in d.l.ſi ante. vbi all.
no.in l.ſi ab hoſtib.§.j.ff.ſol. mat.

95 *Liberum corpus æſtimationem non recipit: ſed ſi quis in aliquo mēbro eſt debilitatus a Titio, tunc propter expenſas medicorum & medicinarum, & operas quibus cariturus eſt, poterit agere vt ſibi emendetur damnum, ſecundum taxationem iudicis.*

96 *Libellus in actione iniuriarū qualiter ſit formandus.*

95 ANG.Nota ēt,ꝙ liberum corpus non re
cipit ęſtimationem.Sed ſi membrū ęſt tibi
debilitatū à Caio, vel fuiſti vulneratus, &
ꝑꝑ vulnera & mēbri debilitationē expēdi
ſti in medicis,& caruiſti,& caritur⁹ es mul
tis opibus, tunc ꝑꝑ hoc bene potes agere,
vt ibi emendeṫ dānum, ſm taxationē iudi
cis,& de vtroq; eſt caſus ī l.fi. ff.de his qui
deie.vel effu.& Inſt.de obl.q̄ ex qua.del.in
a §.pe.qđ no.in mō practicādi, nea tu erres.
96 † Qualiter aūt debes formare libellū in
actione iniuriarū,no.Bar.in l.iniuriarū,ff.
de iniurijs,videlicet,duplici mō.Vno mō,
referendo ſe ad dānum, videlicet, ꝙ dicat
prius voluiſſē eſſe paſſus tm̄ dānū q̄ tantā
iniuriā.Vel ſcđo referat ſe ad lucrum,vide
licet, noluiſſē eſſe lucratus tm̄,& pati tātā
iniuriā.Rō,quia cum agiṫ ex maleficio,hr̄
rō cuiuſlibet intereſſe intrinſeci,vt not.gl.
in d.l.iniuriarum.Et aduertas,ꝙ aliqui ibi
in gl.tenent,ꝙ tale intereſſe pōt probari ꝑ
ſacrm̄ iniuriā paſſi, taxatione iudicis pām
bula.arg.l. videamus, §.pe. ff. de in li.iur.
Sed Bar.ibi tenet,ꝙ imo potius fiat ęſtima
tio iudicis, alleg.d.l. ſed ſi vnius, §.ſeruus
meus,ff.de iniu.Et iſtud tenet Azo. in sū-
ma illius tituli,ex quo Bar. infert,an in li-
bello iniuriarum certa quantitas ſit expri-
menda,& dicit ꝙ eo caſu,quo taxatio faciē
da eſt officio iudicis,certa quantitas appo
ni nō dēt,ſi aūt ſit faciēda ſacro iniuriati,
tunc certa quantitas apponaṫ, l. cōtinuus,
§.q̄ illud,ff.de ver.obl. Ego aūt practicādo
ſꝑ appono certam ſummam cum iuramē
to,& poſtea ſubdo,& plus & minus,vt vi-
debiṫ iudici,& eius officio,& eius taxatio-
ni &c.Et ſic vtrūq; ītēdo ſimul & diuiſim.

AVGVS. Tu in hac materia quomodo
formetur libellus in materia iniuriarum.
adde gl.in c.ſi canonici, extra de offic. ord.
lib.6.Sed vltra omnes late poſuit materiā
& for-

ADDITIO.

a ¶In modo practicandi. *Adde Rom. in conſil. 278. & Barba.in conſ.85.vbi ponit de iudice inquirente.Ber-*

a & formam. a Spe. in tit. de iniu. in §. j. ꝑ totũ. j. col. vbi in ꝓposito multa pulchra dixit. Et adde Bal. in l. 2. C. de sen. q̃ sine cer. quan. j. col. & ibi Sal. & late ꝑ Sal. in l. atrocem, C. de iniu. ꝑ Cy. ĩ l. si nõ cõuicij. C. de iniu. ꝑ Bal. ĩ c. j. §. iniuria. de pace iur. fir. ꝑ do. Abb. in c. j. in fi. & ibi ꝑ Imo. de iniu. & dam. da. ĩ fi. Et ibi vide do. Abb. ad illã q. q̃ s̃. posuit do. Ang. hic ante istã, & per Doct. in c. in nr̃a, ext. de iniu. & dam. da. Et vide Ang. in cons. 94. incip. super pũcto primo. & ibi vide formã libelli & ęstimationis iniuriæ, & vide in cons. 247. vbi ipse Ang. ponit an possit concludi ad pœnam applicandam fisco si ciuiliter agatur.

ADDITIO.

a Et formam. *Vltra relata hic per do. Aug. vide Ang in consi. 94. in princ. incip. super puncto. & Alex. late in consi. 209 in 2. vol. Ber.*

HIER. De hac forma libelli in actione iniuriarũ, uide Iac. de Bel. in sua practica ĩ prĩ. vbi ponit formã libelli, ĩ quo totã suã practicã fundauit, late ꝑ Iaso. post alios in prin. de actio. vbi ponit, an locus & tp̃s cõmissę iniuriæ sit apponẽdus in libello. vbi cõcludit ꝙ sic, ꝑ l. iniuriarũ, la j. & ibi Bar. ff. de iniu. Itẽ an debeat inseri qualitas personę iniuriatę. Itẽ & ęstimatio iniurię. col. 16. ver. in eadem gl. &c. de quibus omnib. per Iac. vbi s̃. & per Pet. Iaco. in sua practica de libellis in forma libelli de iniurijs, vbi ponit formã libelli tam de iniuria ex l. l. Cornelia, q̃ p̃toria, cũ suis declarationib.

97 *Iudex non tantum quando principaliter aditur per viam accusationis criminaliter, sed etiam si aditur ciuiliter super delicto, potest reum punire de delicto.*

97 ANG. † Vltimo addo hæc ꝙ iudex nõ tm̃ qñ principaliter aditur ꝑ viã accusationis crĩaliter, põt reũ punire de delicto, sed ẽt si aditur ciuiliter, & ciuili modo suꝑ delicto. Tñ iudex pendente officio ciuiliter intẽtato, si reperit reũ de delicto fore culpabilẽ, poterit cũ criminaliter punire, l. quos retrahi. & ibi Bar. C. si aduersus libertatẽ, l. 3. C. de cond. ob turp. causam, ff. de calũ. l. pen.

AVG. Adde tu ea q̃ dixi s̃. super verbo, (iudicem maleficiorũ.) adde tex. & ibi Bar. in l. pe. ff. de cal. & ꝑ Bal. in l. nullũ, C. de testi. licet aliter videatur loq̃ Bar. in l. diuus, la 2. ff. de fal. circa ea quę dixit ĩ d. l. nullũ.

HIER. Miror ꝙ in hac notabili & contingẽti q. isti patres tã sicco pede (vt ita dicã) ꝑtrãsierint, aliter eã non declarando. Iõ ꝓ eius dilucidatione aduertendũ est ꝙ cõclo ista sic simpl'r ĩtellecta est falsa, q̃a iura alleg. hic ꝑ Ang. nõ bñ hoc probãt, nec Bar. ita indistincte ea intellexit, vt j̃. dicã, sed ꝓ hac ẽt cõclu. allegant̃ per Bar. in l. pen. hic alleg. hæc tria iura: de quib. hic ꝑ Ang. videlicet tex. in l. quos retrahi. ibi, nõ dubitaturus ẽt grauiorem &c. Scd'o tex. in l. 3. de ord. &c. ibi, cõcussionis crimen multũ non patiet̃. Tertio tex. in l. pen. ff. de cal. in fi. ibi ꝓ mõ delicti pęnã interroget. Quarto tex. in l. diuus, ff. de re iud. ibi, rem seuere iudi. Quinto tex. ĩ l. j. ff. de cõcuss. ibi, & delictũ coercet. Sexto tex. in l. medicus, ff. de var. & extraor. cog. ibi, in ciuile factũ p̃ses prouincię coercet. Septimo tex. in l. interdũ, §. q̃ furẽ, ff. de fur. ibi, maxime si iudex aliq̃d in eũ cõstituerit. Octauo tex. ĩ l. 4. §. si dicãtur, ff. fi. reg. in quib. iuribus vr̃ ꝓbari ꝙ iudex q̃ cognoscit de crĩe ciuiliter eo cõperto põt ex officio suo delinquentem crĩaliter punire. Attñ, vt dixit Bart. in d. l. pe. de calũ. ff. videns ꝙ quidã ꝑ d. ll. volebant, ꝙ l. interdũ. de publ. iud. ff. q̃ dicit, ꝙ non põt cõcurrere ciuilis cũ criminali, ꝙ debeat intelligi in iudicijs publ. & nõ in priuatis, ꝑ d. ll. ꝙ Bar. placuit, q̃a in priuatis non põt concurrere ciuilis cum crĩali, si intentẽtur principl'r, per regulã, quia absolutoria lata ĩ vno, p̃iudicat ĩ alio, vt l. 2. §. j. ff. vi bo. rap. & in l. j. qñ ciui. act. cri. pręiu. iõ posuit duos intellectus ad oẽs p̃dictas ll. Prim⁹, ꝙ d. ll. intelligãtur, ꝙ sint duo iudicia, & hoc ne repugnet regula l. 2. §. j. ff. vi bo. rap. & l. j. ff. qñ ciu. act. &c. videlicet, ꝙ absolutoria lata in vno p̃iudicet in alio, & istũ ẽt tenuit ĩ l. quos retrahi, vbi dicit, ꝙ ex illo tex. nõ apparet, an ex eo. iudicio vel diuerso iudex crĩaliter puniat, iõ remittit se ad dicta ꝑ eũ in l. defuncto. de pub. iud. ff. & ita ĩtellexerũt l. ꝙ euitãdi, Bal. Sal. & Guid. Papæ ibi dicẽtes, ꝙ d. l. intelligitur, nõ ꝙ ex eodẽ ꝓcessu, & ex eadẽ instãtia ex qua agebatur ciuiliter, imponat̃ pœna criminalis, sed cũ ꝑ primã cognitionẽ d' delicto sit iudici notificatũ, ꝙ talis notificatio habeat̃ loco denũciationis, sicut dr̃ de fama, qua mediante, iudex procedit suꝑ crĩe, vt in l. j. §. si publico, ff. de adul. Scd's intellectus est, quem

tenet

tenet Bar.in d.l.pe.& d.l.defuncto, & in l. interdũ,§.q fure,ff.de fur.videlicet,ꝙ dicamus,ꝙ qñ formatur libellus seu accusatio de dãno dato,vel robaria facta,dicẽdo,peto eũ puniri,& condẽnari,& rẽ mihi restitui,seu dãnũ emẽdari,ꝙ talis libellus ꝓcedat, & ꝙ nõ sũ visus intẽtare ciuilẽ & crĩalem in eodẽ libello,sed ꝙ videor intentare crĩalem tñ, & incidẽter implorare officiũ iudicis,vt incidẽter faciat mihi rẽ restitui, seu dãnũ emẽdari, & ꝙ ita intelligant oĩa iura s̃.alleg. & ita ẽt declarat idem Bart.& sing.in l.2.§.j.ff.vi bo.rapt. Flo.in l.4.§.si dicant,Io.de Imo.& Ang.in l.interdũ,ff.đ pub.iu.Sal.in l.si quis ad se fundũ, ff.ad l. Iul.de vi &c. & sic vñr cõcludere,ꝙ qñ formatus est libellus eo mõ quo sup. ꝙ tunc iudex maleficiorũ ꝑ d.iura,cognoscit principł̃r de delicto & incidenter facit rẽ restitui,seu dãnũ emendari, ex quo colligit, ꝙ dicta iura nõ probant, ꝙ ibi principł̃r agitur ciuiliter,& ꝙ iudex ex officio suo punit crĩaliter, sed ꝙ agit principaliter criminaliter,& incidenter petitur restitutio. Quia dñi aduertatis, ꝙ licet iste scđs intellectus in se sit verus,videlicet ꝙ qñ formatus est libellus eo mõ, quo s̃.ꝙ iudex maleficiorũ possit incidẽter ex imploratione officij cõdemnare ad restitutionẽ rei seu ad emẽdationẽ damni,tñ nõ põt adaptari ad oĩa s̃. d.iura.Primo,quia in l.ꝙ euitandi,principaliter intentata est actio ciuilis ad restitutionẽ pecuniæ,idẽ in l.quos retrahi,& in l. pe.& in l.diuus,ibi principł̃r fuit petita restit.& in l.j.de cõcus.licet in alijs videatur principł̃r intentata crĩalis.Scđo quia p̄dictus intellectus diuinat ad dicta iura. Tertio,qa in eis non constat an eo iudicio, an diuerso,& iõ vr̃ verior primus intellectus, s.ꝙ ex nouo processu ex iudicis officio formato possit punire crĩaliter,& sic ꝙ in citato ex priori ꝓcessu,procedat ad crĩalẽ,vt s̃. dictũ fuit,ꝙ si aliter diceremus,sequeretur ꝙ ex probationib.factis in ciuili,posset qs puniri crĩaliter, ꝙ non est dicendum, cum in crĩalib.requirãtur probationes luce clariores, vulga.l.sciant cuncti, de prob.C.cũ ibi no. & in expressis terminis declarando istũ ₰m intellectũ Flo.in d.l.si dicant,dicit hoc nõ ꝓcedere econtra.s.si principł̃r intẽtaret ciuilis, ꝙ de crĩali non põt cognosci accessorie ꝑ ꝑ disparitatem probatio.allegat d.l.sciant cuncti.& Bar.in d.l.scđa,§.j. ff.vi bo.rapt. ꝓ quo faciunt q̃ j̃. dicam in dist.& ꝑ hoc tollitur illa rõ Pau. de Cas.in l.q̃situm,C.de ser.fug.& in d.l.quos retrahi,vbi dicit,ꝙ sicut põt iudex maleficiorũ principaliter aditus sn ꝑ crĩe incidenter cognoscere de cã ciuili,ꝑ dictum §.qui furẽ, hoc est condẽnare eum ad mortem,& incidenter facere restit.de re,ita ẽt econtra, iudex qui cognoscit de cã ciuiliter, possit reperto crĩe circa contingentia causæ ex officio suo extra ordinẽ punire: sed, vt dixi,ista parificatio nõ procedit rõne de qua s̃. Preterea sequeret,ꝙ duo specialia cõcurrerent circa idẽ,cõtra l.primã,& ibi not.C.đ do.promis.ꝙ ita ꝓbatur,quia cum de iure nemo sine accusatore debeat puniri, vt in l.rescr.§.si quis, ff.de mu.& ho.c.j.vt eccl. benefi. si iudex ex probationibus factis in ciuili puniret criminaliter, sequeretur qđ dictæ probatio.haberent loco accusatoris, & loco probationũ,[& sic cõcurrerent duæ fictiones seu specialitates, cum nemo possit fungi loco accusatoris,& loco testis, vt in c.nullus,4.q.4. Dñi, pro vera intelligentia sic distinguendũ fore arbitror. Aut loq̱mur de iudice causarũ ciuiliũ tñ, aut crĩalium tñ,aut criminalium,& ciuilium insimul. Primo casu dico ꝙ iudex ciuiliũ causarũ non poterit crĩaliter punire: quia ad hoc, vt quis possit de maleficijs cognoscere & punire, requiritur ꝙ hẽat merum imperiũ,l.imperiũ,& l.iubere cauere,ff. đ iu. om.iu.cũ ibi plene not.& l.j.ff.de offi.eius cui man.est iuris.de quo late per Ang.s̃.in gl.in verbo,ꝑ iudicẽ maleficiorũ,sed dẽt illum delinquentem remittere ad iudicẽ cõpetentẽ,ꝑ tex.not.in l.q̱cunque, C. de ser. fug.ibi,cõpe.iu.&c. vbi hoc tenent Raph. & Gui.Papæ,vbi Sal.hãc tenẽs allegat tex. quẽ dicit fore notabilẽ & mẽti tenendũ in l.fi.de in ius voc.ff.& ꝓ hoc facit doc.Bar. idẽ volentis in l.diuus Pius.ff.ad leg. Cor. de fal.quem sequit Aret.in ru.de iud. ext. col.4.in fi.de qua doct. videbitis latius, j̃. in gl.super verbo,falsario,in verbo quero, testis dixit falsum coram iudice,&c.

Scđo casu qñ est iudex maleficiorũ tñ,dico ꝙ talis iudex nõ est cõpetẽs in cã ciuili principaliter intẽtata,vt l.solemus, §.latrũculator,ff.de iu. & ibi Doc.sed bene qñ cognoscit de ciuili incidẽter, & de tali ciui

li,qui descendit ex codẽ facto, de quo crĩa-
liter cognoscit, vt l.interdũ, §. qui furẽ,ff.
de fur.& in d.§.si dicantur: & vult Bart.&
cõiter Doc.in d.§.qui furẽ: cum concor.de
quib.s̃.& tunc nõ cadit dubitatio, cum iã
de ipso delicto cognoscit & punit, sed du-
biũ est,qñ de cã ciuili cognoscat principa-
liter ꝑ ꝑ absentiã iudicis cãrum ciuilium,
ꝙ põt,ẜm Ang.in rep.l.si vacantia,de bo.
va.li.x. vel qñ agiẽ cõdictione furtiua, ꝗa
tunc dẽt intẽtari corã iudice maleficiorũ.
ẜm Bal.in l.si pro fure, §.fi.ff.de cond.fur.
quẽ sequiẽ Catald.in tract. de synd. q.198.
qui tñ male intellexit Bal.vult, ꝙ gñaliter
qñ agiẽ de maleficio ciuiliter, dẽat agi co-
ram iudice maleficiorũ,& nõ corã alio,ꝗa
Bal.tm̃ loquitur qñ agitur de condictione
furtiua:nã disputando Bal.an cõdictio fur
tiua nascatur ex delicto vel quasi, dicit ẜm
Dy. ꝙ quantum ad natiuitatẽ est ex male-
ficio, quantũ ad effectũ,est anomala, vñ ex
hoc infert,ꝙ si deputatus sit vn⁹ iudex su-
per maleficijs,& alius suꝑ alijs causis,si a-
gaẽ condictione furtiua, ꝙ agi dẽt corã iu-
dice maleficiorũ,& hoc,ꝗa quantũ ad nati
uitatem,oriẽ ex maleficio, vt in l.si ambo,
§.quoties,ff de cõpens.& his duobus casib.
an iudex reperto delinquente culpabili,po
terit eum crĩaliter punire,dic vt in seq.mẽ
bro. Tertio casu, qñ est iudex ciuilium &
crĩalium, & sic habens merum & mixtum
imperium,& hic cadit hæc qõ, si actũ sit ci
uiliter de crĩe, an eo cõperto possit e offi
cio suo crĩaliter delinquentẽ punire, & in
hoc distingue, aut finita cã ciuili vult no-
uum inchoare ꝓcessum,aut non. Primo ca
su subdistingue, aut vult punire eũ vigo-
re ꝓbationũ seu actorum cãę ciuilis,aut vi
gore cõfessionis in ea habitæ. Primo casu
dico,ꝙ licet verũ sit, ꝙ talis iudex possit ꝓ
cedere ex officio ad crĩalem sine alio accu-
sato re,vt voluit Bal.Sal.& Guid. Papę, ita
intelligẽdo tex. ibi in d.l.ꝙ euitãdi. & hoc
quia incitatus fuit ex priori ꝓcessu & sñia,
vt in l.j.§.si publico,ff.de adul. non tñ po
terit eũ punire vigore talium ꝓbationũ &
actorum,ꝗa probationes in cã ciuili factę,
nõ plene ꝓbant in crĩalibus, in quib. luce
clariores reꝗrunẽ probationes, vt in l.sciãt
cũcti,de prob.C.vbi Pau.de Cast. plura po
nit exempla, tum ẽt, quia iudex dẽt videre
qua voce, qua trepidatione testes depo-
nunt, vt in l.de minore, §.tormenta,ff.de
quæst.& in auth. apud eloquentissimũ. in
fi.C.de fide instr.& hoc maxime, cũ cõsue-
tudo admittat examinationẽ testiũ ꝑtabel
lionẽ in ciuilib. qđ non facit in crĩalib.est
tñ bñ verũ,ꝙ dictæ ꝓbõnes facerẽt aliqua
lẽ ꝓbationẽ & adminicularenẽ, vt in l.ca-
pite quinto.cũ ibi no.ff.de adul. & ꝑ Bar.ĩ
l.j.§.j.ff.vi bo.rap. & qđ tales ꝓbõnes ĩ cã
crĩali nõ faciãt plenã fidẽ,tenet gl.in verb.
destinat⁹: & ibi Doct.vbi no.Sali.in l.si ꝗs
ad se fundum, C. ad leg. Iul.de vi. Abb.&
Doct.in c.1.de iudi & in c. ꝑ inꝗsitionẽ,
de elect.Doct.in c.j.de excep.vbi late Fely.
Abb.& Mod.in c.qualiter & qñ,de accusa.
vbi Fel.plures dat cõcor. & hãc cõem opi-
late prosequiẽ ꝑ concor.Alex.post alios,in
l.2.C.de eden.vbi Albe.notabiliter loquu-
tus est in hac materia. Et aduerte ne te fa-
ciat dubitare dictũ Inn.in c.qualiter, de ac
cu.vbi voluit, ꝙ cõuictus de crĩe ciuiliter,
ꝙ põt ꝑ ipsũ suꝑiorẽ priuari beneficijs vi
gore sñiæ primæ, in alia tñ instantia, cum
quo dicto cõiter ibi pertranseunt Doct. ꝗa
idemmet Inno.tenuit contrariũ in d.c. per
inꝗsitionẽ:& cũ reprobat Abb.in d.c.qua-
liter,quem sequiẽ ibi Fel.& in veritate ma
gis cõis opi.Doct.est illa q̃ sup.dixi, videli
cet, ꝙ nec ꝓbationes factæ in cã ciuiliter
intentata suꝑ crĩe,nec ipsa sñia faciãt ple-
nam probõnẽ in cã crĩali, nec ita firmant
oẽs Doct.vbi sup cũ plu.concor.ꝑ eos tra-
di. Scđo casu, s. qñ ex confessione facta in
cã ciuili cõstat de crĩe,& tũc dico,ꝙ sic,ẜm
Inn.in c.ꝑ inquisitionẽ, extra de elect.vbi
late Doct.& Abb.& Mod. in c. at si clerici,
de iudi.& in c. 2.de confess.Bald.in l.ij.C.
de eden.ꝑ l.locũ, §.si ꝗs, ff.de tab.exhib.ꝗ
tñ tex. videri meo hoc nõ probat, licet bñ
probet,ꝙ acta facta in ciuili probãt in cri-
minali, & ad hoc illũ no.Old. Iac. de Are.
& Bart.vbi Alb.de Ros.declarat,ꝙ faciunt
aliqualẽ ꝓbationem, nõ tñ ꝙ plene, & ita
idemmet Albe.declarat illũ tex.in d.l.2.de
eden.prout ẽt dicit gl.in d.l.si ꝗs ad se fun
dum tenent Doct. in c.j. de excep. vbi late
Fel.& Mod. Abb. & Doct.in locis suꝑ.alle,
Alex.late post alios in d.l.2.de eden.vbi po
nit plures concor.hãc tñ concl. limitabitis
ẜm Doc.vt sup.multis modis, & primo in
telligetis eã in cõfessione principalis,& nõ
procu.ꝑ l.gñaliter,C.de nõ nu.pec.Secun-
do in

do in confessione vera & non ficta, per l.3. de fid.instr.& l.3.§.diuus,ff. de iure fisci.alias aũt lĩtatio. videatis per Fel.in d.c.qualiter & qñ.& in d.c.j.de except.& Ale.in d.l.2.de eden.vbi melius oĩbus posuit do.Rimi.col.pe.& fi.sed aduertendũ est dñi,ꝙ licet multi pertrãseant cum opi.Inn.de qua in d.c.ꝑ inquisitionẽ,non aliter considerãtes,tñ gl.in c.ex pęnitentib.50. dist.vr̃ sentire cõtra. & idẽ tenet expresse Maria. Soc. cons.8.in c.visis,& diligẽter.col.3. in med. vbi refert idẽ tenere Io.An. in c.cum cõtingat,de off.dele.& idẽ ẽt tenet magnus practicus in crĩalibus do.Vital.in tract.malef. in rub.de cõfes.in fi. & pro hac sñĩa faciũt not.ꝑ Bar.in l.si confessus, ff.de cust.& exhib.re.& Io.de Ana.in d.c. qualiter & qñ. ꝗ allegat Ant.de But.idẽ tenere, per tex.in c.olim,de rescr.vbi Ant.dixit dictũ Inn.in d.c.ꝑ inqꝗsitio.debere nõ procedere,qñ cõfessio facta fuit in cã ciuiliter intentata super crĩe,& iõ Abb.in c.qualiter & qñ,de accu.in fi.dicit concludendo, ꝙ sola cõfessio non sufficiat ad cõdẽnationẽ,sed qđ possit reus cõpelli vt ꝑseueret in cõfessione sua, vel vt det intellectũ confessioni suæ, & qđ ita intelligatᷣ dictum Inn. in d.c.ꝑ inquisitionẽ; cum orta sit suspicio nõ leuis cõtra illũ ex illa cofessione,argu.l.capite 5. ff.de adul.& hęc opi.humanior & verior vr̃. Secundo casu principali,qñ,s.nõ inchoato alio processu vult iudex in eadẽ instãtia ciuili ꝑunire criminaliter ꝓut hic simplr̃ dixit do.Ange. & hoc casu dicatis iudicẽ nõ posse eũ punire, ꝗa iura hic alleg. hoc nõ ꝓbãt.Imo Bar.vt s̃.dixi, voluit ꝯm primũ ĩtellectũ,ꝙ d.ll.intelligerentᷣ qñ ex alio iudicio de nouo intẽtato iudex ꝓcedit ad criminalẽ, ꝗa ĩ d. iuribꝰ nõ apparet an eodẽ iudicio,an vero diuerso,& hunc intellectũ sequuti sunt ĩ d.l.ꝙ euitãdi.Bal.Sal.& Guido Papæ:& pro hac opi.est tex. ꝯm vnum intellectũ in c.2 de cõfes. & dictũ Inn.qđ s̃.retuli in d c.ꝑ inquisitionẽ,de elec.quod ibi,& in c.j.de iudi.& in c.j.de except.& in c.cũ dilectus,de ord.cog. & in c.qualiter & qñ,de accu.cõiter approbant Doct dicẽtes iudicem, nec ex probationib.sñĩa, nec etiã confessione non posse procedere ad crĩalẽ,nisi nouo inchoato processu; hoc est vel per inqꝗsitionẽ ex suo offi. ꝙ põt per l.capite quinto. vel accusatione de nouo intentata à parte, vt vult gl. à nemine reprobata in l.j.de concus. quam approbat Alb.in d.l.2.de eden.C.quæ tenet. Reliqua autem circa materiam vide in locis s̃.alleg.

A D L E C T O R E M.

Charissime lector,iste do.Hieronymus infirmitate superueniente vltra non processit; quapropter nos necessitate coacti,finẽ operi imposuimus.

S V M M A R I V M.

1 *Denunciare quid sit.*

delictis eſt iſta vna maxima,ꝙ lex non de-
bet eſſe tm̃ vniuerſalis & gñalis quo ad
oẽs, quin habeatur diſtinctio perſonarũ,
vt in vno eodemque delicto maiori pœna
afficiatur vnus pluſquam alter. Iſte eſt tex.
in l.in ſeruorũ,in prin.ff.de pœ.& ideo di-
xit Iuriſconſultus in l.aut facta, in ver.per
ſona dupliciter ſpectatur,eius qui fecit, &
eius qui paſſus eſt,ff.de pę.ꝙ ad puniendũ
malefactorẽ ad pęnã infligendã, iudex de-
bet animaduertere ad conditionẽ perſonę.
Vnde nõ eſt nouum,ꝙ de pari delicto vna
perſona puniatur pluſquam alia,vt ibi ha
betur,& dic vt dicam infr.in ſeq.q.

ADDITIO.

a ¶Forenſes. *Adde tu & dic vt etiam per Cepo. conſil.40.*

---

3 *Nomine patria delinquentis non exiſtente in in-
quiſitione, præſumitur quod talis ſit de loco in
quo fit iudicium.*

3 ANG. †Quid aũt ſi dicta verba videli-
cet,(de Bononia) non apponãtur,an in du
bio p̃ſumatur de Bononia,vel Forenſis? di
co ꝙ in dubio p̃ſumitur de loco vbi iudi-
cium,accuſatio,vel inquiſitio agitatur,ar.
no.in l.q̃ conditio,§.cũ ita,ff.de cõd.& de.
& l.nulli,C.đ epi.& cle.quia iſta qualitas:
videlicet,ꝙ ſit forẽſis,cũ non ſit appoſita,
non p̃ſumit̃,nec ſubintelligit̃, l.ita ſtipula
tus,§.Chryſog.& qđ ibi no.ff.de verb. obl.
Et p̃ſertim cum iſta qualitas ſit cã funda-
mentalis iudicis ad imponendã maiorẽ pę
nam. Ideo fuit de neceſſitate apponẽda in
inquiſitione approbãda, & nõ appoſita,&
nõ probata non p̃ſumitur,& ſic ſolũ pena
ciuium & nõ forenſiũ põt imponi,quia iu
dici hoc facere & probare incumbebat, cũ
ſit cã ſuę intẽtionis,ar.no.p Bar. in l.ĩ illa
ſtipłone ſi cal.& l.hoc iure,ff.de verb. obl.

AVG. Tu aũt in hac materia adde,ꝙ ve
ra eſt iſta concluſio, ꝙ in dubio quis p̃ſu-
matur eſſe de illo loco vbi repertus eſt, ſi-
ue viuus,ſiue mortuus. Et iõ dicit Ang.in
l.ſi cũ exceptione,§.in hac.ff.qđ met. cau.
ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ maiori pena puniatur
ille qui occidit ciuem,ꝙ forenſem,& aliq̃s
occidit aliquẽ in dubio alio non docto, il-
le mortuus præſumitur eſſe ciuis & nõ fo
renſis,quia in dubio quis non prçſumitur
forenſis,de hoc vr̃ eſſe tex.in l.j.ff.ad mun.
quem tex. ponderauit ibi Bar.in illa qõ.i-
bi, quæro quid ſi eſt aliquis cuius ignora-
tur origo paterna vel materna,late dixi in
rub.ſoluto matri. in addi.meis.

4 *Statuto dicente ꝙ forenſis plus puniatur quam
ciuis,quis dicetur tunc ciuis? dic quod ciuis eſt
origine propria,paterna vel auita.*

5 *Ciuis quomodo efficitur quis quando hoc non cõ
ſequitur origine ſua,aut paterna,vel auita.*

6 *Ciuis ex priuilegio dicente ꝙ habeatur pro ciue
an actiue & paſſiue habeatur pro ciue.*

ANG.† Quæro,ſtante ſtatuto ꝙ forẽſis
4 plus puniatur &c.quis dicatur forẽſis? dic
vt dicit Bar.in ſimili,in ſuo tract. reprçſa-
liarum,in principali q.verſicu.ad tertium
quæritur an ciuib. noſtris &c.& in ver.ad
quartum queritur,& in verſ.ad quintum,
& in ver.ad ſextum, vbi in effectu conclu-
dit,ꝙ ciuis eſt origine propria,paterna,vel
auita, vt l.aſſumptio, & quod ibi no.gl.&
Bar.ff.ad munic.†Si autem ibi natus non
5 ſit,& tunc eſt effectus ciuis,& tunc ſi dictũ
ſit ꝙ in oĩbus & per oĩa ſit ciuis & pro ci-
ue habeatur, & tunc debet ſibi imponi pœ
na vt ciui originario, l. ſi maritus, §.lege
Iul.& ibi Bar.ff.de adul.& l.ſi is q̃ pro em
ptore,circa medium,ff.de vſuca. & hoc eſt
verũ, ſi factus eſt primo ciuis dicto modo
ante dictũ maleficiũ:aliàs ſibi nõ ꝓdeſſet,
vt l.ſi quis poſtea quã.ff.de iud. & facit q̃
plene no.Bar.in l.j.ff.de pę. Si aũt quo ad
quid hñr pro ciuibus,& nõ quo ad oĩa,vt
ſcholaris,vt l.2.C.de incol.& tunc in his q̃
ad eorũ cõmodũ ſpectãt, hñr pro ciuibus,
& ſic quo ad pęnę minorationem. In his
vero q̃ ad eorũ damnũ ſpectant, non hñr
pro ciuibus,vt no.Doc.ĩ l.qđ fauore,C.de
legi.& in l.j.& 2.C.vbi de crimi.agi op. Si
nautẽ ſtatutum diceret,ꝙ tales tractarẽtur
vt ciues,animaduertẽdũ eſt, ꝙ talia verba
nõ faciũt eos ciues,vt ff.de verb.ſig.l.mer-
cis loco,in prin.& quod ibi no.gl.& Iac.de
Arc.importãt tñ illa verba,ꝙ ĩ ijs q̃ de iu-

re

re possunt consequi vt ciues tales qui hẽri b
debeãt pro ciuibus cõsequanẽ, ita ꝙ intel-
ligitur addita dicta qualitas, vt.s.tractenẽ
vt ciues ,sicut dicimus in simili,ꝙ tutor lo
co dñi hr̃, intelligitur in his q̃ de iure fieri
possunt,vt l.si fundũ,§.si tutor,ff. pro em-
pto. Alij aũt oẽs dñr forenses,& in his ha-
bet locum augmentatio pęnæ, nisi steterit
in ciuitate per decem annos, quia ipso iu-
re hẽntur pro incolis,& nõ forẽsibus,vt d.
l.2.C.de incolis, & ibi gl.& Bar.in d.l.j. &
2.& ibi doc.C.vbi de cri.agi opor.& ĩ aut.
qua in ꝓuincia.C.eo.tit.q oĩa singulariter
tene mẽti, quia vt plurimum statuta terra
rũ imponũt maiorẽ pęnã forẽsibus,vt scias
cognoscere qui sint forenses , & qui non.
a AVG. Tu aũt a in hac materia adde in
quantũ do.Ang.hic cõcludit, ꝙ stãte statu
to,ꝙ maior pęna sit in forense q̃ in ciue,ꝙ
ad hoc vt quis nõ sit forẽsis, sed dicatur ci-
uis , & ꝙ ciuis dr̃ proprie origine propria,
vel paterna,vel auita,ꝑ doctrinã Bar. post
glo.in l.assumptio,ff.ad muni.Sed addatis
ꝙ imo ẽt si esset aliquis qui haberet incola
tũ vel domiciliũ ĩ aliqua ciuitate,põt dici
ciuis illius ciuitatis,& ad hoc allego gl.fin.
in c.statutũ.§.cũ vero,in vers.eiusdẽ ciuita a
tis,& in ver.vnã dietã,in fi.ext. de rescr. in
6.vbi gl.dicit , ꝙ si hẽt domicilium in vna
ciuitate,dr̃ esse de illa ciuitate: & ideo Do-
mi.de S.Gemi. ibi ponderabat illam gl.ad
hoc,vt ille qui hẽt domicilium in vna ciui
tate,possit dici ciuis illius ciuitatis:& maxi
me in fauorabilibus ,non aũt stricte & pro
prie,& alle.l.ciues.cũ gl.ibi.C.de appel. Et b
certe hoc etiã ibi voluit Bal.in d.l.ciues, ꝑ
ea quæ hñr in l.ciues , C.de incol. & idem
dixit Pa.de Cast. in l.in prouinciali,§.si in
publico,ff.de oper.no.nuncia.qui per not.
in l.j.ff.ad munic.& per not.ꝑ Bart.in tra-
cta.repręsalia.in 5.q.prin.dixit,ꝙ si forẽsis
subiret onera ciuitatis,& ibi haberet domi
cilium,ẽt quoad commoda habebitur pro
ciue.Ergo in proposito,cũ tractatur in ca-
su nr̃o de fauore, hoc est ꝙ talis delinquẽs
habeatur pro ciue,& sic in minori pęna af
ficiatur , vr̃ ꝙ forensis habens domicilium
in vna ciuitate quo ad ista commoda ciuiũ
debeat haberi vt ciuis. Et an ista conclusio
sit vera vel falsa, dic vt dixi in additionib.
6 meis,in d.§.si in publico.†Et in quantũ di
ctũ est,ꝙ si aliquis ex priuilegio hẽtur pro
ciue in oĩbus & per oĩa,b vel sine his verbis
dictũ est,ꝙ talis hẽatur pro ciue, an actiue
& passiue debeat haberi pro ciue , vel quo
ad cõmoda,vel incõmoda.De hac materia
adde not.ꝑ Ang.in l.2.§.furiosus, per illũ
tex.ff.de iure codic.& Bal.in l.ꝙ fauore,C.
de leg.ĩ 7.opp.& Pau. de Ca.in l.si duo,ff.
de acq; hęr.& in l.nulla.ff.de legi.& ꝑ Bar.
in l.non tm̃,& in l.si emãcip.ff.de cõtrata.
Et Bal.in l.ea lege.C. de condic. ob cau.&
Ang.in l.diuus, ꝑ illũ tex.ff.de test.mil. &
Ang.ĩ l.si à milite,eo.tit.& adde Bal.ĩ aut.
habita,C.ne filius ꝓ pat.in 2.col.& Bal.in
ꝓę.ff.Et Bal.in l.si Rufinus .C.de test.mil.
per Ro.in l.adoptiuũ.§.patronum.ff.de in
ius voc.Pet.de Anc.in rep.c.canonũ statu-
ta,extra de iudi.in 104.col.& Ang.in l.j.ff.
de leg.j.Ang.in l.tale.§.j.ff. de hær.inst.&
ibi Imo.Ful.& Ro.in d.l.si Rufinus,& Ro.
in l.si is qui pro emptore,ff.de vsuc.Et prę
dicta limitabat Pa.de Ca. ĩ d.l.si Rufinus.
& Pau.de Ca.in d.l.si duo.ff.de acq. hęr.&
Alb.de Ros.in quęstionibus statu.in j.par.
q.70.in ver.Item quæro statu.cauetur,qđ
ciues habentes discordiam.

ADDITIONES.

a ¶Tu aũt. *Adde tu & vide pro confirmatione eorũ quæ hic dicuntur , quæ voluit Fran.de Are. in cons.77.vbi alleg.gl.in d.c. statutum , & ad illam respondet , & fortificantur per ea quæ voluit Alex.in cons.167.in 2.vol.& vterque alleg.Bar.in cons.quod incip. quidam est effectus ciuis, & vide Raph.Cum. in cons.176.Anto.de But.in cons.21.vbi alle.dictam gl.Ber.*

b ¶In omnibus & per omnia. *Adde tu & uide Alex.de Imo.in l.j.ff.de leg.j.Rom.in consil.62. 92.& 206.vbi bonum verbum, & in quãtum supra Ang. dicit quod qui stetit in ciuitate , per decem annos habetur pro incola, adde Ang. de Pe.in cons.178.Ber.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitione eadem proceditur contra principalem,& præstantem opem.*

2 *Inquisitione facta contra plures, nõ retardatur processus contra præsentes propter absentes & contumaces.*

3 *Adulterij crimen non patitur ꝙ ex eadem inquisitione & eodem processu procedatur contra masculum & fœminam.*

4 *Incestus crimen patitur ꝙ contra plures delinquentes simul & semel inquiratur.*

1 E*T Andræam Marci lanificem capella Sancti Blasii de Bononia, auxiliatorē.*) Nota qđ
ex eadem inquiſitione proceditur contra
principalem, & acceſſorem, ſeu opem præ-
ſtantem, ꝙ fieri poteſt. Et idem cōtra prin-
cipales, & opem p̄ſtantes ex eodem facto
& delicto, & eodem tp̄e & loco commiſſo,
vt C. de acc. l. ſi quis homicidij, & ꝙ ibi no.
2 Doct. in l. nihil, §. fi. ff. de adul. † Aduertas
tñ, ꝙ iſto caſu qñ inquiritur cōtra plures,
ꝙ ꝑꝑ abſentes, & contumaces non tractat̃
ꝓceſſus cōtra p̄ſentes, & ecōtra, vt eſt tex.
3 & ibi Bar. in l. non idcirco, ff. de iud. † ꝙ fal
lit in crimine adulterij, quia ex eadem in-
quiſitione & proceſſu non poteſt procedi
contra maſculum & fœminam adinuicem
adulterantes. l. ſi maritus, §. fi. de adul. Ita
dicit Cy. in l. 3. C. de ſepul. vio. & Bar. in l.
hos accuſare, §. lege Iulia. ff. de accu. & Bar.
in l. inter liberos, §. filiusfa. ff. de adul. Et
no. gl. in l. ſi cui. C. ſi reus vel acc. mor. fue.
Et aduertēdum eſt, ꝙ dictus Andreas nihil
aliud fecit, niſi ꝙ ſemper aſtitit dicto male
ficio, vt dictus Titius habilius committere
poſſet, vt patet in dicta inquiſitione. ſed di
cta verba; ſemper aſtitit maleficio, ſunt tan
tæ importātiæ, quantæ ſi diceretur auxiliū
& fauorem prestitit. Ita dicit Bar. in l. ſi ſer
uus, §. fi. ff. de fur. circa fi. & in l. ſi in rixa. ī
ver. datis his regulis. ibi tamen aduerte &c.
ff. de ſic. facit qđ no. Bal. in l. nō iō minus.
C. de accu. & Bar. in l. in furti, §. ope. ibi, qñ
que quis prestat auxilium in ipſo actu &c.
ff. de fur. & vide quæ dicam j̃. in gl. in ver.
dicto maleficio ſemper aſtitit &c.

AVG. Tu autem in hac materia adde ea
quæ dixit Bar. per illū tex. in l. de vno quo-
que, ff. de re iud. qui multa allegando, di-
xit idem qđ dixit in d. l. non idcirco. videli-
cet, ꝙ non debet retardari proceſſus ꝑꝑ cō
tumaciam aliorum, & idem econtra. & ibi
vide Mod. quia iſta eſt vera ſñīa. Et hoc
ne delicta remaneant impunita, & hoc per
tinet ad officium iudicis, l. congruit. ff. de
offi. præſi. Dixit ēt in l. 4. §. hoc autem iudi
4 ciū, ff. de dam. infe. † Et in quantū do. Ang.
limitabat, hoc non procedere in crīe adul-
a terij, *a* quia cōtra plures ſimul & ſemel de
linquentes non pōt inquiri. Adde Cy. Bal.
Ang. Sali. & Doc. in l. reos, C. de adult. quia
ita dñt per illum tex. & ibi Ang. dicit, ꝙ eſt
ſpeciale ī illo delicto. Limita tñ hoc nō mi
litare in crimine inceſtus: q̱a contra plures
ſimul & ſemel cōmittētes illud delictū pōt
inq̱ri, tex. eſt in l. vim paſſā, §. inceſti. ff. de
adul. & in l. q̱ pupillā. in fi. ff. eo. ti. & licet
gl. voluerit deſtruere illos tex. tñ Bar. in l.
..os accu. §. j. ff. de accu. dānat illas gl. Scđo
limitat hoc dēre intelligi, qñ quis vellet ac
cuſare adulterū & adulterá, q̱a nō pōt, qui
cōmiſerūt ſimul & ſemel illud delictū: ſed
ſi vellet accuſare adulterū, & opē p̄ſtantem
adulterio, tunc tenet proceſſus, tex. eſt ſin.
in l. nihil. §. fi. ff. de adult. ita etiā dicit Sali.
in l. reos, C. de adulte. & hæc omnia nota,
quia ſunt quotidiana & pulchra.

5 *Opem p̄ſtare maleficio quot modis quis dicatur.*

5 ANG. † Quæro, quot modis dicatur q̱s p̄-
b ſtare opem? *b* Rñdeo, ꝙ maleficio preſtare
opē dr̃ duobus modis ante maleficiū, vt p̄-
ſtando ferramēta, & p̄ſtādo domū ubi ſe re
ponāt, & de cōmittendo maleficio loquan-
tur, vt l. ſi pignore, §. fi. ff. de fur. & l. qui do
mū, ff. de adul. vł aſſiſtēdo dicto maleficio.
ita dicit Bar. ī d. §. ope. ibi, venio ad ſ̃m. ff.
de fur. Poſt vero maleficiū p̄ſtādo opem, vt
puta ad euaſionem homicidæ, etiam tunc
non dicitur proprie præſtare opem malefi
cio, ſed alio modo, vt no. ibi Bar. circa fi.

AVG. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ me
lius poſuit iſtā materiā Ang. ī l. j. C. de Ni-
li agge. nō rūpen. vbi ponit quot modis di
c cat̃ p̄ſtare auxiliū. Sed aduerte in q̃tū Bar. c
& alij volūt, ꝙ q̱s p̄ſtādo auxiliū poſt male
ficiū ꝓprie nō ſit auxiliator. Adde ꝙ cōtra
iſtā determinationē tenebat exp̄ſſe Gād. in
tract.

ADDITIONES.

a ¶ In crimine adulterij. *Adde tu, an adulter et adultera poſſint ſimul & ſemel accuſari. vide Bal. in conſ. 281. in 4. vol, Ber.*

b Præſtare opē. *Adde tu qualiter quis dicatur opem p̄ſtare, & vide Bal. in conſi. 220. in 3. lib. Cepol. conſ. 1. & Pau. de Caſt. in conſ. 227. Ber.*

c ¶ In quantū Bar. *Adde tu ꝙ opi. Bar. ſequitur Cep. in d. cōſ. 1. Et ꝓ limitatione Bar. in d. § ope. adde Bal. in conſ. 416. in 1. vol. vbi dicit, ꝙ quidam nimis rigoroſi dicūt, ꝙ vbi conſiliū coniungitur cū ope. quod dēt puniri vt principalis, & ꝙ de æquitate putat cōtrariū eſſe tenendū. Iō ibi refert ſequi conſilium do. Phili. de Regio, & quod p̄ſtans conſiliū homicidio cū ope, debeat puniri pœna arbitraria, adde Cepo in conſi. 27. Ber.*

tract.male.sub rub.de pęna associātis & fugere faciētis, vbi exp̄sse decidit, ꝙ imo dr̄ p̄stare auxiliū post maleficium cōmissum, & allegat tex.in l.3.§.si quisquā, ff.ad Sill. & certe ille tex.videtur destruere cōem sn̄īam Doct.Sed vide Bar.multum elegāter in d.§.si quisquā, rn̄dentem ad motiua Gan.Et de materia vide Al.de Ros. in 4.par.sta.q.34.qui facit mentionē de illa doct.Gan. in loco s̄.alleg.per me.Limo tn̄, ꝙ si consiliū p̄cessit auxilium p̄stitum post maleficium, ꝙ tunc ille talis tenetur de auxilio. Ita elegāter dixit Bar.in d.l.in furti, §.ope. puta, cōsulo vt occidas Titium, quia postea trās fugabo te extra territorium in vna naui, & aliàs istum casum ha ui de facto. Adde vnā pulchram lītationem q̄ ponam nunc in additionibus meis j̄.in seq.q. vbi præstando auxilium post maleficium perfectum, proprie dicitur præstare opem.

6 *Statuto dicente, si quis bannito opem & adiutorium præstiterit, qualiter intelligatur.*

7 *Statuto dicente, si quis dederit auxilium alicui ad maleficium committendum, qualiter intelligatur.*

8 *Statuto puniente absolute, operatur ꝙ si quis præstiterit auxilium post maleficium perfectū, ille talis puniatur ac si vere præstitisset auxilium maleficio.*

9 *Auxilium præstare an dicatur quis supplicando principi, vel aduocando.*

10 *Statuto dicente quod bannito non possit præstari auxilium, testificans pro bannito, incidit in pœnam.*

6 ANG. †Si aūt diceret statutum, si quis bannito opē & adiutorium p̄stiterit, qualiter intelligat̄, no.Bar. in prin.d.§. ope. vbi dicit, ꝙ qn̄q; statutū punit auxiliū, non respectu certi actus, puta quia statutū dicit, si quis auxilium dederit bannito, qn̄q; statutum punit auxiliū respectu certi actus, vt quia dedit auxilium ad maleficium cōmittendum. Primo casu auxilium intelligitur multū late pro quolibet adiutorio, siue mutuetur pecunia, siue pariter associetur, siue quicquid aliud faciat quod ad eius vtilitatem ꝑtineat, probatur in l.4.ff.ad l.Iul. maiesta.ibi, cuius de opera &c. & ibi vide Bar.Prędicta vero nō habent locum, qn̄ ꝓcuraretur ꝙ rebanniretur per superiorē ꝑ viā gratię vel iustitiæ, vt ibi late per Bart. quianō dr̄ dare auxilium, taliter ꝙ ipse ꝓcurans puniat̄.Sed aduerte, ꝙ Bar.in l.post legatum, §.sunt qui putant, ff. de his q. vt indig.dicit ꝑ illum tex.ꝙ aduocando ꝓ bānito, est p̄stare auxilium & fauorem. Vnde dicit, sis cautus ne sis pro eo aduocatus, nec ꝓ eo fideiubeas, nisi mādato iudicis, aliàs ī pęnā incurreres, ar.d.l.cogita.Sed dr̄ p̄stāte auxiliū ante maleficiū, & in ipso, & post ipsū, vel ad euadēdū, vel ꝑ viā iustitię, vel ꝑ viam gr̄ę, vel ꝑ viam supplicationis, vel misericordiæ, vel p̄stādo alimēta, vel reprę sētādo, vide latius ꝑ Sal.in l.j.C.dr̄ rap.vir. in ver.nūc transeamus &c.vide ibi, q̄a hic

7 esset longum rescribere. Si aūt † puniatur auxilium respectu certi actus, distinguitur aut añ maleficium, vt scalas accōmodādo, & tenet̄, vt l.si pignore, §.si.ff.de fur.aut in ipso maleficio, & idē, vt d.l.j.Sin autē post ꝑfectū maleficiū, vtputa ad euadēdū, nō dr̄ ꝓprie p̄stasse opē maleficio: vn̄ non tenet̄ simili pęna sicut cōmittēs maleficium, sed arbitrio iudicis tenetur, vt l.j.& 2.C. q. latroci.vbi vide Bal.& Ang.& plene no.Bar. in d.l.ope. Et istā materiā an & qn̄ quis dicatur p̄stare opē & auxilium vel consiliū, & qua pœna teneat̄, vide infr.in gl.in ver. (dicto maleficio &c.) vbi latius dicam.

AVG. Tu aūt in hac materia adde, qđ dixit Ang.in l.j.C.de Nili ag. nō rūpēdis, in fi.2.col.ꝙ vera est illa cōclusio, ꝙ qn̄ ꝑ statutum punitur auxilium non respectu certi actus, ꝙ illud auxilium capitur ibi late, & dixit vnū notabile verbum, ꝙ intm̄ ca

8 pitur late, † ꝙ si quis post maleficium ꝑfectū p̄stiterit auxiliū, ille talis punitur ac si uere p̄stasset auxiliū maleficio, ꝑ d.l.4.ff. ad l.Iu.maie.ꝙ no. Et adde, ꝙ vera est illa cōclusio, ꝙ q.s mutuādo pecuniā, dr̄ p̄stare auxiliū. Ita dicit Bar.in l. si sciēte, ff.ad le. Pōp.de par. Et in quātum s̄.dictum est, ꝙ

9 dubium est in iure, † an quis supplicando principi, vel aduocando dicatur, præstare auxilium, & reperitur ꝙ Bar. est sibi contrarius. Adde ꝙ prima facie vr̄ ꝙ vera sit illa conclusio Bar.quam posuit in d.§ sunt qui putant, pro qua concl. allego gl. & qđ ibi Bar.in l.post legatum, §. his vero, ff.de

10 his quib.vt indi.in fi.qui† dixit, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ bannito nō possit p̄stari auxilium, aliàs incidit in pęnā, ꝙ si quis testificatur pro bannito, incidit in pœnā, quia testifican.dicitur auxilium pręstare. Præte

rea in hac parte vr̃ tex.in l.quisq̃s,C.ad le. Iul.maie. vbi nec pōt supplicari principi pro cōmittentib. crimen læsæ maiestatis. Nec dicas, ꝙ ibi sit speciale, q̃a ad idē allego casum in l.quicunq;.C.de epis.& cl.vbi hr̃, ꝙ si eps̄, vel aliquis habēs dignitatem spiritualem, molit̃ aliquid cōtra ciuitatem suā, pro eo quis non pōt supplicare principi.Sed his non obst.teneo contrariā partē, & falsa vr̃ illa conclusio Bar.quā posuit in d.§.sunt qui putāt,& in d.§. his vero.& vera est sn̄ia Bar.in d.§. ope. & allego ꝓ hac parte Alb.de Ros.in 4.par.statu.q.32.q̃ in cip.item quærit ipse Gan.qui faciens mentionē de quadā doct.Gand.in tract.malef. sub rub.de bānitis,in ver. itē pone cōtinet̃ in statuto, ꝙ nullus p̃stet auxiliū,cōsiliū & fauorē ipsis bannitis,ibi Gan.volebat, ꝙ si aliquis aduocatus, vel alius ꝓ eo iuit corā iudice pro bannito ad allegādū cās absentię, ꝙ iste talis vr̃ defendere & fauorē p̃stare ipsi bannito,si hoc facit corā iudice, secus si corā alio. Et sic ibi Gan. voluit id ꝙ voluit Bar.in d.§.sunt q̃ putāt.Sed ipse Albe.de Ro.ĩ d.4.par.statu.q.22.dicit, ꝙ ista decisio est nimis dura & periculosa, & contra tenētes contrariā partē arguit hoc modo. Nā offm̃ aduocationis & allegandi cās absentiæ est publicū, & publicę vtilitatis, vt ff.& C.de postu.& l.seruum quoq;,§. publice,ff.de procu.Ergo tale faciens,pęnam non meretur.l. Gracchus.C.de adul. Et de talib. non debet intelligi statutum, sed de dātibus auxilium, consilium & fauorē extra iudicium.Omnia.n.iura loquentia de auxilio, consilio, vel fauore, vñr loqui de auxilio extraiudiciali.C. de his q̃ latr.l.2. c.sicut dignum.§.fi.extra de homi. & ibi ꝑ In.c.j.de schis.li.6. Item dicit, ꝙ est speciale in cri̅e læsæ maiestatis, ꝙ quis ꝓ tali nō possit intercedere,vel allegare coram principe,alle.d.l.quisquis, & istā partem puto veriorem de iure. Nec ob.d.l.quicunq;.q̃a speciale est in illo casu, vt dicit Ang.in l. in furti,§.ope.ff.de fur.Pręterea idē ibi est casus, q̃ in d.l.quisquis,& licet Alb.multa alleget in contrariū ibi:tm̄ dicit, ꝙ prima opi.est uerior,& iō subdit ipse, ꝙ existens Romæ corā Papa Benedicto 12. ꝓ dn̄is vice Comitibus de Mediolano, qui fuerant dānati de hæresi per Ioannē Papam 22.& iniuste,tū peteret dictos ꝓcessus annullari in publico consistorio, fuit sibi dictum ꝑ vnū ex Cardinalibus, ꝙ caueret ne incideret in fautoriam hæreticorū: & ꝙ ipse protestatus est,quod hoc non erat præstare auxilium,coram superiore defendere aliquē, Secus si extra iudiciū aliter quis præstaret auxilium:& ita dicit, ꝙ aliàs obtinuit Pergami.Remanet ergo defensata opi.Bar.in d.§.ope.& hæc omnia no.

11 Principali conuento de crimine, an liberetur auxiliator.

12 Pluribus delinquētib. qualiter debeant puniri.

13 Pluribus delinquentibus iuri alieno subiectis, quæ erit pęna.

14 Villa tenetur capere malefactorem sub certa pœna si plures fuerint malefactores, & nullus capiatur, an villa teneatur pluribus pœnis, vel vna tantum.

15 Auxiliantibus, & mādantibus pluribus existētibus, an satisfactio pœnæ unius liberet alios.

16 Delicto uno commisso a familia seruorum, dominus tenetur tantum pro uno delinquente, si delictum fuit commissum uniformiter, secus si difformiter.

11 ANG.†Quæro an Caio principali con-
a uento *a* de crimine, liberet̃ ipse Andræas, inter gl.sunt opiniones, Dy.dicit, ꝙ si esset mera pęna ex parte conuenti & agentis,& si deliquit vt vniuersitas vel ut familia, & tunc vnius solutio liberat alios, ff. si fami. fur.fecis. dica.per totū.Si nō cōprehendun tur sub vno nomine, & tunc siue fecerint communicato consilio, siue proprio motu,quilibet tenetur insolidum, nec unius solutione liberatur alter,vt l.si id quod,§. fi.& ibi Bar.ff.de iuris.omn.iudic.& l.item Mela.§.si plures,& ibi Flori.ff. ad leg.Aq. de quo per Bar.in l.semper. §.quod si in sepulchro,ff.quod vi aut clam.& l.j.si fami. fur.fec.di.& l. si plures,ff.arb.fur.cęs.

12 † Et aduerte,qualiter puniantur, q̃a si oēs æqualiter delinquūt,tunc ęqualiter punient̃ur,vt l.si plures,ff.de iniu.Si vero inęqualiter delinquunt, tunc quilibet punit̃ ſm̃ sui delicti qualitatem, & sic factum vniuscuiusq; debet ꝑ se contēplari,vt d.§.si plures.

ADDITIO.

a ¶Conuentio. *Adde tu an confessio principaliter delinquentis noceat accessorie delinquenti. Adde & vide Bal.in cons.35.in 5.uolu.Ber.*

res,& l.ſi in rixa,ff.de ſic.& ibi dixit Bar. Si
vero eſt tale delictum cuius rõne pęna dẽt
imponi ex parte rei,ſed ex parte actoris eſt
intereſſe,& tunc licet de rigore vno cõuen-
to alter ſit liberatus, tñ de æquitate libera-
tur ope exceptionis , l. perceptione . & ibi
Flor.ff.de his qui deie.vel effu.Si vero pro-
prio animo delinquũt,& tunc aut cõcur-
runt in idẽ tp̃s, & tunc vnius conuentio &
perceptio liberat aliũ , vt l.j.§.j.ff. de his q
deie.uel effu . Si vero diuerſis tpibus,tunc
vno ſoluente alter non liberatur,qđ patet,
quia vbi agitur rei perſecutoria,vno ſoluẽ
te,non liberatur alter, vt l.j.§. qui rẽ, ff.de
fur.Ergo idem qñ ex altera parte eſt pęna-
lis,vt l.ita uulneratus, ff.ad leg.Aq. vel ẽt
poſſumus hr̃ diſtinguere. Aut ſumus in de
lictis ꝓprie, & tunc pęna vnius corporalis
vel pecuniaria nõ liberat conſocios, vt d.l.
Mela,§.ſi plures,aut loquimur in quaſi ma
leficijs,& tunc vno ſoluente, vel pęnã ſuſti
nẽte,reliqui liberanť,vt no.Bar.in l.ex ma-
leficijs,§.pe.ff.de act.& obl. Et idẽ qñ ſunt
plures officiales,& publicę pſonę ſimul de
linquẽtes in officio,& tũc ſufficit ſolui vnã
pęnã per unum & alij liberanť, qa oẽs re-
putãtur pro vno,vt l.ſi multi, ff.de pub. &
l.2.de iu.fiſ.ita dicit Bar. ĩ d.l.ſi id qđ.§.fi.
ff.de iur.om.iu.& ĩ d.l.ſi in rixa,in fi.2. co.
facit l.tres.& ibi no.Bar.ff.de admi.tu. & ĩ
l.ſacrilegij capite,§.j.ff. ad leg.Iu.pe.Et p̃-
dicta procedunt qñ ille qui ſoluit pęnã, cõ
miſit maleficiũ,vel opẽ p̃ſtitit,de quo inq
ritur , uel eſt unus de malefactoribus dicti
maleficij. Si aũt maleficium in veritate nõ
cõmiſerit,nec fuerit particeps: licet malefi
cium cõtra eum intentatũ cõfeſſus fuerit ,
& pęnã ſoluerit,tunc talis pęnę ſolutio nõ
liberat uerũ delinquẽtẽ,vt l.qui ſeruum,ff.
de inter. ac.& no.Ang.'& Imo. ĩ l.quoties,
§.j.ff.ſol.ma vñ reperto poſtea malefacto-
re cõtra eũ de dicto delicto, poterit iterum
inquiri & pęna imponi,nõ obſtãte ſnĩa cõ
dẽnatoria & ſolutione pœnæ facta p confi
tentẽ,quod no. Et p̃dicta ꝓcedunt qñ plu-
13 res homines liberi delinquũt.†Si uero alię
no iuri ſunt ſubiecti , diſtingue, aut delin-
quit quilibet ex proprio propoſito, non ſi-
mul cõicato cõſilio , & tunc dñs tenetur ꝓ
quolibet , non pro vno tm̃,ut l.ſi familia ,
ẽm primã ſol.ff.de iuriſ.om.iu.Aut oẽs de
linquũt cõicato cõſilio, & tũc aut dño ſciẽ
te.& dñs tenetur pro oĩbus, vt l.j.ff.ſi fam.
fur.feciſ.di. Aut dño ignorãte, & tunc aut
eſt unum maleficium, & dñs teneť ꝓ uno ,
vt d.l.ſi familia,ĩ fi.aut ſunt plura delicta ,
& tunc aut agitur crĩaliter, & ſic ad uindi-
ctam publicã ut in albo corrupto , & tunc
pro oĩbus tenetur,vt d.l.ſi familia.Aut agi
tur pro uindicta priuata, & ſic ad pœnam
parti applicandã, & tunc tenetur tanq̃ pro
vno , ac ſi delictũ fuiſſet cõmiſſum ab uno
ſeruo tm̃,& non a pluribus,ut l.illud,ad le.
Aq. & intellige ſi tpe cõmiſſi delicti erat
una familia,aliàs ſecus. ut l.qđ ait p̃tor,in
fi.de nox.& hæc ſunt uerba Bar.in d.l.ſi fa-
14 milia.† Ex his terminať talis q.uilla tene-
tur capere malefactorẽ ſub certa pęna,fue-
runt plures malefactores ſimul, & nullũ ce
pit,an teneať uilla de plurib.pęnis,& ſic tã
q̃ pro plurib.malefactorib.nõ captis?dicas
ꝙ pro una pœna tm̃,ac ſi ꝓ uno malefacto
re nõ capto quẽ capere uilla debebat,& te-
nebatur uirtute ſtatuti, & nõ plurib.pęnis
tenebiť dicta uilla,ita determinauit Dy.'&
Bar. ĩ d. l.ſi ĩ rixa. De iſta tñ q̃ſt. latius dicã
j. in gl.in uerbo(fama publica &c.)uer.(q̃-
riť ecõtra ſtatuto caueť &c.) ſed hic aduer-
te,qa hic fuit un⁹ p p̃ſtitit auxiliũ malefa-
15 ctori. † Quid aũt ſi auxiliãtes & mandãtes
erant plures, an ſatisfactio pœnæ unius li-
beret alios auxiliantes , ſi ſimul mandaue-
rint & auxiliati fuerint. Dic, ꝙ non, ut eſt
tex. & ibi no. in l. ſi plures ſerui, ff.de nox.
& no.Bar.in l.j.in fi.prin.ff.ſi fa.fur.fe. di.
AVG.Tu aũt in hac materia adde, ꝙ il-
la prĩa diſtinctio q̃ prĩo adduxit do. Ang.
ĩ hac materia , de uerbo ad uerbũ fuit Bar.
in l.ſem p,§.ꝙ ſi in ſepulchro , ff.qđ ui aut
16 clã.†Sed in hac materia adde unã pulchrã
limitationẽ,ꝙ licet ſ. cõclusũ fuerit,ꝙ ubi
maleficiũ unũ eſt factũ a familia ſeruorũ ,
dñs tm̃ tenetur pro uno delinquente, puta
ſi familia cõmiſit unũ furtũ. Nã'intelligas
hoc uerũ,qñ delictũ factũ fuit ab oĩb. uni-
formiter commiſſum, ſecus ſi difformiter,
qa unus cõmiſit furtũ manifeſtum , alius
nõ manifeſtum,ut eſt tex.in l.ſi quis p fun
dum,in fi.ff.de fur.quem Ang.ad hoc dixit
eſſe no.ꝑpetuo, & alibi non eſſe. Et in hac
materia uide pulchra verba Gan.in tra.ma
le.ſub ru.de pęna aſſociãtis & fugere faciẽ
tis homicidã, ĩ uer. pone ẽt de facto aliã q.
q arguit in terminĩs q̃onis noſtræ princi-

palis:imo vr̃ ꝙ ſi iſte Andręas præſtitit au
xilium Titio, vt occideret, & ſecuta occiſio
ne ſi Titius fuit punitus, ꝙ Andręas auxi-
liator nõ debet puniri, quia regula extat, ꝙ
vbicũq; ſunt culpabiles eiuſdem delicti, &
appareat ex cuius ictu perierit occiſus, ille
ſolus punietur de occiſo, & cæteri de occi-
ſo liberanť, l.itẽ Mela, §. ſi plures, ff.ad leg.
Aq.l.qm̃, C.de vi pub.no.in l.ſi in rixa.ff.
de ſic.ibi tñ Gan.arguit ꝓ & contra: tandẽ
cõcludit ꝙ pœna vnius non liberat aliũ, &
adde Gan.in ru.de pęna imponẽda plurib.
delin. & vide Bal.in l.j.C.ſi plu.vna ſen. in
2.col.& Bal.in l. 1.C. de cõdi.fur. qui deci-
dit q̃ſt. de villa q̃ tenebatur capere malefa-
ctorẽ, & plures fecerũt delictũ, & uilla fuit
negligẽs.& adde Bar.ĩ l.ſi cũ exhibuiſſent,
§.ſi plures:ff.de publi. Et in principali ma
teria adde Inn. in c.ſicut dignum, extra de
hom.& ꝑ Cy.in c.ſignificaſti.eo.ti. Alias li
mitationes ꝓſequere ꝑ Mod. in d.l. fami-
lia, ff.de iuriſ. om.iud. & in d.l.ſi id quod,
§.fi.ff.eo.ti.& omnino vide arg. Gand. pro
veritate inueſtiganda, quæ ipſe poſuit pro
& contra in d. rub. de pœna aſſociantis &
fugere facientis, quem ſup.allegauit.

17 *Auxiliatoribus & mandantibus exiſtentibus pluribus, an ſatisfactio pœnæ vnius liberet aliũ ſi ſimul mandauerint.*

18 *Auxilium prębente vno pluribus, an vna pœna tantum tenebitur.*

19 *Delinquentes plures & diuerſa facta committentes, quomodo tenebuntur.*

20 *Delinquente primo non inferente uulnus lethale quomodo tenebuntur alij.*

21 *Vulnere lethali illato & non apparente a quo, an uno libello plures poterunt accuſari.*

22 *Pluribus exiſtentibus percuſſoribus & non apparente ex cuius ictu mortuus perierit, quando debent omnes condemnari uel non.*

23 *Vulnere uno lethali illato, pluribus exiſtentibus delinquentibus, quando omnes debent puniri, uel non.*

24 *Vulnere uno lethali illato, & alio non lethali, quando omnes puniantur, uel non.*

25 *Pluribus præſtantibus auxilium qui armati erant ad hoc ut unus aliquem baſtonaret, & ille occidit, illi non condemnabuntur tanquam occiſores.*

ANG. Et aduertas, quia hic fuit vnus q
17 prę̃ſtitit auxilium malęfactori.† Quid aũt
ſi auxiliatores & mandantes erant plures,
an ſatisfactio pęnæ unius liberet alios au-
xiliãtes ſi ſimul mandauerint, & auxiliati
fuerint? dic ꝙ nõ, ut eſt tex. & ibi no. in l.ſi
plures ſerui, ff.de noxa.& no.Bar. in l.1.in
18 fi.prin.ff.ſi fa.fur.feci.di.† Quid aũt ſi un⁹
a p̃ſtitit auxiliũ pluribus *a* malefactorib. ſi-
mul, an teneatur pro pluribus auxilijs plu-
ribus pęnis? dicas ꝙ vna pęna tm̃ tenetur,
tanq̃ oẽs illi malefactores pro uno reputen
tur, cũ tractetur de puniẽdo illũ auxiliantẽ
ꝑꝑ illorum delictũ. Ita terminauit Dy. &
Bar.in d.l.ſi in rixa, in 2.col. Prędicta ꝓce-
cedũt qñ auxiliũ:& mãdatũ p̃ſtitum eſt ꝑ
unum plurib. unũ maleficiũ cõmittẽtibus,
ſecus ſi diuerſa maleficia, quia p̃ſtans auxi
lium uel mãdãs, pro uno quolibet teneť, ut
19 dicit ibi Bar.† Si uero plures delĩquẽtes ſi-
mul & diuerſa facta fecerunt, quia unus in
tulit unũ uulnus, alter aliud, qũo teneanť.
Si ĩferẽs uulnus lethale prĩo ꝑcuſſit, & alij
q nõ ĩtulerũt uulnera lethalia ſcđo ꝑcuſ-
ſerunt, tunc oẽs tenẽtur de occiſo, ut l.qua
actione, §. ſi q̃s ſeruũ ægrotũ.& ibi Flo.ad
20 le. Aq.† Si aũt qui primo ꝑcuſſit nõ intu-
lit uulnus lethale, tũc ſcđi, & nõ primi te-
nenť de occiſo, d.l.itẽ Mela. Et hoc qñ iſta
pñt apparere, ſi aũt non apparet ex cuius
ictu perijt, q̃a nulla uulnera per ſe erant le
thalia, ſed ſimul iuncta ſic, tunc oẽs tenenť
de occiſo, ita dicit Inn.extra de homi. c.ſi-
21 gnificaſti.† Si uero illatũ ſit unũ uulnus le
thale, apparere aũt nõ p̃t, qũo illatũ fuerit,
quia ignorať quis illud letbale uulnus in-
tulerit, & delictum cõmiſerint ſimul: licet
diuerſa & delicta & facta, tunc uno libello
ẽt mille pñt accuſari, vel contra eos ſimul
ĩquiri, ẽt de occiſo ſiue de uulnere lethali.
facit qđ no.in l.qui pupillũ, §.fi.& ibi Bar.
& l.uim paſſã, §.inceſtu, ff.de adul.licet q-
dã Alb.Pap.tenęat cõtrariũ, ſed op.gl.Dy.
& Bar.cõiter teneť, de quo uide latius ꝑ Sa
li. in l.qm̃ multa, C.ad le.Iu. de vi.uer.q̃ro
vt præ-

ADDITIO.

a ¶ Auxilium pluribus. *Adde tu ſatis in propoſito Bar.in conſi 213. incip.lege municipali cauetur, ubi ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ præſtans auxilium ad maleficium committendum puniatur in mille, an præſtans auxilium pluribus ad committendum maleficium debeat puniri pro quolibet delinquente in mille, concludit quod non. Ber-*

vt pdicta &c. nisi fuisset vnus autor tumul
tus & belli, licet postea multi coadunati
sint, qa ſm Sali. ibi in ver. qro extra gl. vbi
punit &c. qa tunc autor solus de occiso te-
net, & alij de culpa, vt d.l. qm, & est rõ, qm
oēs tenent: nā oīa ista reputantur pro vno
facto, vt l. si qs homicidii, & qđ ibi not. C.
de acc. Fallit in crīe adulterij, vbi mascul⁹
& fęmina nõ pñt simul accusari, vt l. si ma
ritus, §. fi. & ibi Bar. ff. de adul. & s. dixi.
AVG. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ peri
culosa vr illa decisio Bart. post glo. in d.l. si
in rixa: in quantū voluit in illo articulo, ꝙ
si nõ apparet ex cuius ictu quis perierit, ꝙ
oēs debēt decapitari, quia certe ista vñr es-
se contra determinationem gl. in l. itē Me-
22 la, §. si plures, ff. ad leg. Aq. † Sed dicatis, ꝙ
posito ꝙ doctrina Bart. & gl. sit vera, tamē
ego limito ꝙ illa doctrina dēt ꝓcedere qñ
oēs qui erāt in rixa percusserūt, & erāt tot
vulnera quot personæ vulnerantes, sed si
erant decē simul in rixa, & reperit ꝙ homo
mortuus nõ hēt nisi vnum vulnus tm, vel
tria vulnera, tūc dico, ꝙ oēs decē non dēnt
decapitari, imo nemo: adhoc allego in ter
minis Arc. ī c. fi. 23. q. vlt. & idē voluit An-
ge. in d.l. si in rixa: & Ang. in l. qm multa,
C. ad le. Iul. de vi. & Spe. in tit. de homicid.
§. j. vers. sed pone ꝙ quatuor. & iõ tex. in d.
§. sed si plures, in d.l. item Mela. psupponit
ꝙ oēs vulnerauerunt: & iõ ibi Bal. dicit, ꝙ
in illo §. constabat oēs deliquisse: iõ oēs pu
niunt de occiso, quia oēs vulnerauerunt, &
ita cõsuluit Pet. de Anch. in terminis, in cõ
a si. suo 217. a & ad hoc allego illū magnum
practicum Gan. in trac. malef. sub rub. qūo
puniant plures aliquē vulnerantes: & illo
vulnerato decedente ex aliquo dictorū vul
nerū, quia in crīalibus nemo ex psumptio-
nibus dēt damnari, l. absentem, ff. de pœn.
maxime capitaliter, licet ipse non alleget.
est casus in c. afferte: extra de præsumpt. &
ibi hoc notāt Io. And. & oēs, maxime cum
in maleficijs debeant esse probationes lu-
ce meridiana clariores, l. vlt. C. de prob. nec
dēmus vti mendicatis suffragijs, l. singuli,
C. de acc. & iste nõ põt probare cuius ictu
sit mortuus, igit &c. & iõ dicit tex. in d.l. si
in rixa, ꝙ ictus vniuscuiusq; est cõtēplan-
dus: cū ergo deficiat vera ꝓbatio, s. quis co
rū occiderit, neuter de occiso dēt dānari ad
mortē, l. duo sunt Titij, ff. de test. tut. nā cū
nõ apparet ex cuius ictu perierit, pęna est
potius mollienda, l. interpretatione, ff. de
pę. & iõ dicit Gand. ꝙ cum ista qõ venisset
de facto, consilio plurimorū sapientū non
occidit illos malefactores, sed qa constitit
ipsos deliquisse, condēnauit ipsos in pecu
nia, ne maleficia remaneāt impunita, l. ita
vulneratus, ff. ad leg. Aq. Nec ob. illa gl in
d.l. si in rixa, quia est falsa, ſm Gan. qa ne-
mo ex psumptionib. dēt dānari, vt s. pro-
batū est. Nec obst. tex. in d.l item Mela, §.
sed si plures; & l. ita vulneratus: quia locū
habent qñ ciuiliter agit ex leg. Aq. ꝓ dāno
dato ex seruo occiso, vbi ex psumptione ha
bita cõtra reos qlibet insolidū ad damnū
emendandū condēnat, sed aliud vbi crīali-
ter agit, vt sup. dictum est. Et ad hoc in cer
minis allego Bal. in l. j. §. cognoscit, ff. de of
fi. pf. vr. qui dicit, ꝙ iõ in d. §. sed si plures,
oēs puniuntur, quia pecuniariter puniun-
tur, nõ aūt pęna capitali: & ita voluit Bar.
23 in d. §. sed si plures. † Intellige tñ prędicta
ſm Bar. in d.l. si in rixa. & Io. And. in d.c.
significasti, & Gan. in loco sup. alle. proce-
dere qñ in rixa ista sunt facta, & sic tūc nõ
aīo deliberato, secus si aīo deliberato iue-
rūt oēs, & vnus percussit, nec apparet ex cu
ius ictu, tunc oēs tenent tanq̄ videantur
pręstitisse auxiliū vnus alteri: ita ēt voluit
Spe. in loco sup. alle. & colligit ex doctrina
Ang. post Bar. in d.l. si ī rixa, & Bart. in d.l.
24 itē Mela §. sed si plures. † Sed aduerte īquā
tum Doctores volunt in locis sup. alleg. ꝙ
si primū vulnus est lethale, alter scđo de-
dit vulnus nõ lethale, cū in corpore non sa
no illud ſm vulnus est lethale in rixa, am-
bo debēt decapitari: intellige pdicta qñ in
ferens ſm vulnus nõ lethale oīno efficit le
thale ī corpore nõ sano, sed si cõstaret ſm
vulnus illatum in corpore vulnerato non
esse lethale, non hēt locum decisio Bar. ꝑ
rõnes ipsiusmet Bart. puta vnus dedit vnū
vulnus lethale, ī rixa in capite vulnerati, si
super-

ADDITIO.

a ¶In consilio suo 217. *Adde ꝙ hoc dictū Petr. de Anch. sequitur Ale. de Imo. in consi. 15. in 1. vol. & in consi. 14. in 3. vol. Cepo. in consi. 41. et idem Alex. in consi. 89. in 5. vol. & vide Pa. de Cast. in cons. 192. in prima impress. & 294. in secunda impress. Ber.*

ſuperuenit ſecundus, & percuſſit vulnera-
tũ vno vulnere paruo in vno digito, tunc
non dicerem hunc ſ̃m debere decapitari ꝑ
rõnes Bar. quia non oẽ vulnus illatũ ſecũ-
do loco in perſonã iam vulnerati, tale ſ̃m
vulnus eſt mortale: nã Bar. pręſupponit, ꝙ
ſ̃m vulnus efficit̃ mortale ꝑꝑ primũ vul-
nus: ſed Bar. neceſſario non decidit, ꝙ om-
ne vulnus ſecũdo illatũ ſit mortale: & hęc
probant̃ per d. §. ſi quis ſeruũ ægrotũ. & ꝑ
doctrinã Bar. in d. l. ſi in rixa. Bene faciunt
notata in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. Vl
timo in hac materia addę vnũ pulchrũ cõ-
ſi. Pau. de Ca. in cõſ. ſuo 189. ꝙ inc. In Chri
25 ſti noĩe amẽ. in cã incarceratorũ, † ꝙ ſi plu
res ꝑſtiterunt auxiliũ, ꝗ erãt armati, adhoc
vt vnus baſtonaret aliquẽ, & ſic cũ baculo
verberaret, & ille talis poſtea occidit, ꝙ au-
xiliatores, nõ dẽnt cõdẽnari tãꝗ̃ occiſores,
ſed tanꝗ̃ ꝑſtãtes auxiliũ homicidio, ꝙ no.

26 *Accuſare poſſumus diuerſos de diuerſis delictis & temporibus, dummodo tantum duos accuſemus, niſi noſtram vel noſtrorum proſequamur iniuriam.*

27 *Iudex eodem tempore poteſt inquirere contra mille de diuerſis criminibus, diuerſis temporibus commiſſis.*

26 ANG. † Si vero vult aliquis diuerſos de
diuerſis delictis, & tꝑibus commiſſis accu-
ſare, duos tm̃ tunc põt accuſare, l. cum rõ-
nibus, ꝙ & ibi no. Ang. & Bal. C. qui accu.
non poſ. diuerſis tñ libellis, vt l. hos accuſ.
a §. l. Iulia. ff. de acc. plures vero ꝗ̃ duos *a* nõ
põt eodem tꝑe habere accuſatos, niſi ſuã
vel ſuorum proſequat̃ iniuriam, d. l. cum
rõnib. ita dicit Bar. in d. §. lege Iul. & Cy. in
l. 3. C. de ſepul. vio. & vide Bar. in l. inter li-
27 beros, §. maritus, ff. de adul. † Præterea pro
cedunt in accuſatore, ſed in iudice inquirẽ
te dic, ꝙ põt eodem tꝑe mille de diuerſis
criminibus, diuerſis tꝑibus commiſſis hr̃e
inquiſitos, ne delicta remaneãt impunita,
l. ita vulneratus, ad leg. Aq. facit ꝙ no. Bar.
in l. 2. §. ſi publico, de adult.

AVG. Tu aũt in hac materia adde gl. in
l. qui accuſare, ff. de accu. circa med. gl. ma-
gnæ, q̃ ẽt reddit rõnem quare ille qui ac-
cuſauit duos, non põt tertiũ accuſare, niſi
ſuã vel ſuorũ iniuriam proſequatur, & vi-
de Ang. in l. j. C. ſi reus, vel accu. mortuus
fuer. vide tñ Gand. in tract. malefi. ſub rub.
qui accuſ. poſ. vel non. in ver. Item ꝗ duos
accuſauit, prohibetur tertium accuſare.

28 *Libello eodem & inquiſitione eadem poteſt agi contra producentem falſos teſtes, & contra falſarios teſtes.*

28 ANG. † Ex prædictis infertur, ꝙ eodẽ li-
bello, & eadẽ inꝗſitione põt agi contra ꝓ-
ducentem falſos teſtes, & cõtra falſarios te
ſtes, vt no. Bar. in d. l. nihil. §. j. ff. de adul.

AVG. Tu adde Ange. in l. j. C. ſi reus vel
accuſ. mor. fu. & Ang. in l. hos accuſare, §.
lege Iul. ff. de accu. & ibi ponit ſi plures te-
ſtes falſum depoſuerunt, an omnes vno li-
bello poſſint accuſari? & refert opi. Docto-
rũ, tãdẽ adducit optimã diſtĩctionẽ, ex qua
opiniones oĩum poſſunt ſaluari, dic vt ibi.

29 *Statuto dicente, ꝙ villa teneatur emẽdare dãnũ paſſo ſub pœna centũ ſi malefactorẽ non cepit, ille qui paſſus eſt damnum, dẽt ẽt contribuere pro rata ad iſtam pœnam ſi eſt de villa.*

29 Quid aũt ſi plures tenent̃ ex vnius deli-
cto, vt puta dicit ſtatutum, ꝙ villa teneat̃
emendare damnum paſſo ſub pęna cẽtũ, ſi
malefactorẽ nõ cepit, an ille, qui paſſus eſt
damnũ, dẽat ẽt contribuere pro rata ſua ad
iſtã pęnã ſi eſt ď villa? Dic ꝙ ſic, vt no. Bal.
in l. ab oĩb⁹, §. ſi Titio, ff. de leg. j. Quid ecõ
tra ſi ſtatuto cauet̃, ꝙ condẽnationes conſi
liariorũ, ꝗ nõ veniunt ad cõſiliũ, diuidant̃
inter eos, an ẽt debeant hr̃e partem ſuã di-
cti conſiliarij cõdẽnati & contumaces? Bar.
in d. §. dicit ꝙ ſic: & ibi vide Bal. Ang. Imo.
& Raph. quod not. An aut cõdẽnatio facta
de Caio, & ſic de principali, ꝑiudicet conſo
cijs, vel mandatori, vel auxiliatori. Et econ
tra, an abſolutoria vni⁹ proſit alteri. Et de
multis alijs, q̃ faciunt ad iſtam materiam
pro eius perfectione dicam j̃. in gl. in ver.
& ibi caput à ſpatulis &c. & in ver. ſed quę
ro an damnato, &c. & ver. ſeq.
b AVG. Tu adde hic in j. quæſt. *b* de villa

quæ

ADDITIONES.

a ¶Quam duos. *Adde Lu. Ro. in conſ. 343. Ber.*
b ¶In prima q. de villa. *Adde ẽt tu & vide Io. And. in tit. de ſol. in addi. Spec. vbi dicit, an receptus in collegio dẽat habere partẽ eius quod ſoluit in introitu, & quõ intelligatur ſtatutũ Senenſe diſponens, ꝙ ſi villa fuerit negligens in capiendo malefactorẽ, q̃d pro eo ꝙ ſoluit ob negligentiã poſſit habere recurſum ad bona delinquẽtis & fratrum, vide Ro. in conſi. 509 Ber.*

quæ tenetur emēdare damnum, qđ Marti-
nus de Fano latissimè disputauit istā q. vt
late prosequitur Io. An. in ti. de cēsi. §. 2. in
uer. ꝑ si dānū. q̄ alleg. oēs antiquos in hac
materia & dānat Dy. qui in hac q. in d. §. si
Titio, nimis breuiter loquutus est. & uide
Doct. post Io. And. in c. cū nō deceat, ext. de
electio. in nouel. super ulti. glo. bene facit
gl. in l. j. ff. ad leg. Rho. de iac. & ibi Bal. qui
idem decidit quod Bar. in d. §. si Titio.

SVMMARIVM.

1 *Mandare quis dicatur.*
2 *Mandatum dicitur, licet uerba non sint impera tiui modi.*
3 *Assassini dicuntur, qui sunt corrupti pecunia.*

ET Sempronium Rodulphi barbitonsorem de
Florentia mandatorem, in eo, de eo, & super
eo. Vt cognosci possit quis ex mandato, &
quis ex persuasione uel consilio teneatur.
1 †Quæro primo, quis dicatur mandare. Et
respondeo, ꝑ mandare dr̄ oīs, qui mandat
committi delictum ꝑꝑ seipsum ad suæ uo
lūtatis satisfactionem, nulla data pecunia
a quæcunq; uerba *a* interueniant, ita tñ ꝑsit
ad vtilitatem mādantis. Sin aūt ad utilita-
tem illius cui committitur, dicetur persua
sor & mandator non habito respectu, qui-
bus uerbis usus fuerit, ut no. Bar. in l. nō so
lum, §. si mandato, ff. de iniu. uer. uenio ad
materiā &c. & uers. uenio ad conductorem
&c. Si aūt data pecunia, dr̄ accipiens ita mā
datum per pecuniam assassinus. & de hoc
hr̄ in c. j. de homi. lib. 6. ubi mandans ēt nō
secuta morte, ipso iure cano. lata sententia
siue alia declaratoria cū suis bonis a toto
populo diffidatus est, & facit auth. itē nul-
la cōitas, C. de episc. & cle. & d. §. si manda-
to. & ibi dicitur, quod non uocatur assassi-
nus, sed locator, & dominus conductor.

AVG. Tu autem in hac materia adde in
quantum dictum est s̄. ꝑ quęcunque uer-
ba interueniant, dr̄ mandatum, & hæc in-
telligo, dummodo illa uerba quocunq; mo
do possint importare mandatum, & iō di-
xit Bal. in l. hæc uerba, ff. de infa. per tex. cū
gl. ibi, ꝑ ille qui hortatur, nō mādat. ut ff.
manda. l. si uero non remunerandi, §. cum
quidam, & ille qui persuadet, non mandat.
allegat. l. 1. §. Pomponius, ff. depositi. Item
qui consulit uel permittit, non mandat. ff.
de lega. 2. l. cū pater, §. mādato. unde dicit:
si tu uis occidere hoīem, & tu dixisti mihi,
& ego laudaui ꝑ erat bene factū: istud non
est mandare. & ideo dicit ibi Bal. ꝑ qn̄ ali-
quis inducit testes ad probandū mandatū,
iudex debet interrogare quibus uerbis fuit
vsus ille qui accusatur, nam ex serie & qua-
litate uerborū apparebit, utrū fuerit māda
tum necne. Et subdit ibi Bal. ꝑ opus est, ꝑ
mandatum præcedat factū, & sic debet pro
bari ordo tēporis, aliàs quis nō posset con-
demnari de mandato. & dicit, ꝑ ad hoc al-
legat gl. singularē in l. si uero remunerādi.
§. si post creditā, ff. man. ꝑ dicit esse singu-
lare ſm Iac. de Are. & hoc idem dixit Bal.
in l. j. C. de ser. fug. in 4. col. & ibi in d. l. j. di
xit Bal. ꝑ ille qui utitur uerbis imperatiui
2 modi dicitur mandare. † Ibi tamen Bal. di-
xit unum notabile uerbum, ꝑ licet nō sint
verba imperatiui modi, erit mādatum: nā
dicit, ꝑ ille qui optat se ulcisci, etiam rogā
do, dicitur mandare, & fortius dixit, ꝑ si lo
cutus est ad aurem, & secutum fuit factum
illo instanti, & præcessit capitalis inimici-
tia, præsumitur mandatum, per ea quæ ha
bentur in l. si quis mihi bona, §. fi. & ibi ꝑ
Bar. ff. de acquir. hæred. & dixit singulari-
ter Ang. in cons. suo 22. incip. Pro decisio
ne quæstionis hoc solum mandari opor-
tet, ꝑ licet usus fuerim uobis importanti-
bus mandatum contra illum qui aliàs deli
berauerat primo occidere, ꝑ ego non de-
beo puniri tāquam mandans, sed tanquā
persuadens, licet confessus fuerim, ꝑ ego
mandaui, quia ista uerba non possunt im-
portare mandatum isto casu. Et aduerte in
quantum dictum est, ꝑ ordo temporis in-
spicitur in mandato, aliàs nō est mandatū.
De hac q. uide quæ dicam j. in materia, in
illa q. an ratihabitio in maleficijs ęquipa-
3 retur mandato. † Et in quantum supra di-
ctum

ADDITIO.

a ¶Quæcunque uerba. *Adde tu & uide per quæ verba quis videatur madare & quis persuadere do. Alex. in consi. 127. in 4. vol. & Ang. cōsi. 22. & an mandatum præsumatur eo ꝑ quis sit locutus ad aurem alicuius, & statim sit sequutum homicidium. vide Io. de Ana. cōs. 4. & Bal. in cons. 256. in 2. uol. ubi an quis annuendo capite ad malefactorem, dicatur mandare, & tenet quod non nisi constet quod contemplatione ipsius annuentis hoc fecit, ut ibi. Ber.*

a ctū *a* est, ꝙ illi, qui sunt pecunia corrupti,
dn̄r assassini. Addatis, ꝙ hoc idem voluit
Bar. in l. Cicero, ff. de pę. & Ang. in l. qui se-
pulchra, C. de sepul. vio. & Ang. in l. j. ff. de
eo per quē fac. erit. & Sal. in d. l. non eo mi-
nus, in fi. licet Ang. in cons. 14. inc. Nos Ca
rolus. vr̄ velle, ꝙ ēt pōt esse vnus assassinus
sine pecunia, & Io. An. in c. pe. extra de cle.
non resi. vr̄ velle, ꝙ assassinus dr̄ ille qui ex
ponit se morti obediendo dn̄o in malum,
tu vide Doct. in c. 1. de homi. lib. 6.

ADDITIO.

a ¶Et in quantum sup. dictū est. *Circa hoc ad
de tu vt pulchre per Ang. in consi. 14. incip. Nos
Carolus. & per Bal in cons. 81. in 3. vol. inci. iste
Betonus, vbi quod stante statuto, quod assassi
nus dicatur qui precio dato fieri fecit vel promis
sione, si aliquis dicat ꝙ mandans dixit (va &
dalli, Io ti darò la promessa) probatur per hoc as
sassinus, & an mandans fieri homicidium pecu
nia, debeat decapitari vt assassinus, vide ꝙ ha-
betur pulchre per Are. in consi. 165. Ber.*

---

4 *Socius potest interrogari de socijs in crimine as-
sassinamenti propter immanitatem criminis.*
5 *Hæres assassini etiam lite non contestata cum
defuncto, tenetur restituere illam pecuniam, si
ad manus suas peruenit.*

ANG. Et bene nota, ꝙ isto casu assassi-
nus tenetur dominum siue mādatorem in
iudicio nominare, & per hoc possunt tor-
queri, vt no. gl. 2. in l. nō ideo minus, C. de
accu. ita dicit ibi Bal. circa prin. in versic. in
gl. 2. &c. ꝙ tene menti, quia licet aliàs so-
cius regulariter non sit de socio interrogā
dus, & participe delicti, vt l. fi. C. de accus.
in assassinatu tamē secus est, vt hic, ꝑꝑ cri-
minis & proditionis immanitatem.

AVG. Sed addatis, ꝙ ista conclusio vr̄ fal
sa per gl. in l. fi. C. de accu. & per gl. in c. 1.
de confessis: vbi enumerantur casus specia
les, in quibus socius potest interrogari de
consociis: & tn̄ iste casus in assassino non
ponitur ibi in exceptuatis à regula: nisi sal
uando dicamus, ꝙ ꝑꝑ immanitatē crimi-
4 nis hoc sancitū est. †Et iō gl. in d. l. fi. dicit,
fallit in tali casu ꝑꝑ immanitatē criminis;
sed assassinamentū est crimē immane, igi-
tur &c. & probo, quia licet hodie de gn̄ali
consuetudine mundi non puniat̄ affectus,
nisi sequat̄ effectus ī delictis, fallit in assas-
sino, qui punit̄ capitaliter, licet non consu
mauerit delictū; ita consuluit Ang. elegan
ter in cōs. suo 14. inc. Nos Carolus, fundās
se sup tex. dicti c. j. de homicid. in 6. Et hoc
ꝑꝑ immanitatē criminis, & idē Bal. in l. 1.
ff. ꝙ quisq; iuris, in §. hęc verba, de qua ma
teria vide oīno Io. And. in mercu. in regu-
la, in pęnis, extra de reg. iur. lib. 6. & aliter
vr̄ velle Ang. in l. itē caput, §. si curauerit.
ff. de iniu. sed ille tex. non probat, quia lo-
quitur in delictis leuioribus, vt dixit Bart.
& Bar. in d. §. si mandato, & j. dicet̄ in quæ
stione quæ incipit (quæro secundo, aliqs
5 mandat.) †hoc confirmat̄, quia licet hęres
de delicto defuncti rl̄r non teneatur, si qd
ad manus defuncti peruenerit lite non cō
testata, tn̄ fallit in hærede assassini, qui te-
netur restituere illā pecuniam, ēt lite non
contestata cū defuncto, tex. est cū gl. & ibi
Ang. in l. j. §. fin. ff. de eo per quem fac. erit.
& hoc ꝑꝑ immanitatē criminis. Præterea
illa gl. in l. fi. C. de accu. simpl̄r non appro-
bat̄ à Doct. nā multos alios casus exceptua
tos ab illa regula, ꝙ socius pōt interroga-
ri de sociis, posuit Spe. in tit. de accusatore,
§. 1. ver. item repellit̄, & ita cū allegat Ant.
de But. in c. 1. de confessis. Præterea illā gl.
illius l. fi. derisit Bar. in l. repeti. §. 1. ff. de q-
stio. qui in hac materia aliter loqtur. Sed
aduerte, quia do. Ang. hic, & Bald. in l. non
ideo minus, non vn̄r aliquid dixisse, quia
hoc non est tm̄ in assassino, vt socius possit
interrogari de sociis, sed etiā in omni alio
mandatore. tex. est & ibi Ang. in terminis,
in l. & si certus, ff. ad Silla. & hoc est ꝙ vo-
luit dicere Bar. in d. l. repeti. §. 1. ff. de quęs.
dū dixit, fallit in l. si prius, ff. ad Silla. licet
Sal. in l. nō eo minus. in 4. col. C. de accu. di
cat, ꝙ distinguēdū est, an mandatū sit libe
ro, an seruo, vno casu tenet̄ noīare mādato
rē, alio nō: & ita intelligit gl. ī d. l. si prius.
6 *Mandanti assassinamentum & assassino conue
niunt, q̄ dicuntur in mādante & mandatario.*

ANGE. Vnde Sal. in d. l. non iō minus.
6 ver. mō veniamus &c. circa fi. † Quærit, an
in illo qui mandat assassinamentū, & in as
sassino habeant locū, quæ dicam j. in man
dante, & mādatario. Et dicit ꝙ sic, vt ꝓbat̄
in d. §. si mandato. Et allegat rōnē, quia li-
cet pecunia detur, tn̄ mādator data vel nō
data pecunia, non obligat̄ ex mandato, nec
ex locato, vel alia obligatiōe, qa res est tur
pis, & à iure improbata, vt ff. mā. l. si vero
non

non remunerādi.§.rei turpis,& iō dicit,dā
tem pecunias obligari ex maleficio postea
secuto,vt j.dicā in mādatore,& ꝓbat, ille
q̱ dat pecuniā, vt eius noīe cū tertio cōtra
hat obligat̄ ex cōtractu postea secuto cum
quo contraxit is,qui pecuniā recepit,vt ff.
de præscr.verb.l.naturalis,§.pe.veruntn̄ vt
dicunt Doct.& Bar.delictū cēsetur in vtro
que ipsorū atrocius,q̃ si pecunia non inter
uenisset,& iō grauior pœna,vt in c.j.de ho
mi.li.6.sicut de iudice dicimus, qui magis
peccat corruptus pecunia , q̃ si gratis,vt l.
venales,C.qn̄ prouo.non est, neq; coniun-
cta l.seruo inuito.§.si prætor,ff.ad Treb.

AVG.Tu autem in hac materia adde ꝓ
confirmatione prædictorum d.Bar.in l.Ci
cero,ff.de pœ.q̱ dicit,ꝙ vera est illa cōclu-
sio,ꝙ grauius peccant corrupti pecunia, q̃
illi q̱ non sunt corrupti pecunia, & addu-
cit hoc exemplū de assassino.Et considera,
ꝙ vera est ista cōclusio,ꝙ ea q̄ dicta sunt ꝑ
Sal.ꝙ dicta in mādatore & mādatario,mi-
litant in assassino,sed non econuerso, vt s̃.
in præcedenti col.satis clare probaui.

18 fur.†& idẽ si visus est cum cultello sangui
nolẽto exire,cum facie pallida de domo, q̃
nõ hẽt nisi vnũ ostium,& reperiť intus hõ
mortuus.ita dicit Tho. Piperata, vt refert
Io.An.in add.Spe.ĩ ti.de prob.§.1. ver.13.
in tm̃ ꝙ est sufficiens indicium ad cõdẽna-
tionẽ,& idẽ ibi dicit idẽ Th.si visus fuit ad
menare cultellũ, licet nõ visus fuit ꝑcute-
re,& postea ibi reperiť ĩterfectus, & postea
visus fuit fugere, & apparet ꝙ erat sibi ini-
micus,& fama laborat cõtra eũ,& idẽ ꝓba
tur ꝙ Titius erat inimicus Seij, ff. de qõ.l.
1.§. p̃terea. vel ꝙ t.ꝑe occisionis erat in lo-
co,vel ꝙ receptauit occidentem,vel ꝙ occi
dens erat familiaris vel domesticus, vel ꝙ
Titius iactabat se ꝙ Seiũ interficere fece-
rat,vel ꝙ inter eos offensæ p̃cesserant. Sed
ibi Io.And.tenet,ꝙ illa indicia nõ sunt suf
ficientia ad cõdẽnationẽ, sed ad torturam,
vt ẽt ab eo habeatur cõfessio,& istud est tu
c tius,*c* & idẽ tenet Imo.in d.l.fi.de hær.inst.
19 † Iudex.n.bonus inquiret cũ qbus, & ꝑ q̃
loca cõuersantur delati,seu inquisiti, quos
d torq̃re intendit, qm̃ mala conuersatio *d* est
malæ operationis indiciũ, ff.admi. tut.l.si
plures,§.q̃uis,quia ex mala conuersatione
bonus efficitur malus vel vitiosus,vt l.ędi-
les,§.Pedius,de ædili.ædic.Itẽ cõsiderat lo
ca in qbus conuersať,quia ẜm loci varieta
tẽ,collige coniecturã, vt l.fi.C.si manc. ita
fuer.alie.Itẽ cõspiciat constantiã,vel vocis
trepidationẽ, vel mẽbrorũ pallorẽ, vt l.de
minore,§.tormenta,ff.de qõ.Itẽ q̃ret cuius
vitæ fuerat prius, & an talia vel similia, de
qbus inculpatur facere cõsueuerit, ff. de re
mil.l.desertorẽ,§.is q. Itẽ inuestiget cuius
famæ & opinionis est in ciuitate,q a ẜm fa
mã iudicabo, ut d.§.tormenta.& ꝙ ibi no.
Bar.itẽ si ibi erat inimicitia, uel displicẽtia
aliquã inter reũ & offensum,vel aliqua of-
fensa,uel iniuria fuerit inter eos, quia tũc
vř p̃sumptio culpę,ff.de his qui.ut ind. l.si
militia,& ẽt alia de quibus inuestigare de-
bet.Ex quibus omnibus curiosus iudex po
terit capere indicia ad informandũ cõscien
tiam suã,ita dicit Bar. in tract. suo de qõ.
in rub.quæro aliqua indicia &c.

ADDITIONES.

a ¶Extraiudicialis. *Adde Ro.in cons.8.& ibi ẽt dicit ꝙ mendacium & domesticitas faciunt indicium ad torturam,& adde Pau.de Ca.in cõs.197. in prima impress. & ultra prædicta vide quæ late ponit do.Fran.Brun de S.Serico. in suo tract.de ind. & tortu.char.3.ver.aliud est indicium generale.in 3.col.& Par.Neap.in trac. de synd.in uerbo tortura,§.quia cõiter circa fi.*

b ¶Res furata. *Adde ꝙ idem est si est solitus emere res furatas.Ita Alex.in cons.50.in 1.vol.& ibi ꝙ inuentus in strata mortuus præsumitur mortuus a frequentantibus stratam.*

c ¶Et istud est tutius. *Aduerte quia Tho.de Pipe.loquitur copulatiue,& adde ꝙ Io.An.loquitur solum in secundo exemplo ibi relato,& per ꝙ idem sentiat in tertio, quia est minus violentũ, q̃ secundum, sed primo nõ uidetur aliter sentire q̃ Tho. & Gui.de Suza. & est magis uiolentũ, q̃ cæteri.& ultra p̃dicta adde ꝙ opi.Gan.sequitur Pau de Cast in cons.197.in 1.impressis, & ibi ꝙ ꝑꝑ Gan. authoritatẽ liberauerat quendã a morte, & eandem opi.tenet Ale. in cons.15.in 1.vol.& ibi ꝙ est casus in c.afferte.de pręsump. quia ibi illa mulier ꝑꝑ plagium merebatur mortem uerũ quia non erant, nisi p̃sumptiones uiolentæ, non cõdemnauit Salomon ad mortem, sed ad restituendum filium, & idem tenet in consi.14.in 3.vol.Io.de Ana in consi. 59. & Old.in consi.92.ubi idem dicit de d.c.afferte. Cep.in cõsi 32.& consi.39.& Pe.de Anc. in cons.204.*

d ¶Mala conuersatio. *Adde ꝙ Bal.in consi.79. in 3. vol. consuluit ꝙ conuersans cum hæretico poterit tanq̃ hæreticus poni ad torturam.Ber.*

AVG.Tu autẽ in hac materia,adde qđ miror ꝙ iste Doctor allegauerit Bar. ĩ tra. de qõ.quia Bar. non fecit tracta.de qõ. sed vide plerosque Doct.tenentes ꝙ ille tractatus q appropriatur Bar. fuerit Dy. sed certe nõ fuit,nec Bar.nec Dy. sed fuit Gan. & posuit illũ trac.in tra.suo malef.Et iõ Gã. in tra.male.sub ru.de ind.nõ dubit.qui. ad tor.perueni.in princ.ibi facit mentionem, & allegat tract. suum de qõ..& tormen. &

de verbo uerbũ, una syllaba Gan. detracta, ille trac. Gan. de qõ. est sicut ille tra. de qõ. ꝗ appropriatur Bar. & iõ in hoc rep̃hẽdo Doc. ꝗ hoc modo allegãt Bar. sed iste error causatur, quia multi Doc. sunt sicut pictores, quia nolũt emere libros, sed uiuunt super additionib. & apostillis aliorum, & interdũ nedum errãt in quotis & decisionib. legũ & Doc. sed ẽt in libris, & iõ si d. Ang. hic vidisset originaliter in fonte tractatũ Bar. de qõ. quẽ ipse allegat. & trac. an. nõ

20 fecisset tm̃ errorẽ. † Sed adde in hac materia, primo do. Gan. in tra. malef. sub rub. de q̃st. ĩ uer. q̃ debeãt p̃cedere qõnes. cõcludit, ꝙ in materia indiciorũ certa doctrina dari nõ põt, sed remittit̃ arbitrio iudicantis, & ibi dicit ꝙ iudex ex mala cõuersatione rei, capiet indicia, & in quo loco cõuersabat̃, cuius uitæ antea fuit, & qualis æstimationis & famæ, ac qualẽ vitã & habitũ ꝗs duxerit. Itẽ ex qualitate maleficij. Itẽ si ille ꝗ de crĩe inculpat̃, erat inimicus occisi, uel offensi. Itẽ si potuit prouidere ne illud maleficium committeret̃, & ibi ẽt multa, ꝗa & idẽ fecit Gan. in d. tra. sub rub. de ind. non dub. ꝗ ad tor. ꝓce. Adde ẽt G[uid]. de Suz. in tra. male. sub ru. qual. reus subij. tor. ꝗ ponit multa indicia ad ponendum quem ad torturam: & multa indicia ponit Ang. in l. milites, C. de qõ. & ĩ l. fi. C. eo. ti. & Io. An. in c. cũ in cõtẽplatione. ext. de reg. iur. & in quãtum dr̃ hic de cõfessione extraiudiciali. Adde do. de Ro. in decis. 112. ꝗ dñt, ꝙ in delictis extraiudicialis cõfessio plenè delictum nõ ꝓbat ad effectum penæ ordinarię infligendę, sed ad pęnã priuationis beneficij, & facit ĩdiciũ ad torturã. ¶

21 † Sed aduerte in quãtũ do. Ang. hic dicit, ꝙ si res furata est penes unũ, est sufficiẽs indiciũ ad torturã, & idẽ affirmauit Ang. in l. fi. C. de qõ. ꝑ ea q̃ hñr ĩ l. ancillæ, C. de fur. limita & tẽpera hoc ꝓcedere, nisi illa res reperiat̃ penes unum hoĩem bonæ conditionis & famæ, quia tunc non est sufficiens indicium ad torturã, & ita Sal. in fi. C. de qõ. limitabat dicta Bar. Nec mirum, ꝗa ut dixit Bar. in l. j. §. j. ꝑ illũ tex. in prin. ff. de qõ. ꝙ licet reperiãtur indicia, q̃ aliàs essent sufficiẽtia ad torquendũ reũ. Tñ si pro reo aliqua sũt indicia ꝓ ipso, tũc opus est ꝙ illa ĩdicia ad torquẽdũ sint magis vrgẽtia. Et ĩquãtũ s. alle. Io. And.

22 † ꝙ ex p̃sumptionibus & indicijs licet sint indubitata, quis nõ põt dãnari, sed bene torqueri. Adde tñ ꝙ pro opi. a Thomæ *a* de Piperata, allego in terminis Bar. in l. 2. ff. de fur. in prin. & Bar. in l. 2. §. fi. ff. de adul. & Bal. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. ecc. & Bal. in l. neq; natales, C. de prob. qui uolunt ꝙ aliqñ uera probatio in his criminalibus, colligatur ex p̃sumptione uiolẽta, & ponunt exẽplũ in eo qui visus fuit fugere cum gladio euaginato, & de scholari reperto cũ muliere, ꝗa nõ p̃sumitur

ADDITIO.

a ¶Adde tñ quod pro opin. Thomæ. *No. ꝙ Tho. de Piperata posuit tres casus seu tria exempla p̃sumptionis violẽtissimæ seu indiciorũ indubitatorũ, in quib. voluit habere locum l. sciant cuncti, C. de probat. & ex quibus indicijs possit quis dãnari. & cũ eo trãsit Abb. in c. 3. loco. de prob. in c. quãto. de p̃sum. & satis idẽ sentit in c. quia uerisimile, eo. ti. reprehendit. n. Bar. in d. l. fur. est solum in exemplo, de adul. ut patet ex dictis ipsius Abb. in d. c. tertio loco, de probationib. & in c. 3. loco. de p̃sum & cum Th. trãseũt multi quos hic refert. Sed est dubium an in oĩbus dictis casibus & exemplis possit quis damnari nõ dico ad mortem, quia cõis opi. est quod non, post Inno. in d. c. quia uerisimile. & sequuntur Doc. hic relati, sed ad pœnam mitiorem ordinariam, & videtur de mẽte sequentiũ ipsum Tho ꝙ sic. tamen Io. And. in d. add. & Ang. & Imo. contra relatio uidentur sentire quod solum ad torturam. & concordantes cum eis. licet Io. And. in primo expẽlo transeat cum Thoma ꝙ ad condemnationem sufficiat, & sic uidentur contra dicere, nisi dicamus saluando, quod qui dicunt nõ sufficere ad condemnationem, sed ad torturam, loquuntur quando uellet iudex procedere ad cõdemnationem imponendo pœnã ordinariã, quia ad talẽ effectum põt torquere, & ꝙ non excludant condemnationem mitiorem, patet, quia ex præsumptionibus etiam non adeo violentis potest quis damnari ad pęnam pecuniariam uel leuẽ corporalem, ut sup. in 2 limita. & nota quia hic in dicta lim. 2. expresse sentit ꝙ in secundo & tertio casu Th potest ferri sñia ex præsumptionibus in pœna pecuniaria uel corporali mitiore. In primo uero exemplo Tho. licet Io. And. post Th. vellet pœnam ordinariam seu sentiret imponi posse. ut in 3 limitatio. tamen Specu. ibi relatis Gan. Mathesi. Ro. & alij relati contra.*

unit dicere,pater noster,sed hoc mō probat
adulterium & homicidium. Sed aduerte ꝙ
Ang.in l.2.ff.de fur.reprehendit Bar. ꝗa di
cit,ꝙ ex p̄sumptione aliqua violēta, nemo
pōt damnari crīaliter, maxime ad mortē,
sed bñ est sufficiēs indicium ad torturam.
& ita dicit Imo.ī l.fi.ff.de hære.inst.& Bal.
in l.fi.C.de ꝓb.& vide no.in c.afferte,extr.
de præsump.adde Bal.in l.sciant cuncti, C.
de ꝓb.& Bar.in l.capite quinto,ff.de adul.
qui loquunt̄ de indicijs indubitatis. adde
no.ī l.si ꝗs adulterij,C.de adul.Adde Abb.
in c.tertio loco, extra de prob. qui vr̄ aliter
loꝗ.Et adde hic q̄ ȷ̄.dicā in gl.che hai adul
terato la mia dōna.visis capitulis de vxore,
q̄ramus qualis dēt esse probatio de adultę
rio. Et vide Mathesi. in no. dictis suis not.
23 118.† vbi dr̄ ꝙ p̄sumptio violenta,non est
plena probō ad condēnandū de adulterio
in crīalib.sicut nudus cū nuda,solus cū so-
la,de qua in c.literis, extra de pręsump.ꝗa
ibi agebat̄ ad separationē mr̄imonij ciuili
ter, secus in p̄sumptione violēta approba-
ta à iure ēt quo ad cām crīalem, ꝗa illa so-
24 la sufficit,vt ī l.si qui.C.de adul.† Adde tñ
ꝙex p̄sumptione violenta iudex dēt multū
temperare sn̄īam, & maxime vt non cōdē-
net ad pęnā corporalē. iuxta no.ꝑ Inn.ī c.
ꝗa verisimile,ex̄ de p̄sum. & affirmat hæc
do.Card.d.Ant.Abb.& Imo.ibi, & Old.in
cons.192.qđ inci.viso diligenter. & Pet.de
Anc.in reg.semel malus, in 19.col. de reg.
iur.& d.Ant.in c.quāto,ex̄ de p̄sum.d.Ab.
in c.constitutus,ex̄ de testi. & Bal.in l.fi.C.
de prob.& Bal.in ru.extra de of.dele. Spe.ī
tit.de p̄sum.§.species,vers.in sum.Abb.in
c.2.extra de coha.cle. & mu.& Abb.in c.&
si clerici,§.de adul.extra de iu. & Abb.in c.
auditis,ext.de p̄scr.& recte locutus est Bal.
in d.l.fi.C.de ꝓb. ꝙ vbi iudex ex p̄sumptio
nib.venit ad condēnationē, est iusta cā mi
nuendi pęnā,ꝑ l.ꝗd ergo,§. pęna grauior,
ff.de his ꝗ no.inf.ꝓ quo facit tex.& ibi gl.
25 in c.inter solicitudinis,ex̄ de pur.ca. † Lī-
tarē tñ p̄dicta, nisi iudex ferret sn̄īam per
quandā p̄sumptionē,ꝗ̄ lex expresse appro-
bat in crīalibus,vt dicebat Mathes.s̄.& alij
ꝑ d.l.si quis adulterij, C.de adul. & ita te-
net Abb.in c.accedēs,ex̄ de simo.& Bal.in
d.l.fi.& sic intelligant̄ dicta Doct. maximè
26 d.Abb.in c.j.extra de iudi.in 13.col.† Item
limitarem,ut dixi s̄. nisi ageret̄ de punien-
do aliquē pecuniariter, vel pęna leui cor-
porali,puta fustigatio. tex.est ēt in l.3.ver.
& quia plerunq;,ff.de of.p̄fe.vig.vbi ex cul
pa p̄sumpta,quia incendium pręsumit̄ cul
pa inhabitantiū,pōt quis fustigari.Itē hoc
ēt non procedit in grauissimo delicto,puta
in casu c.pro humani, ex̄ de homici.ibi dū
27 dr̄,probabiliter constiterit argumētis.† Itē
limitabat alio modo Io.And.in addi.Spe.ī
tit.de prob.& §.fi.ver.13. nisi iudex moue-
rit se ex p̄sumptione violētissima, & ita re
fert Inn.in d.ca.afferte, extra de p̄sumpt.&
d.Ant.& do.Abb. in c.tertio loco, extra de
prob.& vr̄ esse de mente Bal.in d.l. excipiū
tur,ff.ad Silla. Sed Ro.ibi multum elegan-
ter loquitur intelligēdo de illis indicijs de
quibus in d.l.si qui adulterij, quæ conclō
an sit vera vel falsa, patet ex supradictis ꝑ
me,quia vt dixi Gan.& alij dn̄t cōtrariū.&
iō licet dicant in exemplo, de eo qui visus
fuit fugere cum gladio sanguinolento: ꝙ
illa fuga arguit plenā probōnē delicti, s̄m
do.Abb.in c.tertio loco,extra de pręsump.
& Bar.in d.l.fur est,in prin.ff.de fur.& Io.
And.in d.vers.13 & Bal.in d.l. neque nata
les.& in l.fi.C.de probat.& Bal.in l.fi.ff.de
of.procon.& leg. tñ istæ probōnes nō con-
cludunt,ꝗa poterit esse,ꝙ ille qui aufugie-
bat cum gladio euaginato, quicquid fecit,
fecit ad suā defensionem, & iō alia opinio
videret̄ verior de iure.Fateor bene,ꝙ hoc es
set indicium sufficiens ad torturam, vt vo
luit Spec.in tit.de p̄sumpt.§.fi.ver. sed po-
28 ne,in fi.† Adde Gan. in tract.malef.sub ru.
de indic.& præsump.indubita ex quib.ad
condemna.perue.potest quia multa ponit
exempla de illis indicijs indubitatis, de il-
lo ꝗ exiuit cameram cum gladio sanguino
lēto pallidus. Item de capitali inimico.Itē
ꝙ vnus vidit admenare.Item ꝙ fugit,tñ d.
Gan.dicit,ꝙ vidit in practica obseruari, &
oēs sapiētes Bononiæ, & alibi non volunt
aliquē capitaliter posse puniri ex aliquo in
dicio quantūcunq; indubitato: secus si pę
na pecuniaria veniret īponēda, & ibi mul-
ta allegat,& de ista doctr.Gan. facit mētio
nem,Bal.in add.Spe. tit.de sen.in vlt.char.
allegat tñ Dy.in l.2.ff. de excus.tutor.con-
29 trarium tenuisse.† Item in quantum dn̄t,
quòd inimicitia est sufficiens indicium ad
torturam. Adde ꝙ aliàs de facto vidi alle-
gare doctrinam Spe.in tit. de præsumptio.

§.j.ver.sed pone, & ibi Io.And. qui dnt ꝙ
si vnus reperitur interfectus, & habebat ali
quem inimicum: pōt capi ille inimicus &
torqueri, quia hoc solum est sufficiens in-
dicium ad torturam, sed ista decisio est fal
sa, quia aliàs sequeret̄ ꝙ vnū indicium re-
motū à facto, sit sufficiens indicium ad tor
turam, per doctrinam Bart. in l.fi.ff. de qō.
& iō Imo. in l.fi.ff.de here.insti. vr̄ destrue
re illā doctrinā Spe. & Gand. in trac.malef.
sub ru. quæ debeant præced.qō. qui vult, ꝙ
concurrant alia indicia cum isto indicio, si
ille qui inculpatur erat inimicus offensi.
& latius dicetur j̃.in ea.gl.ibi, quæro repe
ritur aliquis occisus & ignoratur à quo.

30 *Testis vnus integer, non autem seruus, aut ui-
lis, seu infamis facit indicium maleficio.*

30 ANG. Et bene nota, q̱a dixit, ꝙ vnus te-
stis integer de maleficio: facit indiciū, quia
secus si non esset hō integer, vt seruus vilis
vel īfamis, tūc ēt deponēs de visu nō facit
īdiciū, vt l.j.§.idē Corn. & ibi Bar.ff.de qō.
AVG. Tu adde q̄ dixi s̄. in hac eadē gl.ī
ver. q̄ro qualiter probetur indicium, vbi ad
hoc multas decisiones allegaui in proprijs
terminis, quas nō replico breuitatis causa.

31 *Particeps criminis aliquando non est idoneus te
stis ad indicium contra socium, aliquando sic.*

31 ANG.† Quæro an particeps criminis di
catur testis idoneus cōtra sociū ad indiciū,
dic ꝙ non, vt no.gl. in l.filiū, C.de li.cau. &
sic nō fuit interrogādus de socijs, vt l.fi. & a
ibi ꝑ gl. & Doct. C.de accus. & iō interroga
tus ēt si sua spōte dixerit, nō facit indiciū
contra sociū, vt no. Bar. in l.j.§.si seruus, ff.
de qō Etiā si inculpatus sit malæ famæ, ꝙ
est verū, nisi in casib. no. ī d.l.fi. ex quo Bar.
in l.sæpe, §.j.ff.de qō. dat certā doctrinā, de
qua dic vt ibi ꝑ eū, sed Sal. in d.l.fi.ver.nūc a
oppono contra secundā ꝙ &c. concludit ꝙ
sunt considerandæ qualitates personarū &
delictorū. Nā aut inquisitus est seru⁹ & de
socijs est interrogandus, vt l. quicunq;, C.
de ser.fug. & l.j. in fi.ff.de qō. Si vero erat li
ber hō, & tunc in criminibus quæ rl̄r sine
socijs non committuntur interrogari pn̄t,
vt l.prouinciarum, C.de fer. Item de falsifi-
cātibus monetam, q̱a plures in eo ministe
rio sunt necessarij, vt l.j.de fal.mo. idem in
crīe læsæ maiest, quia vnus solus tm̄ com-
mittere non posset. Idē qn̄ tendit ad salutē
cōem oīum, vt l.fi.C.de malef. & math. vbi
aūt delicta nō sunt ita atrocia, & sunt deli
cta quæ sine socijs vt plurimū cōmitti so-
lent, tūc de socijs nō est interrogādus, & in
terrogatus non p̄iudicat illis noīatis. q̄ oīa
no. Sed Ant. de Butr. in c.1.de confes. tenet
simpl̄r opi. Bar. sed ꝙ socius faciat indiciū
cōtra sociū, vr̄ tex. ī c.j.de test. & ibi Inn. &
An.de But. & est tex. & ibi But. in c.veniēs,
el j.co.ti. facit tex. ī l.cū seruū, C.de ser.fug.
AVG. Tu aūt ī hac materia adde ꝙ licet
inueniā & gl. & Doct. vario modo locutos
fuisse in hac materia, tn̄ nō recedere à sn̄ia
illorum qui fuerunt magni practici in ma
leficiis. Nam reperio Gand. in tract.malef.
sub ru.de qō. & tor. in ver. bonas qōnes de
tormentis, ibi aliquis subijcitur tormētis,
confitet̄ contra aliū, nunq̱d stat̄ dicto suo.
cōcludit ibi verā esse opi. Azo. ꝙ socius nō
facit indiciū cōtra socium, nisi in certis ca
sibus specialibus, in d.l.fi.C.de acc. enume-
ratis ibi per gl. Quinimo ibi concludit ꝙ
ēt in illis casibus specialib. si non præcedāt
alia indicia, non credit̄ socio. Et istā sn̄iam
tenet Gui.de Suza. in tract.malefi. sub rub.
qualiter reus subijcia.tor. in fi.1.col. & am
bo p̄fati Doc. concludunt, ꝙ imo si ꝑsona
nominata sit malæ conditionis & famę, ēt
ꝑꝑ talem nominationē, non poterit subij-
ci tormētis de iure, exceptis casibus illis ex
ceptuatis. Et iō Ang. & Ro. quos Doct. iste
nō vidit in l & si certus, ff.ad Sill. dnt ꝙ bn̄
verū est, ꝙ socius *a* cōtra sociū facit indiciū
ad formādā inq̱sitionē, nō torturā. Quini-
mo Ro. ī d.l. & si cert⁹, dicit, ꝙ ista est cōis
sn̄ia, & Arch. in c.nemini, 9.q.3. dicit, quòd
præter

ADDITIO.

a ¶Socius criminis facit indiciū ad inq̱rēdū.
*Adde Sal. in l.ea quidem. in 14.col. C.de accus.
& adde Ful in consi.71. & Alex. de Imo. in l.
j.§.si seruus, ff.de quæst. Et de hoc vide late per
eundem Alex. in consi.127. in 4.vol. & in consi.
132. in 1.vol. & vide Fran.de Are in consi.61.
vbi quòd licet socius non possit interrogari de so
cio, nisi in aliquibus casibus, tamen quando de
crimine agitur ciuiliter socius semper potest in-
terrogari, alleg. Spe. in ti. de teste, §.1. ver. item
ꝙ est socius. Et vltra prædicta vide Cep. in con-
si.31. Ro. in consi.154. in fin. & Pau.de Cast. in
consi.224. in nouis. Et plene de hoc per Alex. in
consi.89. per totum, in 3.vol.*

præter casus exceptos, socius contra sociũ nõ facit indiciũ. Et de materia, adde vltra istũ Doct.dicta Pet.de Anc.in c.1.de cõfes. in 6.& latissime scripsit vltra oẽs Doc.Ab. in c.j.extra de cõfess.& vide gl.in c.qñ,extra de testi.& ibi ꝑ Doct.& Bar. & Ang.in l.fi.C.de accu. quicquid sit in practica non recederem à gl.hujus l.fi.C.de accu.approbata & declarata ab illis summis Doct.qui fuerunt magni practici ĩ maleficijs.s.Gãd. & Gui.de Suza. Et ideo do.Abb.in c.1. extra de confess. bene facit dũ reprehendit in aliquibus Bar in hac materia in d.l.repeti.

32 *Testis qui non debet examinari, vt pater, si examinatus fuerit non facit indicium.*

33 *Laicus licet contra clericũ non possit examinari in crĩalibus, tamẽ examinatus facit indiciũ.*

32 ANG.† Quid si quis testis *a* non debuit
a cõtra malefactorẽ examinari, vt pater, fili⁹, & alij cõmensales & domestici, vt l.p̃senti, C.de his qui ad eccl.cõfu. & l.lege Iul. & l.inuiti.& l.parentib. ff.de testi.an examinati faciant indiciũ, dic ꝙ nõ, vt no.Bar.in l.1.§.idẽ Cor.& ĩ §.diu⁹,& §.seruus,& l.maritus, ff.de qõ.& Bal.ĩ l.seruos ꝓ dño, C.đ testi.& in l.si qs ex argẽtarijs,§.2.ff.de edẽ.

AVG. Tu aũt in hac materia adde dicta do.Abb.ꝑ illũ tex.in c.de cætero, extra de
33 test.†vbi dicit ꝙ licet laicus in crĩalib.non possit testificari cõtra clericũ, tñ facit indicium,& vide Bal.in c.sacrã. de consue.rec.feu.qui dicit ꝙ testis non legitime examinat⁹, faciet indiciũ, q̃ materiã ĩtelligo ꝭm d.Bal.in l.admonendi, in antep.char. ff.de iureiur.& multa dixit Bal. in d.c.sacrã.

34 *Indicijs omnibus existentibus contra reum, tunc indicium etiam vrgens facit, si vero pro eo sint aliqua indicia, tunc indicia contra reum debent esse multum vrgentia*

34 ANG.†Et p̃dicta p̃cedũt, qñ oĩa ĩdicia sũt
b cõtra reũ. Si autẽ ꝓ se *b* aliqua ĩdicia reũ excusãtia, tũ indicia cõtra reũ dẽnt esse multũ vrgẽtia, vt superent ea q̃ faciũt ꝓ ei⁹ excusatiõe, vt no.ĩ l.j.§.j.ĩ fi.de qõ.& ibi Bar.

AVG. Tu adde id ꝙ dixit Bart.in l.2. C. quo.app.nõ rec.in 2.col.qui allc. Io.An in c.cũ in cõtemplatione, ex̃ de reg. iur. dixit ꝙ licet vn⁹ testis de veritate faciat indiciũ ad torturam: hoc verum est nisi aliæ circũstantiæ resistant illi testi, & pro hoc facit optime id quod dixit Sal. in l.fi.C.de acc. circa gl.in l.inciuilem, C.de fur.

35 *Iur̃m non est indiciũ sufficiens ad torturã, nisi vbi in ciuilibus faceret plenam probationem.*

35 ANG.† Iur̃m aũt nõ est indicium sufficiens, veruntñ in casibus in quibus ciuiliter agẽdo facit plenã ꝓbõnem, vt ĩ l.si qñ, C.vnde vi.& ꝙ ibi no.ꝑ gl. & Doct.in c.fi. extra ꝙ met.cau.in illis casibus facit indi-
c cium sufficiens ad torturam.ita dicit Bar.*c* in l.fi.in fi.ff.de in lit.iur.quod no.

AVG. Adde tñ ꝙ ibi Bar.loq̃tur per verbum, forte,& sic Bar. ita ibi clare hoc non vr̃ affirmare, quia certe durũ est ꝙ asserenti se esse vi derobatum, ꝙ sibi credatur in crĩalibus in facto proprio,& ad ponendum reũ ad torturã, q̃a vbi ex dicto vnius quis torqueri põt, opus est ꝙ ille sit omni exceptione maior, iuxta no.per Bar.in l.1.§.idẽ Cornelio, ff.de quæst.& s̃. late dixi.

36 *Indicijs non præcedentibus, licet reus in tormentis confiteatur, & postea ratificet, non poterit cõdemnari: secus tamen si sponte, & absque tortura confessus fuisset.*

36 ANG.† Aduertas tñ ꝙ si indicia non p̃cedant, & inq̃sitio formetur non præcedẽ-
d tib.indicijs, licet reus confessus *d* fuerit in tormentis,& postea ratificauerit, nõ tñ ex tali cõfessione ẽt ratificata,& ꝓcessu poterit dãnari, vt est text.cũ gl.singulari. & ibi Bar.ĩ l.pe.ff.de q̃st.secus tñ si spõte & absq; tortura cõfess⁹ fuisset, q̃a tũc ẽt nõ p̃cedẽtib.indicijs, vel ẽt nõ data indiciorũ copia ex tali spõtanea cõfess.põt dãnari, vt ẽ tex.

& ibi

ADDITIONES.

a ¶Quid si quis testis. *Adde Alex.in cons.127. in 4.vol.& Ro.in consi.154.& Barb.in cõs.35. incip.scribitur præclare apud Ecclesiast. Et qui sunt illi testes qui examinari non debent, vide late per Fran.Bru.in tract.de indi.& tor.char.1.col.4.versi. vlterius generaliter quæro.*

b ¶Pro se. *Adde Fulg.in consi.71. & dicta Ang. sequitur etiam Franc.Brun.in tract.de indi.& tor char.2.col.4.circa fi.*

c ¶Ita dicit Bar. *Adde & vide Alex.ibi in apost. qui dicit hoc esse arbitrarium, ar.no. in c.cum in contemplatione.extra de reg.iur.& maxime per Io.And.Ber.*

d ¶Confessus nõ p̃cedẽtib.indicijs. *Vide Mod. in c.at si clerici, in prin.de iud. & istũ ĩ.in ver. comparent inquisiti & confitentur totũ, in vlt. col.& vide Cep.in cõsi.105.& Barb.in cõs.35.*

& ibi not.in c.j.de accu.li.6. ita not.Pet.de
a Anc.in cle.j.de homi ꝙ sing. tene menti.a

ADDITIO.

a ¶Tene menti. *Adde tu vltra ea quæ ponit hic Aug.ꝙ cons.Ro.est nu.167.Et vide Alex.in consi.5.in j.vol.in cons.j.cons.34.& cons.52.in 3.vol.Cep.cons.40.& cons.33. & ibi dicit ꝙ confessio spontanea non uerisimilis,non est sufficiens ad condemnationem,& uide cons.Pau.de Cast.in cons.267.in secundo impres Ber.*

AVG. Tu aũt in hac materia adde,ꝙ cõtra istã conclus.expresse tenet Bal.in l.j.C.de confes.in 3.opp. qui vult ꝙ si confessio est facta in tormentis sine indicijs,dummõ sit ratificata,nocet cõfitenti, vt possit dãnari ad mortẽ,& ita solet allegari ꝙ Sal.ĩ l.2.co.2.C.de cust.& exhi.re.& hoc idẽ tenuit, & hoc est ꝙ voluit dicere Imo. in ca.fi.ext.de confes. qui dixit ꝙ Sal.tenuit contrariũ eius ꝙ dicit Bar.in d.l.pe.ff.de qõ.Sed vos addatis & teneatis opi.Bar. pro qua allego Imo.post Ang.in l.Celsus,in fi.ff.de acqu.hær.qui dicit hoc notandũ esse, quia poteris lucrari multas pecunias. Et ita alias obtinui in ꝑsonã vnius qui vocabat̃ Aug. de Ari.& libẽter feci,quia ꝓpriũ nomen meũ hẽbat, & erat de ciuitate Ari. sicut ego, & tũc Romæ erã, & fuit in primo anno quo fui creatus aduocatus cõsistorialis.Pro qua conclusione in terminis vltra Doct. allego Ang.hoc idẽ voluisse in l.j.C. de confes. & Ang.in l.2.C.quo. app.nõ recip.& Gãd. in tract.malef.in materia torturæ sub rub.an cõfes.ꝑ tortu.ꝗ nõ preces.indic.& Guid.de Suza.in tract.malef.sub ru.quali.reus subijcia.tor.in uers.sed q̃ro aliquis, & Bal.in addi.Spe.in ti.de cõfes.in j.col. & Pe.de Anc.in cõs.suo 23.inci. In Christi noĩe visa inquisitione.Plus dicebat ibi Pe.de Anc. ꝙ si apparet illũ talẽ iniuste carceratũ,& postea cõfessũ, non dr̃ cõfessio legitima,nec ex ea reus est cõdẽnandus ꝑ bonas rõnes quas allegat,& sequunt̃ Mod.in d.§.Celsus,& Ro.in cõs.149.licet Pau.de Eleaza.cõtrariũ tenuerit in cõmẽto c.grauis,de deposi. & male.Et vide do.Catal.in materia syndic.in q.212. ꝗ tenet ꝙ talis ratificatio nõ tenet qñ ꝑ torturã est habita confessio sine indicijs. Limita tñ ibi hoc esse verũ, qñ ille reus nõ esset repositus in suã pristinã libertatem: secus si esset repositus & postea iret ad iudicẽ & ratificaret,quia ipse ex tali cõfessione obligaretur, ibi vide multa q̃ allegat,quæ hic nõ trãscribo,nã mihi hoc esset parũ. Et licet iste do.Catal.nõ dicat, tñ reꝑio ꝙ originaliter hoc fuit dictũ Math.in notab.dictis suis,not.56.Nec ob.dicta Sal.in d.l.2. quia ibi Sal.non p̃supponit ꝙ nulla indicia præcesserint,ut ĩ casu nr̃o nos loquimur.Et de materia ꝑ Flor.in rub.ff.de prob.per q̃ patet verã esse sñiam Bar.in d.l.pe.ꝙ cõfessio facta in tormentis sine indicijs,ẽt si millies esset ratificata,nõ est sufficiẽs ad condẽnãdũ hoĩem ad mortem. Adde tñ ꝙ in tribus casibus potest quis torqueri sine indicijs, quos gl.enumerat,12.q.2.in c.quæstionẽ.

37 *Indicia non solum debent præcedere, & esse nota reo,sed debet dari copia reo.*

38 *Indiciorum copia danda est reo, quando iudex procedit inquirendo in casibus a statuto omissis, & a iure communi permissis, alias inquisitio non ualet.*

37 ANG.† Item aduertas ꝙ non sufficit q̃d indicia p̃cedãt & nota sint iudici,nisi detur copia reo & ꝙ contradicat,aliàs ad torturã poni non põt, & ẽt detur copia aduocato suo,vt l.custodias,& ibi gl.Bar. & Ang. & Imo.ff.de pub.iud. & not.in ca.qualiter & qñ,de accus. Si tñ indiciorum copia nõ fuerit data aduocato,non tñ ꝑ ꝑ hoc ipso iure vitiabitur processus, vt no.Bar. in d.l.custodias,ar.l.j.C.de sent.aduer.fi.la.li.12. Si tñ reo postulante non detur copia diffamationis,& indiciorũ, & vltra procederetur ipso iure,non valet processus, vt d.c.qualiter & qñ,& c.inquisitionis,ꝙ vltimũ sing.limitatur per Ange.in l.si vacantia.C.de bo. vac.post formã specialis inquisitionis quo ad ꝑsonas & delicta, vbi in effectu dicit ꝙ qñ inꝗsitio est remediũ ordinariũ,ꝙ est qñ de tali crĩe ex forma statuti põt procedi ꝑ inquisitionẽ, tunc cum procedi possit fama nõ p̃cedente, nõ est famæ & aliorũ iudicio-
38 rũ copia danda,aliàs sic.† Ex quo bene no. ꝙ si tu iudex vis per viã inquisitionis procedere ĩ casibus à statuto omissis, & ꝗ permittuntur à iure cõi,iuxta regulas Bar.in l.2.§.sed si publico, & ibi gl.ff.de adult.Sal.in l.ea quidẽ,C.de accus. & dixi in gl. hæc est q̃dam inꝗsitio &c.ꝙ copia indiciorum danda est,aliàs inquisitio non valet. Secundo, in dicto loco hoc limitat Ang. esse verum, nisi quando iudex inquirit ex mero

officio

a officio,a & nō ad alicuius q̄relā, vt s̄.dixi ī verbo, ex mero officio. ita ēt dicit Ant. de But.ī d.c.qualr & qn̄.ī 3.col. Vel tertio qn̄ ꝓcedit ꝑ inq̄sitionē ad denūciā syndici vł officialis, tūc copia famæ nō est dāda, vt dicit Ang.ī d.l.si vacātia. Sed an saltē aliorū īdiciorū sit dāda copia, vr̄ ꝙ sic, & sic saluat̄ opi. Bar. in d.l.custodias.& d.§. si publico.

ADDITIO.

a ¶Ex mero officio. *Adde ꝙ etiam quando iudex procedit ex mero officio ꝙ copia indiciorum sit danda, tenet Cep. in consi.66.& ibi quod iudex non dicitur procedere ex mero officio, quãdo est aliquis qui instigat, & vide Alex.de Imo.in consi.41. in 2. vol. vbi ꝙ iusta cā denegandi indicia reo est, quando reus esset iurisperitus; & iudex sibi legit copiam indiciorum, & idem quã do esset timor subornationis testium propter potentiam rei, vt ibi per Alex.& per Barb. in consi.35.incip. scribitur apud ecclesiast.*

AVG. Tu aūt in hac materia adde vnā singularē lītationem, ꝙ verū est ꝙ copia inq̄sitionis, & indiciorum est dāda nisi capt⁹ aliàs sit hō malæ conditionis & famæ. ita singlr dixit Gui.de Suz.ī tra.suo malef.sub rub.qualr fiat inq.ī prin.q̄ dicit ista verba formalia. Quæro nunq̄d facta, & cōpleta inq̄sitione testes dēant publicari, & de eis fieri copia, illi contra quem est facta dicta inq̄sitio, & br̄ determinat ꝙ sic, ꝑ.l.vnius, §.cogniturum, ff.de q.cum multis si. Temperat tn̄ hoc esse uerum si ille olim fuit bonæ famæ, aliàs non. Et hoc ēt voluit Gan. in tra.malef.sub ru. quom.cogn.de malef. ꝑ inq̄sitio.in vers. sed q̄ro facta & cōpleta inq̄sitione, nunquid testes & totus ꝓcessus dēnt publicari, & de his dēt fieri copia ipsi reo.ibi concludit ꝙ sic. Temperat tn̄ hoc esse verum, nisi ile contra quem est facta dicta inquisitio, sit hō malæ famæ & vitæ, & olim sic est habitus, & allegat Spe.in terminis hoc voluisse. Et ibi dicit ꝙ illud opus Spe.multū pro authētico reputatur. Et certe voluit allegare Sp. vbi ego allegaui sup. in gl.in verbo, hæc est q̄dam inquisitio. in illo art.an qn̄ iudex mero officio procedit, requirat̄ ꝙ testes examinent̄ suꝑ infamia. Sed certe mihi vr̄ ista sn̄ia periculosa, nisi limitaremus istam sn̄iam sm̄ ꝙ aliàs Gā. dixit sub eadem rub.quō cogn. de malefi. per inquisi. in 3.col. in ver. sed nunquid in introductione testium, qui dicit ꝙ doctores Bononienses semel interrogauerūt do. Fede. qui in hac materia dixit, ꝙ licet aliàs illi qui olim sit diffamatus ꝙ sit hō malæ conditionis & famæ, copia inq̄sitionis testium nō sit danda: hoc verum vbi inquisitio est formata ex mero officio iudicis. secus si ad postulationem alterius, & istā partem credo veram, & intelligas sane, quia intelligo p̄dictos doctores ꝙ loquant̄ de copia inquisitionis, & solum de copia testiū super diffamatione, non de copia indiciorum, ꝑꝑ q̄ quis postea pōt poni ad torturam, q̄a licet millies sit hō malæ famæ & vitæ, non dubito quin dari dēat sibi copia illorum indiciorum, ꝑ ea q̄ dicta sunt, q̄a defensio, q̄ est de iure naturali, nemini est auferenda, l.vt vim, ff.de iust.& iu.cū simi. Et iō dixerunt Gan.& Gui.de Suza.qui fuerunt magni practici in crīalibus, ꝙ facta captura de ipso reo à receptis indicijs contra reū, ad hoc ut possit torqueri, & iudēx uult ipsum torqueri. Si reus capt⁹ dicit, dn̄e Potestas anteq̄ me ad torturā ponatis, detis mihi terminū defensionis, ī. quem possim probare de innocentia mea, quia incontinēti sum paratus probare per testes idoneos, & tollere oīa indicia q̄ habetis contra me, ꝙ iudex non dēt ponere ipsum ad torturā, imo dare sibi dilationem ad destruendum illa indicia q̄ hēt Potestas in reum. Ita dicit ꝙ dixit Lamber. de Ramp. & hoc dixit Gand.in tra.malefi.sub rub.an volens probare cōtra indicia p̄ceden. ad tortu. admit. & idē Gui.de Suzā.in tract.malef.sub rub. qualiter reus subijcia.torm.in uers.seu q̄ro ponamus ꝙ p̄cedāt criminis indicia. Vnde cōcludo indistincte copiā indiciorū ad torturā esse dandā, ēt si reus sit homo malę vitæ & cōditionis, uel ēt si iudex procedat ex mero officio. Nec obstant s̄.alle.s.ꝙ ubi iudex ex mero officio ꝓcēdit, nō est dāda copia, q̄a intelligo & inq̄sitionis & infamię: & ita ītelligo dicta Ang. in d.l. si vacātia, & Gan.& Gui.de Suza.aliter Doc.essent ipsimet cōtrarij. In quantū aūt dixi ꝙ ubi ex mero officio iudex procedit, copia diffamationis sit danda, intelligas materiā, vt dixi sup.in gl in uerbo, hæc est q̄dam inq̄sitio.

39 *Minatus est Titius alicui mortem postea die sequēti ille cui facta sunt mine repitur mortuus, an p̄sumatur mortuus ab eo qui minatus fuit*

39 ANG. †Quæro ꝗd si aliquis minatus sit alicui mortem, postea uero sequenti die ille cui factæ sunt minæ reperiat̃ mortuus, an p̃sumatur mortuus ab eo ꝗ intulit minas. Istã qõnẽ format gl. Cy. & alij in l. metũ, C. qđ met. cau. & ꝑ Spe. in ti. de p̃sump. §. 2. uer. sed pone. & Cy. in l. j C. si ꝗs impe. maledix. & Ray. Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hę re. insti. & per Bar. in l. famosi. §. j. ff. ad leg. Iul. mai. vbi in effectu concludit esse aduertendũ, an minator fuerit hõ malę famę, & consuetus sit minas suas in interfectione hoĩum executiõi mãdare. & tũc licet Ray. dicat ꝙ est sufficiẽs ĩdiciũ ad cõdẽnationẽ, tñ Bal. ibi quẽ seꝗ̃ Im. dicit ꝙ nõ, quo ad cõdẽnationẽ, sed quo ad ponẽdũ ad torturam est sufficiẽs indiciũ, ꝗa nemo ex p̃sumptionib. dẽt dãnari, l. absentẽ, ff. de pę. sed probationibus claris, ut l. fi. C. de prob. &c.

AVG. Tu aũt in hac materia adde ꝙ miror ꝙ iste Doc. hic attribuerit istam determinationẽ Bal. cõtra Ray. Sed hoc fuit originale verbũ Sp. quẽ seꝗ̃ ibi Io. An. in addi. ti. de p̃sum. §. j. ver. sed pone. Et istã sñiã secutus est Gan. in tra. malef. in rub. an possit emen. dã. corã vicar. dom. Potesta. ĩ ver. itẽ pone ꝙ quidã mihi minatꝰ fuit. Et ibi in effectu cõcludit ꝑ bonas rões ꝙ solũ est sufficiẽs indiciũ ad torturã, nõ ad cõdẽnandũ, & uide Sal. in l. j. C. si ꝗs ĩper. male. Adde Ant. de Bu. in c. tertio loco. ext. de prob. Et Ang. in l. fi. de qõ. & ꝑ Ang. in l. j. C. de his qui. ut ind. Adde Abb. in c. lr̃as, ext. de p̃sum. post Bal. ibi uide Abb. ĩ c. scribã, ĩ fi. ext. de p̃sum. Domi. de S. Gem. in c. ꝭm, 18. di. aliꝗd ꝑ Bal. in l. j. in 3. col. & d. Bar. in l. fi. ĩ pe. q. ff. de qõ. dũ dixit ꝙ de homicidio p̃sumit̃ contra illũ qui erat inimicus occisi, & ex minis capitalib. inducitur inimicitia capitalis, ut est gl. no. ĩ l. licet, ff. de arb.

40 *Fama debet esse talis ꝙ non possit tergiuersari, & quæ possit generare scandalum, alias talis diffamatio non sufficeret.*

40 ANG. †Et bene no. ꝙ dicta fama de qua s̃. dẽt eẽ talis, ꝙ nõ possit tergiuersari, & q̃ possit gñare scãdalum, ut d. c. qualr̃ & qñ, aliàs talis diffamatio nõ sufficeret, ut ibi. q̃
a ro q̃ fama esse debeat, & qualr̃ ꝓbari dẽt, a uide Bar. ĩ l. de minore, §. tormẽta, ff. de qõ. & Sal. plene in d. l. ea quidem, C. de accus.

AVg. Tu adde & uide dicta Gand. in tra. malefi. in rub. unde & a quo loco possit fama procedere, ꝗ late examinat istam materiã. & in rub. ꝗ ad famæ ꝓba. pos. & debe. de iure admit. qui ponit quo mõ fama sit ꝓbãda, & contra Bar. tenet Bal. in l. de ꝗb. ff de leg. in fi. & Bal. in l. testiũ, C. de test. in fi. & de materia ꝑ Ang. in d. l. ea quidem. ꝑ Inn. & do. Ant. de Bu. dn c. cũ oporteat. extra de acc. ꝑ Bar. & Bal. ĩ lect. & in add. ĩ l. 3. §. 1. ff. de testib. per Bar. in l. fi. ff. de supel. leg. Tancre. in cõpendio suo ꝓ & cõtra, fo. 89. q. 1 c. per Flor. in l. si arbiter, C. de prob. per Bal. in auth. quod locum, C. de colla. & per Bal. in add. Spec. in ti. de sen. in vlt. col.

41 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam.*

42 *Fama est indicium sufficiens ad torturam, si est vehemens contra malefactorem.*

43 *Item si cum fama adsit denunciatio syndici cũ iuramento denunciantis Titium occidisse Caiũ.*

44 *Item si cum fama, probatum est etiam esse ipsum alias malæ famæ & vitæ & conditionis.*

45 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam, dantur multæ remissiones.*

41 b ANG. † Et an fama *b* sit sufficiẽs indi-
cium

ADDITIONES.

a ¶Probari dẽt. *Adde tu & uide circa hoc Alex. in cõs. 90. in 2 uol. & Fra. de Are. ĩ cõs. 103. Io. de Ana in cõs. 1 Fulg in cõs. 184. Rap. Cu. ĩ cõs. 63. & 72. Cal. ĩ ti. de ꝓb. cõs 1. & Pan. ĩ cõs. 13. Ber. Adde ultra p̃dicta circa ꝓbationẽ famæ & uide Alex. de Imo in cõs 211. col. pe. uer. nec ẽt in 2. uol. & in cons. 19. col pe. post mediũ. ibi, quæ singula &c. in 4 uol. & in consi. 25. col 2. et aliquid in cons. 66. col. fi. uer. & sic stat. in 3. uol. & etiã in consi. 70. eo uo. Et q̃uo probetur per eundem Alex. in cons. 72. col. 2. uersi. nec etiam obstaret, in 1 uol. & uide eundem in consi. 51. eo uol. ubi quod probatur per testes singulares.*

b ¶ An fama sit sufficiẽs indiciũ ad torturã. *Adde tu, & uide Alex. de Imo in consi. 5. sup. in alijs apost. alle. ubi ꝙ est sufficiens indicium ad torturã in eo. genere mali, de quo imputatur, puta in furto quando est fama, ꝙ sit fur, ubi uide. et uide et Fran. de Are. in cons. 13. Ro. in cons. 7. & de hoc plene ꝑ Pari. de Pu. in tra. synd in uer tortura. uer. an fama & adde an fama de iure canonico ꝓbet & sit sufficiens ut quis reputetur irregularis, ut eius impe rata nõ teneant, & uide Cal. in tit. de ꝓba. cons. 9 & an si fama non hẽt certũ autore sit sufficiens indicium ad inquirendum, uide per Fran. de Are. in consi. 73.*

ciũ ad torturã, dic vt ibi. & in l.fi.eo.ti.ꝑ
Bar. & Sal.in d.l.ea q dẽ, in materia famę;
& facit gl.in l.3.§.eiuſdẽ, ff.de teſtib.q̃ rñr
dicit ꝙ nõ, ſed iuncta cum alijs indiciis va-
let, vt no. Bar.ĩ l.1.§.idẽ Cornelio, ff.de q̃ſt.
Tene tñ menti ſing.gl.in c.veniens, el 1.de
teſti.q̃ dicit, ꝙ fama cum vno teſte in cã ci
uili facit plenam probõnem, & ſic ſufficit
ad cõdẽnationẽ, ſecus in crĩali, qđ bñ not.
de quo tñ dic vt no.Bar.in d §.idẽ Cornel.
ſed melius loquitᷣ Bar.ſm Dy.Ray.& Ol.
in l.1.vbi ẽt eſt gl.ff.de execu.tut. dic vt ibi.
& per Ant.de But.in c.cũ oporteat, de acc.
de quo dic vt dixi in gl.j.in ver. cõparẽt di
cti inq̃ſiti, & negauerũt totũ &c.ĩ verſ.q̃ro
an ex diuerſis gñib.ꝓbationũ. & hoc tenet
Bar.in l.ſi quis ex argentarijs, §.j.ff.de edẽ.

AVG. Tu aũt in hac materia, quia quo-
tidiana eſt, adde ꝙ iſtũ paſſum late diſpu-
tauit pro & cõtra vltra oẽs Doc.Gand.ĩ tra
cta.malef.ſub ru. de qõ. & tormen.in illa
qõne, ſed de vno q̃ro, pone fore ꝓbatũ, de
crĩe per publicam vocem, & fmã. & tãdem
cõcludit, ꝙ ſi cum fama eſt vnum aliud in-
dicium, tunc ꝑ famã poterit poni ad tortu
rã reus. Idem Gui.de Suza.in trac.malefi.
ſub rubr. qualiter reus ſubiicia. tormen.in
pñ.q dicit, puta q̃a erat inimicus. puta q̃a
iactatus eſt vel fugit &c. & hoc dicit Gan.
ſm iura ciuilia, ſed ſm iura cano.cũ fama
faciat ſemiplenã probõnem, & æquiparet
dicto vnius teſtis, c.illud, extra de preſum.
& c.ſi quis, extra de purg.cano.cũ ſimi.tũc
ꝑ ſolam probõnem famæ quis poterit tor
queri, & ſubdit ꝙ cõiter aſſeſſores hoc ob-
ſeruant. Subdit tñ ꝙ multoties vidit obſer
uari ꝓ & cõtra, ꝑ iudices & aſſeſſores ſm
varias & diuerſas opiniones diuerſorum.
Ego ãt ſi aſſeſſor eſſem hoc nõ facerẽ, ꝙ ꝑ
ſolam famã ponerem vnum ad torturam.
42 Lĩtarẽ tñ pdicta ſm qđ dicit Bar. in quo-
dam conſi.ſuo 186.incip.Dño Paci de Bur
go ſepulchri legum Doctori qui dixit ꝙ ſi
fama eſt vehemens contra malefactorem,
tunc eſt ſufficiẽs indiciũ ad torturã. Et ita
reperio Bal.tenuiſſe in c. j. de pace iura.fir.
43 in 7.col.& hr in d.§.tormenta.† Scđo lĩta-
rem niſi cum probõne famæ eſſet dictum
ſyndici cũ iuro, q̃ ita denunciauit Titium
occidiſſe Caiũ: ita conſuluit Bar.cõſil.186.
44 †Tertio lĩtarem vbi contra illum malefa-
ctorem contra quem viget fama de delicto
cõmiſſo, probatum eſt ẽt eſſe ipſum, aliàs
hoĩem malæ famæ & vitæ, & conditionis.
Ita multũ copioſe ꝓbauit Gan.in trac.ma
lef.ſub rub. ex quo tꝑe poſſit fama incipe.
ver.ſed pone ꝙ crimen; & aſſirmauit etiam
in fi.illius q.in verſ.ſed de vno quæro, quã
45 s.allegaui.† Et an fama ſit ſufficiẽs ĩdiciũ
ad torturã. Adde Bal.in addi.Spec. in ti.de
ſent.in vlt.col.& Ant.de But. in c.veniens,
extra de teſti. in 3.col. Abb.in c.1. extra de
depoſi.pulchra verba Ang.in l.fi. C.de qõ.
Et dixit Bal.in l.2.§.eiuſdem, ff.de teſti.in
addit.ꝙ vbi eſt varia opinio gentium, tunc
fama nõ eſt ſufficiens indiciũ ad torturã.
Et oĩno vide Bal.in l.milites, C.de qõ. Mo
der.in iſta materia late loquuntᷣ in d.c. ve-
niẽs. Cõſuluit Pe.de Anc.ĩ cõſ.ſuo, vbi oĩ-
no vide 254.ꝙ fama nõ eſt ſufficiens indi-
cium ad torturã, & ibi ponit qũo teſtis dẽt
deponere ſuꝑ fama. Adde d.Catal. in trac.
ſyn.q.127.vbi tractat materiã qñ fuga fa-
cit indicium, & ibi ponit etiam de fama.

46 *Fuga an faciat indicium ſufficiens de maleficio, & an faciat probationem plenam vel ſemiplenam ſeu indicium.*

46 ANG. † An fuga *a* ſit ſufficiens indiciũ
a pro maleficio. dic ꝙ aut fugit reus anteq̃
contra eũ ad aliquid procedatᷣ, q̃a nondum
eſt accuſatus, nec iudex aliq̃d pparauit, &
tunc facit indiciũ & ſuſpicionẽ contra eũ,
vt l.lege Cornelia, ff.ad Sill.ſed ſi poſtq̃ ip
ſe accuſatus vel inquiſitus eſt, aufugit vel
ſtat cautus non eundo ꝑ ciuitatem ꝑꝑ cri
men capitale ſibi aſcriptum, tunc non eſt
præſumptio ꝑꝑ hoc cõtra eum, quia iuſte
debuit & potuit timere, ita ſingulariter di-
xit Bar.in l.j.ff.de his qui ſibi mor. conſci.
aliàs aũt, an fuga faciat plenam vel ſemi-
plenam probõnem, vel indicium, plene po
nit Bar.in d.l.lege Cornelia, vbi dicit quan
doq; fuga obijcitur alicui pro crimine, &
tunc ea probata ꝓbatur crimen, vt l.deſer-
torem.

ADDITIO.

a ¶Quale indiciũ faciat fuga. *Et vltra ea quæ infra ponit dn. Angel. adde Bal.in conſ.122. & 130.& Alex.de Imo.in conſi.144.in 2.vol. Cuma.in conſ.44.& Io.de Ana.in conſi.1.et quod & quale indicium faciat fuga. vide etiam per Fran.Bru.in tract.de indi.& tortu.char.3.col.1.verſi.Item poteſt eſſe aliud.*

tores,C.de deser.& l.desertorẽ, ff.de re mi li.qñq; fuga obijcitur alicui in probationẽ alterius criminis, non vt crimen pro se: & tunc qñq; est crimen solius suspicionis, & tunc fuga est plena probõ, quia facit quem suspectũ,vt l.ĩpuberib. ff.de susp.tut. qñq; est crimen,de quo requirit̃ plena probatio de ipso facto, non de suspicione tm̃, & tũc fuga rl̃r non facit plenam probationẽ, ut l.1.C.de rap.vir.§.1.& ibi Doct.C.de exhi. re.& in auth.§.suscepto,sed verũ indicium facit semiplenã probõnem,vt no.gl.in l.in bonæ fidei,C.de re.cre. & l.admonendi, ff. de iureiu.& ibi vide Ang.in ver. in eadem gl.ibi,ꝑ fugã.sed aduertas ad hoc,quia plenius no.Sali.in d.l.in bonæ fidei: & ẽt aduerte ꝙ illud quod dixi ẜm Bar. in d.l.1.de his qui sibi mor.consci.quia Lud.de Ro.in d.l.lege.dupliciter limitat.Primo ꝗ̃uis nõdum iteruenerit accusator, tñ si interuenerit libellus minatorius de accusando, quia de hoc resultat in multis casibus effectus idẽ,qui resultaret ex libello accusatorio,vt est tex.in l.miles.§.sicubi,ff.de adult.Scd̃o nisi alia suspicio laboraret cõtra fugientẽ, ꝗa tũc ẽt fuga abrepta post accusationem vnà cũ hac maximã inducit suspicionẽ, ar. no.ĩ l.fi.C.ꝗ nu.tute.& vide gl.no.in auth. de exhi.re.§.si vero,ĩ gl.fi.vbi familiaris recedẽs fugitiue,vr̃ ꝙ si res q̃ ĩ domo, de qua fugit,nõ reperiũt̃,sit furatꝰ,ꝗ̃ gl.bene not.

AVG.Tu aũt in hac materia, adde oĩno pulchra verba Bal.in l.in bonę fidei, C. de iureiu.in pe col. qui ponit de officiali qui syndicatur & aufugit, uel de ciuib.qui ꝑꝑ partialitatẽ aufugiũt, & vide vnũ bonum verbũ Bar.in l. quid sit fugitiuꝰ.ꝑ illũ tex. in §.1.ff.de ędil.edic.& tene menti,ꝙ Ang. in l.fi.C.de q̃st. in hac materia an ꝑ fugam ꝗs possit torq̃ri, multũ magnifacit doctrinã Bar.ꝗ̃ posuit in l.1.ff.de bo.co.ꝗ mor.si bi cõsc. & sequit̃ Ro.in d.l.lex Cor. & adde Bal.in addi.in l.cũ probõ,ff. de prob.& ibi indistincte dixit, ꝙ est sufficiẽs indiciũ ad torturã,q̃ doctrina mihi nõ placet. Et ideo Gui.de Suza.in tra.male.sub ru.qual̃r reus subiici.tor.voluit ꝙ si cũ fuga fuisset aliud indiciũ, s.publica vox & fama cõtra fugiẽtẽ,tunc possit fugiens torq̃ri, ꝗa aliàs seq̃retur ꝙ vnũ indiciũ remotũ à maleficio, sufficeret ad torq̃ndũ, ꝙ est falsum, vt s̃.dixi. Et de materia adde Gan.in tra.male.in ru. de qõ.& tor.ĩ illa qõne.q̃ dẽant p̄cedere qõnes. Et de materia, vide Bal.in d.l.lex Cor. ff.ad Sil.& latissime vltra oẽs posuit istam materiam Io.And.in addi. Spe.in tit. de p̄sũ.§.2.ver.violẽta p̄sumptio,& Pe.de Anc. ꝑ illũ tex.in c.ex literis, ext.de pig.& Io.de Imo.in c.nullus,ex̃ de præsum. & Bar.in l. impuberibus, §.j.ff.de susp.tut. & Bar.post gl.in l.admonẽdi, ff.de iureiu.& ibi in effectu approbat dicta per ipsũ in d.l. lex Cor. & idẽ Ro.ĩ d.l.admonẽdi,ĩ fi.Et adde Bal.ĩ l.j.C.de req.re.& Bal.ĩ l.si cõsiliarios,C.de asses.Adde aliã pulchrã l̃itationẽ Ro. ĩ d.l. lex Corn.ff.ad Sil.in 4.col. qñ quis post accusationẽ fregit carceres & aufugit ꝗa põt ꝓcedi cõtra eũ tãꝗ̃ cõtra cõfessũ,ꝑ l ĩ eos, & l.fi.ff.de cu.1eo.Et de materia,vide Old. cõs.suo 62.ꝗa dicit ꝙ fuga facit semiplenã ꝓbõnẽ,& vltra oẽs doc.ĩ hac materia loꝗ̃do.Catal.in suo tract.synd.q.127.& in hac materia opi.Bart.quam ponit in d.l.j.ff.de bo.co. sequitur & magnificauit Ma. in no. dictis suis no.165

47 *Statuto an fieri possit quod omni casu fuga faciat plenam probationem.*

48 *Statuto an possit fieri quod stante rumore de cõmisso delicto ĩ ciuitate,fugiẽs capitaliter puniat.*

47 ANG.† Quærit Lud.in d.l.lege Cornel. an statuto fieri possit ꝙ oĩ casu fuga faciat plenam probõnem,& arguit ꝙ sic, ar.c.cũ dilectus,de fi.instr.& qđ no.in c.2.de ꝓba. & qđ no.Inn.in c.cũ P.Tabellio.de fi. inst. Sed cõtrariũ tenet, ꝗa tale statutũ est contra ius cõe,vbi ex suspicionib. ꝗs nõ dẽt dãnari,l.absentẽ,ff.de pę.Itẽ nõ põt facere ꝙ debitũ vsurarũ ꝓbet̃ ꝑ vnũ testẽ, vt no. Fe.de Se.in cõs.17.& 18.& Bal.in l.solã.in fi.C.de tes.& l.si non spãli, C.de tes.dicit ꝙ nõ põt statuto fieri, ꝙ ꝑ vnum testẽ tñ nõ reddẽtẽ sufficiẽtẽ cãm, possit ꝓbari contra a bãnitũ,ꝗa est cõtra ius cõe.*a* †Querit idẽ ĩ 48 d.l.an ꝑ statutũ possit fieri ꝙ stãte rumore de cõmisso delicto in ciuitate fugiens capitaliter puniat̃. Et br̃ dicit ꝙ eo casu quo ex fuga ñ resultaret nisi suspicio,ꝙ aut tracta-

ADDITIO.

a ¶Contra ius cõe.*Adde tu Cald.in consil.4.& quod statutum per quod crimen vsurarũ possit probari per vnum testem valeat,tenet idẽ Cal. in tit.de consti.consi 22.Ber.*

cam⁹ an possit puniri rõne delicti cõmissi,
aut rõne alicuius actionis ĩtẽtatę,p̃rĩo casu
aut fugiẽs est citatus,ita ꝙ fuit contumax,
& tunc possit virtute statuti:Itẽ ẽt ratione
contumaciç: q̃ in hoc casu est delictũ, vt l.
omne delictum,§.contumacia,ff.de re mil.
aut non fuit citatus,& tũc nullo modo va-
let statutum. Primo,quia citatio est de iure
diuino,vt in cle.pastoralis,de re iud. Secun
do, quia damnaret̃ ex p̃sumptionibus , qđ
non est dicendũ,vt s̃.dixi.Et hoc colligitur
ex verbis Bal.in l.j.C.qũo & qñ iud.& isto
casu dicit statutũ non valere,quia ex contu
macia non põt quis capitaliter dãnari, ſm
gl.4.q.j.in sum.quã Bal.dicit non esse alibi
in repet.l.data opera,C.qui accu.non poss.
ergo multominus per simplicem fugam.
AVG. Tu autem in hac materia adde, ꝙ
istæ ambę decisio.Ro.vñr falsæ,q̃a princi-
pale fundm̃ est,ꝙ statutũ contra ius cõe nõ
valet, sed de iure cõi nemo capitaliter puni
tur ex p̃sumptionib.igit̃ &c.quia cum sup-
portatione sñĩa cõis est,qđ statutum cõtra
ius cõe ualet,& tenet . Et ita argumentãdo
pro & contra determinauit Alb.de Ros. in
j.parte statuto. q. 7. qui dicit ꝙ totus mun
dus ita obseruat & determinat , igitur &c.
Præterea conuincit̃ autoritas Ro. per auto
ritatẽ Bal.in c.j.§.furtũ, de pa.iura. fir.qui
dicit ꝙ statutum fieri põt qđ ex sola contu
macia quis põt capitaliter puniri , ẽt non
constito aliter de delicto.Et alleg.Spec.hoc
voluisse in tit.de fideiuss.§. j.ver. sed pone,
& Io.And.in c.veritatis,ext.de do. & cont.
& idem dixit Bal.in c.j.qui succes.tene. Et
hoc dixit melius Bal. in rub.C.commi. vel
b epist.in fi.qđ licet per solam contumaciam
quis non põt de iure cõi corporaliter puni
ri,per l.diuus.ff.de cust.reo. tñ per statutũ
hoc fieri põt,& sic istę decisiones sunt de di
recto contra illam gl.4.q.j.in sum.quã etiã
a allegauit & sequitur Imo. in ca.2.extra de
maio.& obe.Præterea ibi præfati Doct. al-
leg. per me expresse volunt ꝙ statutũ con-
tra ius cõe in istis criminalibus valet,& te-
b net ẽt ad puniendum . Sed aduerte quo ad
primam decisionem Ro. mihi vr̃ Ro. bene
dicere,quia dico tale statutum non tm̃ esse
contra ius cõe,sed contra ius diuinum , &
moueor per decisionem Pet.de Anch. in re
pe.c.j. extra de qõ. quam posuit in 11.q.de
quibus rebus & super quibus rebus possunt
fieri statuta in illa qõne, nunquid valet sta
tutum ꝙ crimen vsurarium possit probari
per testes singulares vel per famam, qui in
decisione illius qõnis dicit non valere statu
tũ quasi annihilans speciẽ probationis , &
eas adducens ad ꝓbationes reprobatas vel
insufficientes,quia illud statutũ est contra
ius diuinũ,& est in donum plurimorum,q̃
pñt de facili succumbere , & ibi multas ra-
nes allegat.Iure.n.diuino ad minus dicit ip
se,debet quis conuinci per duos testes, cui
non põt humana constitutio derogare, 8.
dist.ꝑ totũ, dico ergo tale statutũ esse con-
tra ius diuinum & non tm̃ contra ius cõe.
Quo ad secundã decisionem,credo opi.Ro.
verã ꝑ rõnes suas, & dicta Bal.allegata per
me militabunt , si primo ille fuit citatus &
non constito aliter de delicto ille aufugiat.

49 *Testes quando pro indicijs habendis & eruendis torquendi sunt, an sit seruanda forma l.custodias,ff.de publ.iud.*

49 . ANG.† Quæro in quo casu *a* testes pro
a indicijs habendis & eruẽdis sint torquẽdi,
quia non oĩs nec oĩ casu testes in criminali
bus sunt torquendi, vt no. Bar. in l.ex libe-
ro,ff.de qõ.An qñ pñt torqueri sit seruãda
forma,l.custodias, ff. de publ.iud.videlicet
ꝙ eorũ aduocati moneant̃, & ꝙ videant in
dicia q̃ sunt contra dictos testes , ꝙ ipsi te-
stes sciunt ea q̃ vult iudex ab eis , videlicet
ꝙ ipsi sciunt indicia qualiter Titius vulne-
rauit Seiũ.dic ꝙ non,vt no.Bar. in l.vnius,
§.j.ff.de quæs.& sic ꝓ indicijs à testibus ha
bendis non seruatur solẽnitas, \l.custodias,
secus qñ agit̃ contra malefactorem . Et sis
bene cautus tu iudex ꝙ qñ tu perquiris pro
b indicijs,incipias à vicinis,*b* qm̃ in dubio vi
cini p̃sumuntur cõmisisse dãnum & furtũ
magis quàm alij,vt no.Iac.de Are. & Bar.
in l.si ita,§.fi.ff.de fun.instru. quod no.

ADDITIONES.

a ¶Quæro in quo casu. *Adde ad propositum & vide Cep.in cons.41.& dicit Frã. de Are.in suo cons.41.quod plus creditur confitenti de se & socio sine tormentis,quam cum tormentis Ber.*

b ¶A vicinis. *Adde circa hoc quæ ponit Rom. in cons.7.*

AVG. Tu in hac materia in quantũ do.
Ang.hic dixit,ꝙ non omni casu testes sunt
torquendi. Adde oĩno Gand.in tract.male-
ficio.sub rub.de quæst. & tormen. in versi.

an

an possit testis torqueri, vbi ponit ibi me-
lius enumerãdo qñ persona testis possit tor
queri,q̃ fecerit Bar.ĩ d.l.ex libero,ff. de qõ.
Et scias vnum notabile verbum qñ eris iu
dex tu,quod eleganter dixit Bal. in repet.l.
data opera, C. qui accusare.circa medium,
ꝙ vbi testes torquent̃,sufficit torqueri duo
vel tres factum scientes,& non oẽs, nã fre-
nanda est tortura,l.quoties,C.de naufra.li.
11.Item in quantum do. Ang. hic dixit ꝙ
vicinus magis præsumitur commisisse fur
tum quàm alius . Adde & intellige ꝑdicta
si vicinus aliàs est malæ famæ,secus si aliàs
esset honestæ vitæ,argu.eorum quæ tradi-
dit Sal.in l.fi.C. de accus. circa intellectum
glo.l.in ciuilem,C.de fur.

a de iu.& fa.ign.dicit ꝙ milites *a* nostri t.p̱is non pñt torqueri,& Guil.de Cu.quem vidi in fonte in l.pe.ff.ex q.cau.ma.& approbãt Mod.in l.Cẽturio.ff.de vul. & pupil. sed ego in tractatu meo allegationũ quẽ nuperrime facio, dãno opinionẽ istã, & teneo ꝙ milites nostri temporis pñt torqueri, & ꝙ non gaudent priuilegijs militaribus.

103 Tortura seu qõ.quo moderamine sit habenda.

103 ANG.† Septimo q̃ro cũ quo moderamine sit habẽda q.rñdeo moderate, vt l.de minore,§.tormenta,ff.de qõ. & hoc totũ residet in pectore boni iudicis,q̱ cõsiderabit cuius fortitudinis sit torquẽdus, cuius ętatis
b valitudinis,& ẜm qualitatẽ p̱sonæ *b* & dictorum, nec à grauioribus nec à leuioribus tormentis initium faciet, facit l.3.§.fi.ff.de re mil.& ff.ad Sil.l.si q̱s in graui.in prin.& in l.j.§.impubes,e.ti.& sic vt innocẽtię vel supplicio eum conseruet indemnem, vt l.q̃stionis modus, ff.de quæst.ita dicit Dy. in suo trac.ver.qualiter inq̱sitio fieri dẽat &c.

AVG. Tu in hac materia dic vt sępe dixi in isto tract. ꝙ cũ supportatione iste tract. q̃stionis appropriat̃ Dy.fuit Gan. in tract. mal.q̱ fecit ru.de q̃st.& tor. Quinimo dixit Gã.in trac.in prin.in ver.quinto no.ꝙ iudices hoc tẽperamentũ tenẽat vt tormẽta nõ sumãt immẽsa de aliquo, nec inq̃tum accusator postulauerit, sed ꝓut moderatę rõnis tẽperamẽta desiderãt, adeo ꝙ totus sanus, vel saluus innocẽtiæ vel supplico cõseruet̃, ita dixit Io.And. in c.cũ in contẽplatione, ext.de re.iu.p̱ tex.in l.qõnis modũ,ff. de q. & adde Bal.in l.j.C.de cõf. in 6.col. q̱ dicit ꝙ quo moderamine sit habenda qõ, hoc relinquitur arbitrio iudicis, ibi vide, sed ĩtelligo dictũ arbitriũ ẜm virũ discretũ, nõ indiscretum, per ea q̃ habentur in l.j.ff.de le.2.

104 Torto moriente in tormentis, an iudex puniat̃.

104 ANG.† Octauo q̃ro, quid si tortus *c* mo
c rit̃ in tormentis an iudex teneat̃, vr̃ dictum Bar.ꝙ sic in l.leg.Corn.ff.de sic. vbi dr̃ ꝙ si rectores torquent reũ vel testẽ, ita ꝙ ex hoc moriat̃,ꝙ tenent̃ l.l.Cornelia,de sica.p̱ illã leg. ad idẽ facit l. aut dãnum,§.j.ff. de pœ. Sed Bar.in l.qõnis,ff.de q̃st.& Cy.Bal.& Sali.in l.Gracch⁹,C.ad l. Iul. de adul.tenẽt cõtrariũ,& idẽ tenet Ang.in l.3. C.de adul. ꝙ tñ Cy.Ang.& Sal.intelligũt verũ,dũmõ indicia p̃cedãt,& ĩ actis de indicijs appareat, tũc cũ iudex fecerit ex p̱missu legis, q̱a ad torturã licite p̱uenit, licet ille moriat̃, non dẽt teneri, ut l.sed an vltro,in prin.ff.de nego.& hoc ẽt intelligũt verũ, dummõ iudex nõ fuerit egressus terminos torturę, de quo p̱ Cy.in d.l.2.& per Bal.in d.l.Gracchus. In dubio aũt nõ p̃sumitur ꝙ fuerit egressus, imo ꝙ suũ officiũ tẽperate gesserit, ut l.Herennius,§.Caia.ff.de euic. Vñ allegãti ꝙ iniuste torsit incũbit onus ꝓbãdi, ẜm Ang.ꝙ est no.dignũ: nõ obstat dictũ Bar.in d.l.le. quia imo facit pro ista parte si bene cõsideretur, quia dixit reum torsit contra iustitiã &c.& sine indicijs,& sic excessit formam & modũ torquendi, aliàs sentit si fecisset ẜm iustitiam ꝙ non tenetur. Et de materia per Flor.in l.qui occidit,ff.ad leg.Aq.

ADDITIONES.

a ¶Quod milites. *Et quod milites nostri temporis non gaudeant priuilegio antiquorum tenet Fran de Are.in cons.12 sed contrariũ, quòd imo gaudeant tenet Ro.in cons.406.& quod aduocatus nec miles possunt torqueri, consuluit Fulg. cons.173.qui alleg.Cyn.& Alb. ita tenere in d.l.milites, contrarium tamen tenet Cep. in consil. 40.& ibi q̃d de consuetudine decuriones & consiliarij ciuitatis p̃ ssunt torqueri, all Gã.p̱ Ang.s̃.alleg.& Odof.in trac.de q̃st.in fi. q̱ dicit quod ita uidit consuli & seruari. Alb.de Ros.in l.diuo Marco,in fi de q̃st.& ibi ẽt Sal.qui dicit quod nõ seruatur priuilegium quo ad torturam, quod consiliarij non torqueantur, & dicit quod ita est generalis consuetudo,& ita seruanda nisi esse specialis contraria in loco, ut est Florentia, ut dicit Bal.in l.nihil.de quæstio & ibi late. Ber.*

b ¶Qualitatem personæ. *Adde tu & vide Ale. de Imo.in cons.175.in fi.in 2 vol. Ber.*

c ¶Si tortus. *Adde & uide Bal.in cons.336.in 4. vol.inci.factum sic proponitur, ubi quod si in casu ẽt à iure permisso iudex dolose torquet, quod tenetur pœna leg.Corn de sic.l.lege § fi ff.ad l. Iul.pec.aut rigide & non dolose torquet, & tũc tenetur minori pęna, l.respiciẽdum, §.qui delinquunt, ff.de pę. aut nec dolo nec culpa torquet, & facit sicut quilibet diligens,& tunc nullo modo tenetur. Si uero iure prohibente vel nõ permisso ponit iudex aliquem ad torturam punitur lege Corn de sic.ita Iac.de Are.in tract.de quæst. & vide Fran.de Are.in cons.80.Ber.*

AVG.

AVG. Tu de hac materia adde dicta Gas. de Cal.in c.j.ext.de depos.Sed in hac materia reperi vnum pulchrum cõsilium do.Zilioli de Caũitel.qui cõsuluit pone ꝙ iudex excessit modũ in torquendo reũ excessiue, vel in casu nõ permisso, ut quia forte non erant indicia legitima, vel fuerunt purgata ꝑ alias ꝓbationes, uel q̃a non erat de casibus, de quibus posset torqueri de iure, an teneatur directa l.Cornelia, de sica.& sic debeat decapitari. Nã vr̃ ꝙ sic, cum iudex nõ possit p̃tendere se ignorare iura, quorũ asseruit se fore peritum cum electioni de se, ut de perito factæ cõsenserit, l.2. & ibj no. ff.ꝙ quis.iu. Nã licet ignorare iura sit lata culpa, q̃a põt cõsulere peritiorẽ.ut ff.de in fa.l.liberorũ, in fi.& ita dicit ibi gl. in l.ex maleficijs,§.si iudex,ff. de act. & obl.& ꝓbatur ꝑ tex.Inst.ad le. Aqui.§. p̃terea.ver. imperitiã,& ff.de re.iu.l.ĩperitiã.tñ hoc verũ in ꝑsonis q̄ nõ sunt astrictæ scire iura, vbi in pęnalib.lata culpa nõ æquiparet̃ dolo.& ita intelligitur d.l.imperitiã,cũ simi. Sed in iudice q̃ se asserit iurisperitũ ignorare ius est adeo lata culpa, ꝙ dolus in eo p̄sumitur cum iuris ignorantia non p̄sumitur, sed verius scientia iuris. Et isto casu lata culpa æq̃paratur dolo.l.2.cum gl.ff. qđ quis.iur. Et pro hoc vr̃ ꝙ iudex dẽat decapitari tanq̃ dolose occiderit illum in tormentis, & ita vr̃ tenere Sal. sed certe est error, q̃a ꝭm dictum do.Zilioli.isto casu lata culpa, ęquiparat̃ dolo, sed nõ dolo vero sed p̄sumpto. Itẽ æq̃paratur dolo tacito, & non exp̄sso, & ita dẽt intelligi tex.& gl.in d.l.ex maleficijs,& gl.ĩ l.fi.C.de pę.iu.q̃ male iu. Et idẽ in medico q̃ per imperitiã aliquem debilitauit uel occiderit, ut dicit glo.in d.l.2.ꝙ quis.iu.& tex.in d.§.p̄terea Inst.ad le. Aq.& iõ errauit Sal.dum voluit talẽ puniri directa l.Aquilia. sed non est uerum, q̃a in pęnis corporalib.infligendis lata culpa, nõ æquiparatur dolo. Sed cum dico teneri vtili Cornelia, vt extra ordinẽ iudicis arbitrio puniatur, & ita dicit Bar.in l.vlt.ff. de adul.in q.de occiso bãnito ꝓbatur in l. lex Iul.§.fi.ff.ad l.Iul.repe.lex.n.Cornelia directa requirit uerbum dolum, utilis autẽ req̃rit fictum seu p̄sumptum, ꝙ insurgit ex lata culpa cõmissa ꝑ illum q̃ est astrictus scire iura, vt in iudice & medico. Et licet qñ iudex lędit partẽ ciuiliter ꝑ imprudẽtiam non teneatur ad merã pęnã fisco applicandã, sed tm̃ ad satisfactionẽ damnorũ & expensarum seu interesse partis læsæ, ut dicit Bar.in l.fi.ĩ fi.de va.& extraor.cog.& in disput.sua, quę incipit, à sñia iudicis qui male iudicauit &c.tñ qñ iudex per imprudentiã lædit in corpus aliquẽ, s.torquẽdo, uel eum aliter debilitando, uel occidi faciendo in publico arengo, iste iudex tenetur extra ordinem vtili leg. Cornelia, vt s̃.dixi,& ita consuluit do. Ziliolus in ciuitate Mantuæ, qui dixit ꝙ nisi dolus expressus ꝓbetur in iudice, s.qđ uel odio, vel gratia alterius, puta inimici passi uel corruptus pecunia, illũ læderet in corpus, non teneat̃ directa lege Cornelia, s.pęna corporali, quin potiꝰ dicĩ debet ipsum iudicem fuisse ĩ culpa lata, q̃ in dolo uero & expresso, quia saltem prætextu officij sibi cõmissi id fecit, & per consequens nõ prætextu homicidij cõmittendi, nam ad excludendum uerum dolũ & expressum, & pęnã quæ pro tali dolo imponenda uenit, sufficit ꝙ aliquo colore iusto, uel prætextu, id factum sit, licet facere iure non debuerit, ut l.Gracchus,C.de adul. ubi casus. Item sufficit eum fuisse motum aliquibus rõnibus, siue iustis, siue iniustis, q̃a per hæc caliditas excluditur, licet vera culpa cõcludatur q̄ ex quasi maleficio ꝓuenit non ex maleficio, ut dicit gl. in d.l.ex maleficijs,§.si iudex,& d.l.fi.ff.de ua.& extraor. cog. & pro hoc tex. in l. igitur,§. põt, ff.de lib.cau.& gl. in l.1.ff.de abig. & in l.plagiarij,C.de plag.& ĩ l.j.C.ubi cã status, & ibi Bal.& per Bar.in d.l.fi.ff.de adul.& in corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo, s.uero & exp̄sso, ut l. in lege, in prin.vbi Bar.ff.de sica.Et hãc op.dicit ipse do. Ziliolus tenere Ia.de Are. ĩ add.ĩ d.l. Gracchus. & Gui.de Suz.tñ dicebat iudicem hmõi debere caute ꝓtestari se errasse in iure, & suũ errorẽ iuris allegare, & ꝓtestari, ꝙ si aliàs similis reus sibi ocurreret, cum taliter non torqueret.ar.l.si adulteriũ cum incestu, §. idem Pollioni. ff. de adul.& dicebat eũ extra ordinem p̄ter q̃ in corpus puniendum, & ita ipse d. Ziliolus de facto consuluit in ciuitatę Mantuæ pro dño Bidia de Fauentria ibi iudice, qui tm̃ torqueri fecerat unũ reum modum debitum excedendo ꝙ mortuus fuerat, & in syndicatu contra iudicẽ procedebatur. & no.etiã pro medico cuius

lata culpa perit infirmus, ꝑ quo Insti.ad l.
Aq.§.ꝑterea.ver. imperitiã.& l.illicitas,§.
sicuti medico, ff.de off.ꝑsi.& gl.in l.2. ff.ꝙ
q̃.si.iu.Sed in hac materia adde Gan.in tra.
malef.sub ru.de qõ.& tor.in illa q.quę cõ-
fessio dicatur facta formidine tormẽto. in
ver.sed quid si iudex in tormẽtis adeo mo-
dũ excedit ꝙ tortus ibi defecit, vel mẽbrũ
debilitauit, qui latissime disputauit istã q.
arguẽdo pro & cõtra.& refert Gui. de Suz.
dixisse, ꝙ vbi iudex modũ excidit torquen
do, statim ꝙ modum excedat, tenetur, quia
fingiẽ nõ iudex, sed est priuatus, sicut tutor
male administrãdo, fingiẽ nõ tutor,& tene
tur tanq̃ quilibet, l.tutor, ff.de susp.tu.cũ
simi. Ipse vero Gan.dicit, ꝙ si dolo fecit, te
neẽ: si vero aliam culpam commiserit, non
teneẽ, dic vt ibi. Adde do. Ang. notabiliter
loquẽtem in l.leg.Iul.ff.ad le.Iul.de vi pu.
Adde do.Catal. in trac.synd.q.164.vbi ap-
probat in hac materia dicta Bart. in l. qõ-
nis, ff.de quæst. & Cyn.in l.Gracchus, C.de
adul.& idem d.Catal.q.205.& 206.dicit, ꝙ
si aliquis in tortura repetitur, & ibi moria
tur, assessor tenetur tanquam homicida.

105 *Trepidatio, balbuties, & uariatio in actis redacta, etiam sine illis indicijs, an sint sufficiẽtia indicia ad torturam.*

105 ANG.†Nono quęro quid si alia indicia
non sunt, iudex tñ interrogat & ipse trepi
dat, balbutit & uariat, tũc iudex faciat ista
in actis scribere,& hæc sunt sufficientia in
dicia sine alijs indicijs ad torturam. ita di-
cit Inn.in c.qm̃.de prob. & Bar.in l.de mi-
nore, §.tormenta.ver.plurimum, ff.de q̃st.
Ex quo pulchram & salubrem capias cau-
telam, ꝙ qñ ꝑcedentibus indicijs torques
aliquem, & uno sero dicit unum, alio vero
a sero dicit aliud variando, *a* tunc nõ parcas
calamo, imo omnis quæque dicit, & istas
varietates facias scribi in actis. tunc secure
& sæpe & sæpius ẽt alijs indicijs nõ suꝑue
nientibus potes eũ in torturã repetere. ita
dicit Bar.ĩ d.§.tormẽta, in prin.ꝙ bene no.
quia hoc practicando multoties fecit mihi
honorẽ,& maxime in urbe dũ ibi assidebã.

AVG.Tu aũt adde & intellige ꝑdicta ni
si torqueres reũ iniuste sine indicijs,& ipse
tũc uariaret,& uacillaret, quia uno sero di-
ceret vnũ, alio sero diceret aliud ĩ tortura,
quia oẽs illæ confessiones & uacillationes
factæ illo modo in tortura, ẽt si essent mil-
lies ratificatæ, nõ valerent, vt s̃.in hac eadẽ
gl.ĩ ver.aduertas tñ si indicia nõ ꝑcedãt &
inquisitio formetur, licet reus fuerit cõfes
sus in tormentis. & in q. quam tetigit do.
Ang.hic. Adde Bar.in l.fi.ff.de quæst.ĩ fi.j.
col.qui dicit ex voce,& trepidatione, & in-
constantia, poterit iudex habere indicium
vel præsumptionem cõtra aliquem. & ubi
inuenit illũ in mendacio, hoc est sufficiens
indicium. Sola aũt trepidatio, uel mutatio
coloris uultus, nõ sufficeret, ut vĩ velle Bal.
in l.presbyteri.in prin.C.de epi. & cler.nisi
concurrerẽt alia quæ arbitrio iudicis re-
linquuntur, ut dicit ibi Bal. & certe est sen
tentia Bar. in d.l.fi. vbi videtur velle ꝙ co-
pulatiue illa cõcurrant, dum dicit ex uoce
& trepidatione & inconstantia.

106 *Inculpatio quam facit socius criminis, an sit sufficiens indicium ad torturam.*

106 ANG.† Decimo q̃ro, an inculpatio q̃ fa
cit socius criminis sit sufficiẽs ĩdiciũ, vt q̃s
possit torq̃ri? dic ꝙ in casib.in quib.q̃s põt
interrogari de socijs, ꝙ est in sex casib.no.
in l.fi.C.de accu.ꝙ talis inculpatio est suffi
b ciẽs *b* ad ponẽdũ inculpatũ ad torturã, vt
l.edictũ.& l.j.§. cũ q̃ latrones, ff.de qõ. ita
dicit Dy.ĩ suo tra. ver.sed nũq̃d ꝑ ꝑ talẽ ꝑ-
sũptionẽ &c.aiiàs sec⁹. facit ꝙ s̃.dixi ĩ ista
gl.uer. octauo, an si contra talẽ delictũ,&c.

ADDITIONES.

a ¶ Variando. *Et quod mendacium sit sufficiens indicium ad torturam. vide Ro.in consi.8.Ber.*
b ¶ Sufficiens. *Adde tu & vide Ale.in cons.88. in 4.volu.Ber.*

AVG. Adde qđ miror ꝙ iste doctor in
isto articulo tam arduo & quotidiano, &
vbi tractatur de torquẽdo homines, ita in-
caute locutus est. primo, quia ut sæpe dixi
ille non est trac. Dy.sed Gan. in loco s̃ alle.
Sed siue sit Dy.siue Gã.hodie assessores cõi
ter videtur obseruare doct. Bar. in hac ma-
teria q̃ posuit in l.repeti, §.j.ff.de quęst. Et
materia est amplissima q̃ late posui s̃.ĩ ad.
meis, in hac ea.gl.in uer.qui incipit quęro
an ꝑticeps criminis.& ibi iste autor posuit
latius ĩ materia, sed nõ fuit recordat⁹ hic.

107 *Hospiti existenti in hospitio aliquid reperitur subtractum, & ignoratur a quo: nec aliqua suspicio, vel indicium est contra familiam hospitis, an iudex ex suo officio sine alijs indicijs potest torquere familiam hospitis.*

ANG.

107 ANG. † Vndecimo quæro, alicui hospitanti in aliquo hospitio aliquid reperitur subtractũ, & ignorat̃ à quo, nec aliqua suspicio vel indiciũ est cõtra familiã hospitis an ex suo officio iudex sine alijs ĩdicijs põt torquere familiã hospitis, & alios qui erant in domo? dic ꝙ sic: ita dicit Bar. ꝙ semel practicauit in l. j. in fi. ff. si fa. fur. fe. di.

AVG. Tu adde ꝙ iste doctor errauit, q̃a Bar. ibi nihil dixit de hoc, sed voluit allegare Bar. in l. j. ff. fur. aduer. nau. cau. & stab. & ẽt si tu cõsideras verba Bar. ibi Bar. nihil dicit de hoc. Sed Bart. dicit ꝙ practicauit semel ꝙ familia põt torq̃ri ad deponẽdũ q̃d erat in illa valisia. & Spe. vr̃ aliter dixisse in ti. de fur. §. j. ver. pone, sed posito ꝙ Bar. hoc diceret. Ego aũt ita indistincte non torq̃rẽ familiã hospitis, sed hr̃em recursum ad di. Spe. in d. ver. per totã illã col. cõiecturando si hospes est bonæ famæ vel malę, vt ibi dicit Sp. si peregrinus est pauꝑ vel diues & aliç ꝑsũptiones, de quib. ẽt ꝑ Bar. in d. l. j. ff. fur. aduer. nau. cau. sta. dicit tñ Bal. in l. j. C. loc. ꝙ gñaliter est ꝑsũptio cõtra hospites q̃ sũt hoĩes malę cõditionis & rapaces. istud d. Bal. hẽt locũ qñ dubtat̃, an hospes sit malæ vitæ, & cõditionis vel bonæ vitæ. Sed si est bonæ famę, & constat vt in hac ciuitate Ferrariæ habemus hospitẽ Angeli q̃ fidelis est & bonę famę, nõ hẽt locũ doctr. Bar. s. all. q̃a vera ꝓbatio excludit ꝑsũptionẽ, l. 1. C. de ꝓb. l. nõ ẽ verisimile, ff. ꝙ me. ca. & ita vr̃ esse de mẽte Pet. de Anc. in cons. suo 288. q̃ multũ eleganter loq̃t̃; dicit tñ d. Catal. in tract. synd. in q. 274. ꝙ cum res datur in custodiã alicui, & illa res est derobata, talis custos põt torq̃ri, & multa alle. ibi vide.

108 Tortura nõ dẽt adhiberi ꝓ maleficio priusq̃ constet curiæ maleficium fuisse commissum.

108 ANG. † Duodecimo tu iudex sis bñ cautus ne aliquẽ ad torturã pro maleficio ponas, priusq̃ constet curiæ tuæ id maleficiũ fuisse cõmissũ, licet ignoret̃ q̃s illud cõmiserit, vt l. j. §. illud, & ibi Bar. ff. ad Sill. vñ si furtũ dr̃ factũ, facias in bastardello tuo per diligentẽ inq̃sitionẽ, q̃relã & testes, & missionẽ tui officialis, vbi furtũ cõmissum est describi & ponere ꝑ tuũ notariũ. Et sic de homicidio ꝙ mittas officialẽ ad vidẽdum mortuũ & vulneratũ, & vulnera describi, & hoc redigas prius ĩ actis: aliàs aũt nisi facta tali diligẽtia si aliquẽ torq̃res ꝓ dicto maleficio posses ĩ sindicatu teneri, vt no. Bar. ĩ d. §. illud, facit ꝙ idẽ no. ĩ simili ĩ l. hęc ãt. §. j. ff. ex q̃. ca. ĩ pos. ea. & l. multũ, de cõ. & de.

AVG. Tu aũt in hac materia adde ꝙ Bar. hoc nõ dixit ĩ d. l. j. §. itẽ illud, ff. ad Sil. quẽ voluit allegare iste doctor, & ibi nihil dicit de tortura magis q̃ de processu. Sed dico ꝙ imo iudex nõ dẽt ꝓcedere, ꝙ fortius est ad inquisitionẽ spãlem, nisi primo constet de delicto. & ita dicit Bart. in l. fin. ff. de qõ. in prin. Si aũt aliquis sponte confiteret̃ delictũ, puta occidisse Titiũ, & postea cõstaret Titiũ fuisse occisum ꝑ famã vel hoĩem, & ꝓiecisse in mari, an sufficiat hoc mõ cõstare de delicto, dicã ĩ. in gl. in verbo, & vestẽ cęlestẽ abstulit, in ver. q̃d si aliquis cõfitet̃ se plura furta cõmisisse, dicã ĩ. in ꝓxi. col. & seq. oĩno vide, & vide Ro. ĩ d. §. itẽ illud. in l. j. ff. ad Sil. q̃ vr̃ velle ꝙ si nõ sit oppositũ, & postea cõstaret de delicto in ꝓcessu sufficeret. Limita tñ ꝑdicta ẜm Bal. in l. in de Nerati⁹, ff. ad l. Aq. ĩ §: fi. & voluit Bart. in d. §. itẽ illud. Adde tñ ꝙ Bal. ĩ l. 3. §. eiusdẽ, de test. in addi. ꝑ tex. in d. l. j. §. itẽ illud, ff. ad Silla. dixit, ꝙ prius dẽt cõstare liquide de facto, anteq̃ quis torqueat̃, vñ tortura fit ad liquidationẽ ꝑsonę, nõ ad liquidationẽ facti, all. d. §. itẽ illud, dicas, sed ꝙ dispositio d. §. itẽ illud, fallit in crĩe furti, ꝑ l. vbi C. de fal. & ĩ crĩe furti, ꝑ l. cũ seru⁹, ff. de cõ. ob cau. & in crĩe adulterij, ꝑ l. ꝓspexit, ff. q̃ & à q̃. Ego vero ꝓ nũc dubito de istis trib. fallen. q̃a illę leges mihi hoc non probãt.

109 Torqueri possunt custodes, quando curia constat de maleficio.

109 ANG. † Sed si curiæ cõstat de maleficio, puta de furto, potes custodes torquere, vt iudicent furẽ, & nõ teneri postea in syndicatu, licet dictos custodes sine indicijs torseris, ita dicit Bar. in l. j. ff. de off. præf. vig.

AVG. Tu adde & vide Bal. in d. l. j. de of. ꝑf. vig. & hoc est q̃d voluit dicere Bar. ĩ l. j. in fi. ff. fur. aduer. nau. cau. sta. de illis q̃ tenent̃ custodire res positas ĩ stabulo, vel caupona, q̃ pñt torq̃ri, & dic vt s̃. dixi in xj. q.

110 Confessio facta sine tormentis praiudicat, nec est opus quod reiteretur.

111 Confessio vnica & sola sine tormentis aut metu tormentorum facta, non praiudicat.

112 Tortus quantum tempus quiescere debet antequam ducatur ad tribunal, & ratificet.

113 Confessio sine tormentis facta non praiudicat si

eat si postea contra eam probetur falsitas.
114 *Item non præiudicat si non est uerisimilis.*
115 *Confessus se occidisse hominem & proiecisse in mari, si non constat de corpore mortuo, non potest occidi, nisi saltem per famam probetur illũ esse mortuum.*
116 *Item non præiudicat confessio facta sine tormentis, nisi fuerit facta ante sententiam.*
117 *Testis confessus per torturam, non debet perseuerare nisi in confessione illa.*

ANG. Postq̃ aliquis est captus & carce-
ratus aliqñ sine tortura confitet̃, & sine me
tu, aliqñ cũ tortura vel metu tormẽtorum,
110 aliqñ negat, de quib. oĩbus videam⁹. † Et
primo qñ sponte confitetur sine tormẽtis,
a an talis confessio preiudicet: dic ꝙ sic, *a* &
vnica sufficit, nec est opus ꝙ reiteretur; vt
no. gl. & Bar. in l. j. §. diu⁹ in prin. ff. de q̃st.
& Dy. in suo tract. ver. restat videre quid si
confessus &c. & idem no. Bar. in l. j. in fi. ff.
de cust. re. idem not. Doc. & Sal. in l. 2. C. de
cust. & exhi. re. vt ibi plene ꝑ eum, sed cau-
tus iudex semper facit eum in confessione
reiterare ad tribunal, & in ea perseuerare,
ne aliquo mõ possit dici ꝙ illa cõfessio fue
rit extorta metu tormentorũ, nam cõfessio
dr̃ facta metu tormentorũ, si facta fuit tor
mentis adhibitis, vel si ligatus est in tortu
ra, vel ante torturã ductus, & minę p̃cedãt
ꝙ si non confiteat̃ torquebit̃, tunc dr̃ facta
metu tormentorũ; ita dicit Iac. But. Cyn. &
Sal. in l. 2. C. de cust. & exhi. re. & no. Bar. in
b d. §. diuus. Dr̃ ẽt facta metu tormentorũ, *b*
si tm̃ mõ ante torturã q̃s spoliatus fuerit,
& nõ legatus, nec minatus sibi de tortura si
non confiteat̃; ita eleganter dicit Bar. in l.
nouissime, per illũ tex. ff. ꝙ fal. tut. aut. vbi
dicit ꝙ semel habuit de facto Florentiæ, ꝙ
no. sed aduertas q̃a multi iudices faciunt
malefactorẽ q̃ confessus fuit in tormentis
statim ad bãchũ ratificare: & male faciũt,
q̃a adhuc inest dolor & metus tormẽtorũ;
q̃a anteq̃ ducat̃ ad ratificandũ, dẽt esse in-
teruallũ, ita dicit Butr. Bal. & Sal. ĩ l. 2. C. ꝙ
me. cau. & ibi Ang, & ĩ. dicã. posset tñ esse
ꝙ aliquo mõ non p̃sumeret̃ cõfessio facta
metu tormentorũ, vt si q̃s captus esset p̃ce
dẽtibus indicijs, & statim cũ captus est an-
teq̃ carceretur, vel aliquo mõ ei minet̃, cũ
esset in palatio ante tribunal, spõte dixit &
cõfessus fuit iudici pro tribunali sedenti, ex
tali vnica cõfessione poterit dãnari, nec est
111 opus ꝙ perseueret. ita intelligat̃ Bar. † Se
cundo no. ꝙ si confessio facta sit in tormen
tis vel tormentorum metu, ꝙ vnica & sola
nõ p̃iudicat, vt dicit §. diuus; & ibi Bar. qñ
dicatur facta metu tormentorũ, & idẽ not.
Iac. But. in d. l. 2. de cust. & exhi. re. Vbi di-
112 cit, † ꝙ tortus dẽt quiescere saltẽ per vnã
diẽ naturalẽ post torturã, anteq̃ ducat̃ ad
tribunal vt ratificet, vel ſm Bar. hoc erit ar
bitrio boni iudicis relinquendũ, qui iudex
dẽt arbitrari ęque, vt reducat eũ ad reiterã
dũ cõfessionẽ ante tribunal eo tp̃e quo ve
risimiliter tormentorũ metus cessauerit, ꝙ
puto verius cũ dolore & metu tormentorũ
cessantib. ducit̃ ad tribunal, & sic ĩ loco pu-
blici iudicij corã notarijs & publicis perso
nis, vt ꝙ ĩ secretis palatij dixerit, cõfirmet;
& in publicum confiteatur; vt dicit tex. &
ibi Ang. & Sal. in d. l. 2. quibus omnino ad-
das qđ no. Sal. in l. fi. in 1. col. C. de quæst.

ADDITIONES.

a ¶Quod sic. *Adde tu ultra ea q̃ ponit do. Ang. & uide Alex. de Imol. in consi. 127 in 4. vol. et ibi quod sola confessio sufficit ad condemnandũ etiam si processus est inordinatus. Et idem noluit Abb. in consi. 25. & quando confessio dicatur facta metu tormentorum, et si notarius scripsit sponte confessus, vide Paul. de Cast. in consi. 284. & Alex. de Imo. in consi. 177. in 2. volu. & in consi. 2. in 3. vol.*

b ¶Metu tormẽtorum. *Adde tu quando confessio dicatur facta metu tormentorum, & debeat perseuerare, & quod interuallũ esse debeat. Et vide Alex. in consi. 1. & consi. 52. in 3. vol. & in cons. 5. in 1. vol. & Cep. late in consi. 40. vbi dicit quod valet cõsuetudo quod reus interrogetur in loco tormentorum, & vide Fran. de Are. in cõsi. 14. no. tamen quod confessio rei in benigniorem partem, et pro reo est interpretanda. ita Ro. in consi. 555. & Cep. in consi. 77. Ber.*

AVG. Tu aũt ĩ hac materia adde ꝙ Gã.
in trac. male. sub ru. de q̃st. & tor. in ver. q̃s
sit effectus q̃onis. ibi arguendo pro & con-
tra, an confessio spõte facta in criminalib.
dẽat ratificari ꝑ eũ, tandẽ concludit ꝙ illa,
q̃ est facta sine tortura & metu tormẽtorũ,
illa sola & vnica sufficit ad cõdẽnãdũ. & đt
ꝙ ista est cõis op. Doc. & idẽ tenet Bal. ĩ ad
di. Spe. in ti. de cõfes. in j. col. & Bal. & Doc.
ĩ l. 2. C. ꝙ me. ca. & Bal. & Ang. post gl. ĩ l. j.
113 C. đ cof. & idẽ Ang. ĩ l. j. ff. de cõf. † Qui li
mitat

a mitat primo a ꝑdicta nisi illa cōfessio q̄ est
spōte facta sine tortura, & una cōtra eā ꝓ-
bet̄ postea falsitas, ꝙ ex illa cōfessione spō
te facta in crīalibus, tunc non pōt seq̄ con-
dēnatio. alle. Spe. hoc uoluisse in ti. de con-
fes. §. effectus. ad fi. Et hanc sn̄iam approba
uit ēt Bal. in l. si q̄s in hoc genus, C. de epi.
& cle. Ex cuius dictis potes limitare prædi-
114 cta. Scd̄o ꝙ uerum est ꝙ ꝑ ꝑ solam cōfes-
sionē sponte factam in capitalib. quis pōt
condemnari, si talis confessio est verisimi-
lis, secus si non sit uerisimilis. alle. l. 1. §. si
quis vltro, ff. de qō. & hic possum ponere
exemplum Ang. ꝙ posuit in l. 1. C. de conf.
de illis malādrinis q̄ cōfessi sunt se occidis
se plures mercatores peregrinos, & ꝓiecisse
corū corpora in mari: an stādum sit illi cō-
fessioni, q̄a inspiciēdū est, an mare uel flu-
mē esset ibi ꝓpe, vel nō. Ex istis. n. cōprehē
ditur verisimilitudo, quia si erāt hoīes ma
læ vitæ, & ibi aqua erat prope, potuerunt
dānari, aliàs nō. Sed dubito de illa decisio-
ne, quia contrarium vr̄ innuere ipse Ang. ī
l. certum, ff. de confes. Itē dubito ꝑ ꝑ tex. in
l. j. §. itē illud. ad Sill. vbi primo opus est ꝙ
constet de maleficio anteq̄ procedat, & sa-
tis s̄. dixi in prox. col. & iō Bal. in add. Spec.
115 in ti. de sen. in 18. col. † dixit ꝙ si quis cō
fitetur hoīem occidisse, & proiecisse in ma
ri, cum nō constet de corpore mortuo, ille
non pōt occidi saltem nisi probetur per fa
mam illum esse mortuum, ꝑ d. §. itē illud,
q̄ doctrina an sit vera vel falsa, nūc j̄. dicā,
quātuncunq; Bal. hoc affirmauerit in l. cū
probatio, ff. de ꝓba. in add. suis. & idē dixit
Bal. in auth. sed nouo iure, C. de fur. ꝙ qui
cōfessus est se plura furta fecisse a diuersis
ꝑsonis, per istā solā confessionem nō pōt
dānari, nisi iudex inuestiget ab illis perso-
nis a quib. dixit se furto subtraxisse: an hoc
sit verū uel falsum. dubito ēt de illa doctri.
Bal. in addi. in ti. de sent. quia ubi tractatur
de magno p̄iudicio, mors non probatur ꝑ
solam famam, ut dn̄t Doc. in l. si quidem,
C. so. ma. & Ang. & Doc. ibi. & ꝑ Ang. in l.
116 fi. ff. de his, qui no. infa. † Tertio limitat
Bal. in d. l. si quis in hoc genus, ꝙ opus est,
ꝙ illa cōfessio fiat ante sn̄iam, secus si fiat
lata sn̄ia extra iudicium, ut l. non tm̄, ff. de
117 app. & ibi dicit ꝙ est gl. or. † Quarto limi
ta ꝑdicta nō hr̄e locum in teste, quia testis
qui confessus est per torturā, non dēt ꝑse-
uerare in cōfessione illa. ita ꝑ bonas ratio-
nes cōcludit Bal. in l. fi. C. de q̄st. & istā sen
tētiā q̄ ēt s̄. dixi in q. prin. tenet ēt Io. An.
in c. cū in cōtēplatione. ext. de re. iu. qui di-
cit ꝙ qn̄ fit ista ratificatio, opus est ꝙ reus
nō sit territus tormētis, & extra locum tor
mentorum illa non uidēs, aliàs si ꝓpe tor-
mēta uel illa uideret, nō ualeret illa ratifi-
catio, & ita dicit ꝙ Doct. tenēt hoc, & hoc
uoluit ēt Bal. ī c. j. §. furtū, de pa. iu. fir. An-
ge. vero in l. itē apud. §. qōnē, ff. de iniu. di-
cit ꝙ licet assessor ducat malefactorē ad fu
nē, illa est leuis territio, nec dr̄ confessio fa
cta metu tormētorū, nisi fuerit ligatꝰ ad fu
nē. ꝑ d. §. q̄stio. Sed uide Gan. in trac. malef.
sub ru. de q̄st. & tor. in uer. dictū est s̄. ꝙ cō-
fessio in tormētis nō ualet, qui ultra Doc.
late disputauit istas qōnes. & br̄ rn̄det ad
d. §. qōnem. & ibi tenet ꝙ sufficit qđ illa sit
penes torturā, licet non fuerint ligatæ ma
nus de retro. & ibi Gan. dixit, qđ si extra lo
cum in quo hoīes torquentur, Iudex dixit.
aut confitearis, aut ducā te ad tormenta in
ferēdo sibi terrorē de hoc quātū poterat, &
reus his auditis fuit confessus. Isto casu nō
dr̄ confessio facta metu tormētorum, quia
leuis est territio, ꝑ d. §. qōnem. Et de istis
minis quas faciunt iudices, an dicat̄ male-
factor cōfiteri metu, uide q̄ dixit Bal. in l. j.
C. de cōfe. in fi. 8. col. in ver. sequitur tertiū
mēbrū, & uide Bal. in c. j. §. iniuria, de pa. iu.
fir.

ADDITIO.

a ¶Qui primo limitat. *Adde & limita etiā ut per Al. de Imo. i cōs. 15. ubi uult, ꝙ si reus cōfiteatur se ueneno interfecisse aliquem, q̄ iudicio medicorum non erat mortuus ueneno, ꝙ ex tali confessione non dēt condemnari. Item limita qđ confessio minoris ann. 25. alio non probato, non est sufficiēs ad eo denandū, ut p Ang. in l. certū. de confe. & ponit Ale. ubi sup. & p̄ dictis adde ꝙ confessio non uerisimilis nō est sufficiens ad condemnationem. Ita Cep. in consi. 34. & Paul. de Cast. in cōs. 266. Et an confessio criminis possit p̄textu erroris reuocari. uide Frā. de Are. in cōs. 147. & incidenter no. quādo mors ꝓbetur per famā. & uide Al. in cons. 4. in 2. uol. Itē no. aliud an confitens se fecisse homicidiū possit ex interuallo dicere quod fecit ad defensionem. & uide Ale. in consi. 1. in 4. uol. Ber. & cons. Alex. sup. alle. nu. 15. est in consi. 110. in 3. uol.*

fir.ꝗ ponit ēt, an vultus terribilis ſuperio-
ris inducat iuſtum metū, & qñ non. Adde
Gand.in loco ſ̃.alleg.circa 2.col.qui quęrit
quantum tp̄s debet eſſe intermedium ab
hora coufeſſionis factæ per tormenta, vſq;
ab horam ratificationis. Et bř dixit,ꝙ in d.
l.2.C.de cuſt.& exhi.re.hoc non dř,ſed hoc
debet eſſe in arbitrio iudicis conſiderata
qualitate perſonarum,& leuitate,& graui-
tate criminis, quia cū tp̄s nō p̄finitur a iu-
re,hoc ī arbitrio iudicis eſt,per l.j.ff.de iu.
del.Idē Imo.in l.ꝗ in aliena,§.fi.ff.de acq.
hæ.ī materia principali.Adde ēt Io.An.&
alios in c.olim.ext.de reſc. & Doc. ī d.c.cū
in cōtēplatione. & tene mēti q̄ dixit Pe.de
Anc.in cōſ.ſuo 23. ꝗ dixit ꝙ ſi ꝗs cōfeſſus
eſt ꝓ iſtā primā confeſſionē non dēt condē
nari ſi dicit poſtea ꝙ cōfeſſus eſt metu tor
mentorū, & licet curia dicat,ꝙ imò ſponte
atteſtaē,ita no.nihilominus p̄ſumitur me-
tus tormētorū, & talis cōfeſſio dř metu fa-
cta cū ſemꝑ Ptās habeat biruarios & tortu
rā ad ſui libitū,& reus eſt in carcere, ſemꝑ
oīs cōfeſſio in criminalibus dř facta metu
tormētorū, ſi reus hoc alle.& ideo ſm Pet.
de Anc.opus eſt ꝙ iſto caſu ſemꝑ reus rati
ficaret ꝗ allegaret cōfēſſionē metu factā.&
vide do.Catal.in tra.ſyn.in q.cl.ꝗ allegādo
Ang.dicit ꝙ cōfeſſio dř metu facta qñ reus
eſt ductus ante funem, licet nō ſit ligatus.

118 *Interrgatio in tormentis quomodo debeat eſ-
ſe in genere & non in ſpecie.*

118 ANG.† Tertio ſit bene cautus iudex, ne
dicaē confeſſionem in tortura habuiſſe per
ſuggeſtionem,ꝗa non dēt interrogare reū
an ꝑcuſſit Caiū in brachio cū enſe, tali die
& tali loco,qm̄ eſſet ipſum inſtruere, & ꝑ
ſuggeſtionem eum inducere ad ſic confitē
dum,vt eſt tex.& ibi Bar.in l.j.§.qui q̄ſt.ff.
de quæſt.& iō.h.d.Bar. in teſte torto. & in
terrogato.ſed dēt eum in gn̄e interrogare,
ſi cū aliquo fecit aliq̄ rixam, vel ēt ad ſpe-
ciem deſcendendo ſi cū Caio,vel ēt ad ſpe-
ciem magis ſi Caium vulnerauerit, nō aūt
ī ſpecie magis inclinet. uel dicat & rectius
ſi aliquod maleficium cōmiſerit, nec plus
dicat nec vlterius interroget, aliàs forte il-
le metu tormētorum, ut doctus illud dice-
ret, ꝙ nunq̄ ſciuiſſet dicere,nec dicere po-
tuiſſet, & ſic contra ius confeſſionem hr̄et
de delicto,ꝙ forte nunq̄ cōmiſit, ꝙ eſt ini-
quū.facit ꝙ no.gl. in l.ſi prius,ff.ad Sil.&
no.Cy.in l.fi.C. de accuſ.ibi, & Sal. in ver.
quæro tunc de modo &c.

AVG.Tu hic adde dicta Gui.de Suza.in
trac.malefi. in ru.qñ reus ſubij.tor.in fi.in
pen.col. qui dicit, ꝙ qñ aliquis torquetur
nō eſt interrogādus in ſpecie,an Caius oc-
ciderit Seiū,ſed eſt interrogandus in gene-
re,puta ꝗs fuit ille qui occidit Seium.alle.
l.j.§.quæſtio.ff.de quęſt. putarem ego iſta
vera ubi indicia nō eſsēt nimis manifeſta,
ſed ubi cōſtaret de delicto vere cōtra culpa
tū, non video quare iudex ad cōuincendā
malitiā malefactoris ꝗ negaret, ad hoc vt
ſibi denotaret,ꝙ imo iudex ſcit oīa, quare
iudex peccaret ſi hoc diceret reo, ꝑ ea quæ
hn̄r in l.cum hi,§.ſi cum lis,ff.de tranſa.cū
ſi.vbi malitijs hominum obuiandum eſt.

119 *Reo negante & in negatiue perſeuerante quid
de eo fieri debeat.*

119 ANG.† Si uero negat crimē,& in nega-
tione perſeueret,dēt in carcerib. reponi,&
iterū torq̄ri,ſi noua indicia ſuperuenerūt,
vł uacillaret, vt ſupradictū eſt.& ſic ī carce
re ꝑ plures dies retinere, aliàs ſi noua non
ſuꝑuenerūt indicia debet relaxari.ita dicit
Dy.in ſuo tra.in ver.q̄ro ſi dicat in tor.&c.

AVG. Tu adde ꝙ iſta nō fuerūt Dy.ſed
Gan.in tra.male.ſub rub.de qō.& tor.in q.
illa an quæſtio poſſit repeti,in fi.in uer.ꝗd
ſi tortus dicat,teneatis me ad tondulū quā
tum vultis. & ibi dicit ꝙ ſi ille qui ſemper
cōſtāter negauit ī tormētis fuit accuſatus
& nō inquiſitus, debet iudex reponere reū
ī carcerib.& aſſignare vnā dilationē accuſa
tori intra quātū tp̄s dēat ꝓduxiſſe cōtra in
culpatū ꝗcquid uelit, aliàs relaxabit ipſū.

120 *Iudex,ne teneatur in ſyndicatu,faciat appa-
rere in actis torturā cū moderamine ſecundū
quod exigebant indicia habitam fuiſſe de ta
li inculpato, & purgatis bene indicijs non re-
pertum culpabilem relaxari.& 121.*

120 ANG. † Sed aduerte ꝙ bona cautela eſt
ne tu iudex ī ſyndicatu tenearis ꝙ facias ī
actis apparere torturā cū moderamine,ſm
ꝙ īdicia p̄dicta demōſtrabāt, habitā fuiſſe
de tali inculpato, & purgatis bene indicijs
nō repertū culpabilem relaxari. ita no.di-
cit Bar.in l.fi. in prin. ff.de q̄ſt. quod tene
mēti ꝑpetuo, quia hoc pluries practicaui,
& in vrbe Peruſij, Nurſiæ, & in alijs quib⁹
aſſedi.Si quis uero cōfeſſus fuerit crimē de
quo ſunt indicia, an poſſit interrogari de

deli-

delictis,de quibus indicia nõ sunt, dic ꝙ nõ
de iure,vt l j.in prin.ff.de quæst.sed de con
a suetudine seruat᷑ cõtrariũ,q̃ consuetudo
põt ꝓbari ꝑ l.non omnes,§.a barbaris, ff.
de re mili.& l.congruit,ff.de offi.præsid.

Modus interloquendi in relaxatione
purgatis indicijs.

AVG. Tu in hac materia adde & dic ꝙ
ista est ꝑiculosa decisio, & miror ꝙ iste au-
tor nõ allegauerit pro se illã pulchrã deci.
Gan.q̃ posuit in tra.male.sub rub.de qõ.&
tor.in illa qõ.quæ inci.bonas qões de tor.
in ver.sed quid de q.quę quotidie occurrit
de facto, quidam de furto accusatur & in-
dicijs p̄cedenti.torquetur, & cõfitetur se il-
lud furtum fecisse : nunquid debet procedi
in tortura , & interrogari ꝙ confiteatur de
alijs furtis, si qua fecerit ad quæ nulla ha-
bebamus indicia.Rñ.ipse Gã. ꝙ non, de iu
ris subtilitate,quia sine indicijs nemo tor-
quetur,l.milites, C.de quæst.Sed dicit Gã.
ꝙ de generali cõsuetudine totius Italię ser
uatur cõtrariũ,& specialiter in furtis, quia
magis frequentatur, & dicit ꝙ illa cõsuetu
do põt adiuuari per illas leges quas alle.s̃.
iste autor hic. Ego vero credo illã cõsuetu-
dinẽ nõ ualere,q̃a irrationabilis cõtra tex.
in c.fi.ext.de cõsue.& l.2.C.quæ sit lon.cõ-
sue. nã opus est ꝙ primo cõstet de delicto ,
anteq̃ ꝓcedat᷑,vt est tex.in l.j.§.itẽ illud,ff.
ad Sil.Bar.in l.fi.in prin.ff.de quęst.dixi s̃.
in prox.4.col.nisi forte postea ista furta ve
rificarentur,ut dixit Bart.in auth.sed nouo
iure,C.de fur.& dixi s̃.ĩ ista gl.in ver.postq̃
aliq̃s est captus & carceratus ,in add.meis,
quæ conclusio,an sit vera vel falsa,pẽdet ẽt
ab bis q̃ dixi in addi.meis s̃.in hac ead.glo.
vbi quæro, an prius dẽt cõstare de delicto,
ibi dũ disputo,an op⁹ ẽ ꝙ cõstaret de deli-
121 cto.† Tene bene menti q̃ dixit Ang.in l.si
vacãtia, C.de bo.vac.lib.10.in 24.col. ꝙ si
iudex inquirit de homicidio contra me, &
apparet in ꝓcessu me esse culpabilẽ de adul
terio & homicidio quod ꝑꝑ illã inquisitio
nem iudex nõ potest me condemnare, nisi
appareat ꝑ meam cõfessionẽ spontaneã de
alijs criminib. non positis in inquisitione,
quia tunc licet illud aliud crimẽ non sit in
inquisitione deductũ, tñ rõne confessionis
potest sequi condẽnatio,ita est casus in c.j.
ext.de acc.in 6.q̃a in confessum nullę sunt
partes iudicis ,nisi in condẽnando, vt l.pro
inde,§.notandũ,ff.ad l.Aq.hęc credo vera,
vt dixi,vbi constaret de maleficio, vt supra
dixi,p̄terea in confessione spontanea hæc
possent ꝓcedere , sed in cõfessione extorta
ꝑ tormenta sine indicijs, hoc nõ credo ve-
rum, imo credo cõsuetudinem non valere,
per ea q̃ supr.dixi,& nisi sit vera sñia Bald.
in l.3.§.eiusdem,ff.de testi.in addi. qui uo-
luit ꝙ in crimine adulterij,falsi,& furti po
test procedi,ẽt si nõ constat de delicto , sed
dubito,vt sup.dixi,in hac ead.gl. vbi quæ-
ro,an opus est ꝙ prius constet de delicto.

ADDITIO.

a ¶Seruatur contrarium. *Adde tu, quod sñiam*
Gan. & Ang. sequitur Cep. in cons. 40. col. 11.
& idem voluit Card. in cons. 43. vbi dicit ꝙ ex
quo cõfessus est illud crimen ob quod positus fuit
ad torturam, quod præsumitur criminosus in a-
lijs, iuxta regu. c. defleat, secundum 3. lec. de reg.
iur. & vide Ale. in cons. 52. in 3. uol. Ber.

SVMMARIVM.

1 *Verba, non quidem a maliuolis &c. ponuntur in*
inquisitione, quia ad hoc quod fama sit iusta ,
oportet quod habeat initium a personis honestis
& ueridicis, non semel tantum , sed sæpe & sæ-
pius ad aures & notitiam dicti domini Potesta-
tis & iudicis & curiæ.

NON *quidem à maliuolis & suspectis, sed*
ab honestis & veridicis hominibus & per-
1 *sonis.*) † Ideo apponuntur ista verba, qñ a-
liàs nõ est iusta fama,qm̃ oportet ꝙ habeat
initium a personis honestis & veridicis,ut
no.gl.in l.cum quidã,§.quod dr̃, ff.de acq.
hær.& ibi Bar.& in l.de minore,§.tormen
ta,ff.de quæst.& ibi late per Bart.& Sal. in
l.ea quidem,C.de accu.Et sic sine diffama-
tione procederet quod non permittitur, &
sic inquisitio non procederet,iuxta nota.in
c.qualiter & quando,ext.de accu.

AVG. Adde ꝙ Ang.in l.si uacantia,C.
de bo.vac.hoc idem voluit,& Bal. in l.con-
gruit,ff.de offi.præsi.Et limita p̄dicta ꝙ ve
rũ est,ꝙ nõ est formãda inquisitio sine dif
famatione,quæ habuit ortum a maliuolis,
hoc verum super delicto,sed super fama in
quirẽda sufficeret.Ita sing.dixit Ro. in sin.
a 479.a ꝙ reputat no.& alleg.Io.An.hoc vo
luisse in c.cum in iuuentute,ext.de p̄sum .

ADDITIO.

a ¶Singulari 479. *Adde ꝙ est alias, sing. 497.*
& uide eundem in cons. 311. Ber.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba, Non semel tantum &c. sunt necessaria ad substantiandum famam quia non sufficit semel vociferatio, sed debet esse reiterata populi vel viciniæ vociferatio.*

NON *semel tantum, sed sæpe & sæpius ad aures & notitiam dicti domini Potesta-*
1 *tis & iudicis & curiæ.* † Necessaria sunt ista verba ad substantiandum ipsam famam, quia non sufficiat semel vociferatio, sed debet esse reiterata populi uel uiciniæ vociferatio, ut no. Bar. in d. §. torměta. ut est tex. in d. c. qualiter & qñ. el 2. extra de accus. & ꝗ sit talis vociferatio & fama ꝗ non queat tergiuersari, & quę posset generare scandalum ut ibi, & dixi sup. in glo. in uerbo fama publica, circa prin. & Sali. ponit multũ late in d. l. ea quidem.

AVG. Adde hic dicta Gand. in trac. malefi. sub rub. quis sit famæ effectus, & sub rub. quõ debeat fama initiũ capere, & sub rub. a quibus debet fama initium capere.

SVMMARIVM.

1 *Verbum notorij positum inquisitione, an faciat remitti omnes iuris solennitates.*

a ETIAM *per modum notorij* a *auditu peruenit quod de anno præsenti & mense Octo-*
1 *bris dictus Sempronius.* †Hoc uerbũ in inquisitione est magnæ importantiæ, ut no. Ange. in d. l. si uacatia, in uer. ucnio ad fm articulum principalē. & uer. 4. est regula &c. C. de bo. vacan. lib. 10. ubi in effectu dicit ꝗ qñ crimen est notorium, oĩs solennitas iuris

ADDITIO.

a ¶Est notorium. *Tu adde ꝗ notorium est ꝗ ante oculos situm est, vel in mentibus hominum ita radicatum, quod euelli non potest ita dicit Bal. l. ciues, C. de app. & in notorijs requiruntur loci, qualitas temporis, astantiũ multitudo. ita Spe in tit. de noto. & est cõis opin. quod ea quæ sunt facti momentanei possunt transire in notorium. ita Cy. Ab. Bal. & Sal in l. ea quidem, C. de accu. & Bal in c. 1 de pa. ten. n. & in auth. qui semel, C de proba. ubi saluat Bart ꝗ actus facti momentanei non possunt transire in notorium, ꝗ releuet ab onere probandi. Et dixit idem Bal. in c. 1 § iniuria, de pace iur. fir. quod in notorio facti non permanentis non valent probationes factæ nõ seruato ordine. & subijcit quod si quis accusatur de homicidio tanq̃ notorio, ꝗ non valent probationes receptæ ordine non seruato. & cognoscere iuris ordine non seruato, tollere est defensiones, alle. c statutum, de hære in 6. & dicit Alb. in d. l. ea quidem, col. 2. quod antequam procedatur super notorio facti transeuntis, debet iudex recipere probationes super notorio, alleg. c. consuluit, de app. Et cum aliquid est præambulum alterius oportet prius constare de præambulo si illud negetur, l. si ignorat, C. qui ac. c. & dicunt Inn. Ant. de Bu. & Abb in c. vestra de cohab cle. & mul. ꝗ nullum malum est adeo notorium, quin possit habere aliquam excusationē. Item adde ꝗ non creditur papæ cum deponit de noto quod ab alijs audiuit. quia plura specialia concurrerent primo, ꝗ uni soli credatur, secũdo ꝗ sibi crederetur de eo ꝗ ab alijs audiuit, ꝗ esset contra regulas iuris. Itẽ ꝗ illi a quibus audiuit essent tot & tales quibus esset adhibenda fides. & ad id quod dicit do. Ant. in c. vestra, de coha. cle. & mu. ꝗ effectus notorij non impediuntur, licet accidentia non sint notoria. adde ꝗ illud procedit, quando accidens esset tale, quod si esset notum non haberet excusare ipsum facientem: secus si haberet excusare ita dicit d. Hiero. Tortus in eius cons edito per Flor. eo tempore quo papa in eos protulit sniam excõicationis, quia ppter seditionem motam ab archiepo Pisa. quē laqueo vitam finire fecerunt. & in d. consi concludit papam nõ potuisse prædictam sniam proferre absq; citatione: licet assereret notorium esse ꝗ Flor fecerunt carcerare archiepm in palatio: quia talis detentio non poterat esse noto. & idem, & in eodem facto consuluit Fran. de Are. in consi. 165. in specie dicit, ꝗ iudici inquirenti & dicenti noto. non creditur: quia agitur de maiori præiudicio, q̃ quãdo asserit famam esse & etiam ibi addit. quod processus factus super noto. actus transeuntis nõ ualet iuris ord non seruato, nisi prius facta fuerit fides iudici de noto. & in actis appareat, etiam si iudex ex mero officio procedat. Et ex hoc conclude, ꝗ illud quod dicitur, ꝗ in notorijs proceditur iuris ord non seruato debet intelligi postq̃ & de notoritate constat iudici. & iudici dicitur constare quando pars fuit uocata ita gl. in c sacro, de sen. excom. & alias concor. uide per Are. in d. consi. 165. Item no. ꝗ illud quod dicitur ꝗ notorium æquiparatur sniæ, procedit quo ad liquidationem facti non ad iuris effectũ. ita Bal. in l. is cui, ff. de testa & quod notorium debeat ex actis constare iudici, ut iudici. adde Alex de Imo. in consi 118. in 4. vol. & Card. in consi. 56. ubi etiam multa de notorio. Ber-*

iuris cõis intelligitur remitti, vt in c. vestra, de coha. cle. & mul. & in l. j. C. qui & aduersus quos, & ibi glo. vnde si de iure cõi non posset procedere sine accusatore in tali crimine: tñ si sit notorium ẽt sine accusatore, & sic ex inquisitione poterit procedi, ita dicit ibi Ang. idem voluit Bar. in l. 2. §. si publico, ff. de adul. ver. vlterius scias ꝙ qñ crimen est notorium, & ẽt non est necesse ꝙ indiciorũ copia detur. Vnde si ipse postea rñdendo inquisitioni confiteatur omnia in ea contenta, confitetur ẽt notorietatem, vt no. Bar. & Bal. in l. si cui, §. j. ff. de leg. j. facit quod no. Bar. in l. constitutiones, in fi. ff. de app. & ibi Imo. vnde ex defectu solẽnitatis omissæ, vel quia non fuit accusator &c. vel quia defectus aliqs in processu interuenit, non poterit processum annullare, qđ not. quia in notorijs criminibus nõ requiritur solẽnitas, & ideo semper in tuis inquisitionibus istud verbum apponas, quod tamen à paucis, vidi apponi, sed male faciũt, vt ex prædictis patet, tene menti.

AVG. Tu aũt male facies ponere si delictum non est notoriũ, quia vr̃ ꝙ in delictis notorijs, ordo iuris non sit seruandus, vt dicit Bal. in l. j. C. de iud. & Bal. in l. properandũ, in fi. prin. eo. tit. & pulchre posuit Gan. in tract. malefic. sub rub. qũo de deli. cogn. qñ crimen est noto. Spec. autẽ vr̃ loqui in tit. de noto. crim. & ibi vide bonas leges & capitula q̄ possunt pro & cõtra allegari in materia, & ibi vide Doct. in dictis iuribus, & adde Doct. & Bal. in l. ea quidẽ, de accu. & glo. & Doc. in c. porro, ext. de diuor. & in c. ad nostrã, extra de iure iur. pulchre ꝑ Inn. in c. statuimus, extra de off. dele. Qñ aũt dicat notorium, & per quot testes, vide Gand. & Spe. & Doc. in locis s̃. alle. & Doc. in d. l. ea quidẽ, & Bal. in l. j. §. ius aũt gentium, ff. de iust. & iu. & Bal. in l. de quibus, ff. de leg. in 8. col. & Bal. in l. si vero, §. j. ff. qui satisd. cog. licet aũt delictum sit notorium, tñ minor magistratus nõ potest punire, ut dixit Bal. in l. magistratibus, ff. de iuris. om. iud.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens Ferrariæ, an possit puniri Bononiæ.*

EXISTENS *Florentiæ in hospitio Leonis cui a primo latere cohæret platea communis, ab alio bona domini Andreutij, & alia latera commisit et mandauit dicto Caio quod Titiũ Ioannis Martini de Bononia capella sancti Salnatoris de Bononia vul̃ratet.*

1 ANG. † An de delicto alibi commisso possit quis puniri Bononiæ, Bar. in l. si cui, §. fi. ff. de accu. ꝺm Dy. dicit ꝑ illũ tex. quod est verũ, nisi sit ciuis huius ciuitatis: tũc. n. rõne originis de quouis delicto vbiq; terrarum commisso põt puniri hic Bononiæ, vt l. j. C. vbi de crim. agi opor. Sed delicta alibi commissa aggrauãt delictũ hic cõmissum, & faciunt ꝙ acrius puniatur si sæpe, & sæpius alibi est consuetus, facere hmõi tractatus, vulnerationes & furta, tunc acrius hic pro vno delicto punietur, vt l. 3. C. de epis. aud. l. seruo, C. ad l. Iul. de vi. cũ si. ita dicit Bar. ĩ d. l. si cui, §. fi. & Bal. in auth. sed nouo iure, C. de ser. fu. ver. sed dubitatur &c. vide quæ dicam j̃. in gl. Vestem cęlestẽ abstulit.

AVG. Tu adde quæ dixi s̃. in gl. hæc est quædã inquisitio, ibi q̃rit d. Ang. an in delictis cõmissis ꝑ subditũ extra territorium a possit formari inquisitio contra eũ per iudicem originis, & ibi late disputaui multa allegando, an si Ferrariensis Florentiæ occidit vnũ, possit hic puniri Ferrariæ. Adde tñ ꝙ Pet. de Anch. in cle. j. extra de pen. approbat opi. Bar. in d. l. si cui, §. fi. ꝙ delicta extra territoriũ cõmissa aggrauãt delicta hic facta. Et idem dicit Ang. in d. l. si cui, §. fin. & dicit ꝙ ita de consuetudine obseruatur. Et voluit Bal. in l. fi. ff. de iuris. om. iud. & Iac. de Belui. in Auth. vt nulli iud. §. si uero cõprehensorũ. & Sal. in l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi. dicit ꝙ si statuto cauetur ꝙ qui duo furta fecit, suspendatur, licet hic Ferrariæ vnum furtum commisit, & aliud Florẽtiæ, tñ debet furca suspendi, & vr̃ esse de mente Bal. in auth. qui semel, C. qũo & qñ iud. & Sal. in d. l. 3. C. de epis. aud. certe ista sententia est rigorosa. Si essem iudex malefi. hoc non facerẽ, & ita reperio Bal. sensisse, in l. j. C. de act. sed in indiuiduo expressius, & in terminis reperio Io. And. voluisse in addi. Spec. in rub. de fur. & Sali. in d. l. seruos, posuit quid si malefactor fuit punitus de delicto Florentię commisso, & opi. Io. And. tenuit

ADDITIO.

a ¶Extra territoriũ. *Adde tu ad prædicta Abb. in cons. 26. sed an delicta alibi commissa aggrauent delicta commissa in loco originis uel domicilij, vide Bal. in cons. 476. in 4. uol. Ber.*

auit Gand.in tract.malef.sub rub.de fur. & latronibus,in pe.col.in ver. sed iterum pone aliam qōnem de facto,& ibi vult secundum Vber.de Bubio ; ꝙ delicta alibi commissa non aggrauant delictum factum hic. Adde Alb.de Rosa.latius disputantē istam materiam in 3.parte statuto.q.39.

2 *Mandatum fuit factum Florentiæ, sed homicidium fuit perpetratum Bononiæ, ubi ille mandans poterit puniri.*

2 ANG. † Quæro primo hic, mādatū fuit factū Florentiæ, homicidiū vero fuit ꝑpetratū Bononiæ,vbi ille mādās pōt puniri.*a*
a hāc q.format Bar.in l.si vt ꝓponitur, ff.de fideiuss.vbi concludit ꝙ cū mandans teneatur ex homicidio sequuto, vt no.glo.in l.j. §.persuadere,ff.de ser.corru.& hic est commissum maleficiū,ergo hic Bononiæ mandans pōt puniri.Pet.aūt de Anch.in cle.j.§. fi.extra vt lite pend. tenet contrariū per gl. in d.cle.quæ facit dr̄iam inter procuratorē & neg.gest.sequuta ratihabitione, nam in procuratore & sic in mādatore vr̄ mandans deliquisse vbi delictū est commissum,& ibi ēt pōt puniri,ita intelligitur opi.Bar. secus in ratum habente à gestore factū, quia vr̄ deliquisse in loco vbi ratū habet, & ibi pōt puniri ꝑ illā gl.no.sed Imo.in d.l. si vt proponitur.dicit ꝙ illa gl.per dictum Pet.non procedit in maleficijs, vbi quis obligat̄ ꝑꝑ maleficiū factū & nō verbo,ut l.si quis uxori,§.neq; verbū,ff.de fur.igitur ēt in ratum habente obligat̄ ratum habens in loco delicti,quia ꝑꝑ delictum tenet̄,ut d.§.ꝑsuadere. Itē ibi Imo. dicit ꝙ p̄dicta ꝓcedunt qñ mādato venit puniēdus de delicto cōmisso. Si aūt ageret̄ de ipso puniēdo extra ordinē, quia punit̄ mādando delictū ita atrox,vr̄ & posse conueniri in loco vbi mādauit,ut no. Bar.in l.non solū.§.si mandato,ff.de iniur.

AVG. Tu aūt in hac materia,adde ꝙ ista q.pendet ab illa q.an mādans teneatur ex mandato de delicto postea sequuto,quā q.late posui s̄.in gl. Sempronij mādatorē, in 7.prin.q.& ibi allegaui multa, & tādem conclusum fuit ꝙ tenetur de delicto postea sequuto, vnde ille locus delicti cōmissi, & tp̄s dēt inspici,vt pulchre voluit Bar.ī l. nō solū,§.si mandato,ff.de iniur.de qua materia hr̄ ꝑ Bal & latius per Sal.in l.nō eo minus,C.de accu.& vide Bal. in l.sed & eximēdi, §.prætor.in fi.ff.ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat. Adde tamen & limita prædicta ut supra dixi ibi in d.7.q.

3 *Delinquente Titio Bononiæ, si conueniatur Florentiæ a iudice suæ originis,an imponetur pœna statuti Florentiæ, an loci delicti.*

3 ANG.†Quid si dictus delinquens Bononiæ conueniatur Florētiæ à iudice suæ originis, an possit dictus iudex imponere pœnam sui statuti Florētiæ: an pęnam statuti
b loci delicti, *b* istam q.ponit Bart.& Bal.in l.j.C.de sum.Tri.& ibi Cy. & Bar.in l.fi.ff. de extraordi.cri.vbi concludit ꝙ pœna loci delicti,& non loci in quo delictū cognoscitur,est imponenda, ꝙ semel de facto mihi occurrit Nursiæ,sed obuiaui ꝑꝑ gn̄alem & pinguē clausulā quā posui, videlicet super quibus omnib.& singulis &c. ex qua clausula ẜm Bar. in d.l.j. si est late concepta,tu iudex potes late imponere etiā pœnam statuti Bononiæ,& iuris cōis,arg.no.per Bar. in l.j.ff.vi bono.rap.& dicam in gl.j̄. super verbo,super quibus omnibus &c.

AVG. Tu autē in hac materia si uelis uidere ueritatē istius difficultatis. Adde & vide ea q̄ hic dixi remissiue s̄. in gl.q̄ incipit, hæc est quædā inquisitio,in uer.quęrit hic d.Ang.an in delictis commissis per subditū extra territoriū, possit formari inquisitio contra eum per iudicem originis.

4 *Tractatus Florentiæ de homicidio committendo Bononiæ,an possit conueniri Florentiæ de tractatu solummodo.*

4 ANG. † Quæro in casu nostro,an iste q̄ tractauit Florentiæ de homicidio cōmittē-
c do Bononiæ possit Florentiæ de tractatu *c* solummodo cōueniri,hanc q.format Bart. in l.& si amicis,§.j.ff. de adult. & dixi s̄ in gl. proxime præced. & in effectu dicit ꝙ sic per illum tex.quem dicit esse intelligendū ꝙ puniatur de ordinatione & tractatu aliter

ADDITIONES.

a ¶Puniri.*Adde Ang.in cons. 178. in princip.& Pan in cons.25. Ber.*

ſi.dicit qđ imo d.gl.in l.vulgaris, eſt vera,
ēt ſi pęna pecuniaria eſſet imponenda, qa
pro omnibus vicibus adulterij vnica tñ pę
na imponit̄,per glo.& ꝙ ibi no. per Bar.in
d.l.nunquā plura: nam ad hoc vt ex delicti
pluralitate pęna multiplicetur, neceſſe eſt
qđ ſint diuerſæ delinquēdi ſpecies, facit d.
§.vnde quæritur,& ibi Dy.Bar.& Imo.Sin
aūt eadem ſpecies delicti eſt , licet reiterata
non reiteratur,ēt pęna pecuniaria, & maxi
me qñ ex reiteratione non orit̄ nouum in-
tereſſe

ADDITIONES.

a ¶Dicit ꝙ non. *Adde quod idem tenet Rom.in conſ.184.& conſi.255.& late tenet Ale.in conſi.113.in 2.vol.*

b ¶Quod pluries. *Adde & vide Pet.de Anch in conſ.4.& ibi an adulterium dicatur crimen continuatum.Ber.*

tereſſe pecuniariũ,ut l.inficiãdo.§.infãs,ff. de fur.& ibi Bar. Et ſic licet centies Bertam carnaliter cognouerit, vnica tñ pœna etiã pecuniaria à ſtatuto inducta imponeretur, quod no. & tene bene mẽti iſtam doctrinã ad multa,& maxime in limitatione pœnarum quando delicta ſunt reiterata.

AVG. Tu aũt in hac materia, adde quæ dixit Bal.in l.quicunque,C.de ſer.fug.in 2. col.qui dixit, ꝙ ſi eodem loco & continuato propoſito ſæpius quis cognoſcat vxorẽ alterius aut viduam,vt no.in l.vulgaris, ff. de fur.& in l.pe.ff.dd act.& obl.in gl.ordi. quia hoc delictũ cõtinuũ eſt,reputatur hoc quaſi vnum delictũ, per l.eum qui in popularibus,ff.de iureiur. Et ſic Bal. ibi vult ꝙ ſi diuerſo loco hoc fieret , vel non propoſito cõtinuato,p̃dicta non militarent. Et ad idẽ in terminis alle.gl.6.q.j.c.limitarẽ,quę gl. per illum tex. concludit,ꝙ ſi cum eadẽ muliere pluries committo fornicationẽ,ꝙ toties debeo puniri tanq̃ ꝓ diuerſis delictis, per c.conſuleret,de pœn.diſt.5. & c.miſericordiam,de pœ.diſt.j. & de illa gl.fecit mentionẽ Abb. & ipſam ſequitur in c. ſicut dignum,extra de homic.& vide gl.in c. virginib.27.q.j.& vide gl.& Bar.in l.ſi quis diutino,ff.de pœ.& gl.& Bar.in l.mariti,§. ſex menſium,ff.de adult. ſed Ang.in d.l.vulgaris,vr̃ ĩ hac materia approbare doctri. Bar. ibi.& vide Sal.in l.adult.C.de adult.Sed ultra omnes latius loquutus eſt in hac materia Pet.de Anch.in cle.j.extra de priui.in §. quibus,in 7.no.vbi facit mentionẽ de contrarietate Bar.ĩ hac materia,& de illo conſ. Bar.dic,vt ibi per eũ,à cuius ſñia non diſcedo,& vide Pet.de Anch.in quodã conſ. ſuo 4.in ordine meo,vbi not.loquitur , & vide Bar.in d.l.nunquã plura;de priua.delic. Archi.in c.ad apoſtolicæ,de re iud.lib.6.

62 *Inquiſitio quando fit contra eũ qui habet duas vxores,& negat inquiſitionem, an iudex ſecularis poſſit inducere probationes ſuper matrimonijs.*

62 ANG.† Quid in caſu l.eum qui duas,C. de adult.qñ inquiritur contra aliquem qui habet duas vxores,& negat inquiſitionem, an iudex ſecularis ſuper matrimonijs poſſit inducere probationes?vr̃ ꝙ nõ,quia eſt ſpirituale,ergo ad ep̃m pertinet,vt c.tuam, de ord.cog.c.lator,qui fil.ſint legi.Cõtrarium tenet Bal.in l.quoties,C.de iud.ꝑ illam l.& idem Pet.de Anch.in cle.diſpendioſam, de iu.quia illa cap. loquuntur qñ agitur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter: quia ſicut in criminali punitio ſpectat ad iudicem ſecularem, ita & cognitio,vt c.3.de rap. quod ſingulariter tene menti, quia eſt notabilis limitatio ad d.c.cum ſimilibus.

AVG. Adde ꝙ iſta quæſtio nõ eſt ita faciliter decidenda,vt dicit d.Ang.hic,ſed eſſent vidẽda dicta Bal.in l.omni innouatione,C.de ſacroſ.eccl.& pulchrũ conſ.Gaſpa. de Cal. quod incip. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,vbi latiſſimè locu. eſt ĩ hac materia,& d.Io.de Lig.& Imo.in d.cle. diſpendio.extra de iu.& dicta Doct.poſt Bar. in d.l.Titia,ff.ſol.mat.& per Spec.in tit. de reconuentione,§.nunc videamus.verſi. ſed nunquid incidenter. Ego quia late poſui iſtam materiam in d.l.Titia,me remitto ad ibi dicta per me, & Moderni late ſcripſerũt in d.c.tuam.

63 *Pater vel maritus reperiẽs clericum in flagranti crimine cũ filia uel uxore, iuxta l.Gracchus, C.de adul. an poſſit eum occidere , ita quod non incurrat canonem ſi quis ſuadente diabolo.*

63 ANG. † Quid ſi pater vel maritus iuxta l.Gracchus, C.de adul. reperiat clericum in flagranti crimine cũ filia vel vxore,an poſſit occidere , ita ꝙ nõ incurrat canonem, ſi quis ſuadente diabolo. Bal.Ang. & Raph. dicunt ꝙ ſic,in l.ergo,§.ſi hæres,de leg.j. & ibi vide Imo.

AVG. Adde,ꝙ ego miror ꝙ iſti Doct. alleg.Bal.& Doct.ponentes iſtam q.ego allego tex.cũ gl.in terminis, in ca.ſi uero,extra de ſent.exc.in fi.ibi dum dicit tex. ſi clericũ cum vxore vel filia inueni turpiter iacentẽ, poſſum ipſum capere , & ibi glo.dicit ꝙ in caſu l.Gracchus, C.de adult.poſſum inferre iniuriã ipſi clerico, & ibi vide an ſim excõicatus,uide tñ omnino Doct.in d.c.ſi vero, ſed oĩno Io.And. qui ponit quid faciẽdum ſit iſto caſu ipſi laico impune.

64 *Maritus an poſſit demandare alteri occiſionem uxoris deprehenſæ in adul.*

64 ANG.† An maritus poſſit demandare alteri occiſionem vxoris deprehenſę in adul. Bal.in vſib.feu.t.j.§.ſi vero,de pa.iur.fir.tenet ꝙ non, per tex.in l.ſi quis in graui,§.ꝙ ſi maritus,ff.ad Sill.vbi videas Lud. de Ro. pro quo facit gl.in l.cum fundi, ff.de vi & vi ar.& hoc vult Cy.ĩ l.j.circa vlt.q.C.vnde

vi.&

vi,& non mirum , quia lex specialiter de-
monstrat solummodo personam mariti,er
go alteri demandari siue committi nõ po-
test,vt l.si seruus,§.si hæredi.in rõne sui,de
sta.lib.Et hoc ẽt tenet Sal.in d.l.Gracchus,
ver.& hęc tertia est &c.Licet Bal.ibi teneat
cõtra dicẽs,ꝙ stat.licitũ sit marito interfi-
cere adulterum,potest alteri demandare, &
assassinus interficiens non tenetur, sed pri-
ma pars est verior,ꝑ d.l.Gracchus, quia tm̃
filijs põt mãdare,vt est gl.in d.l.cũ fundũ.
Sed an pater qui potest adulterũ occidere,
possit alteri demandare , dixi supra in ista
gl.in uers.(quid si pater mandat alteri.)
AVG. Tu in hac materia adde ꝙ cũ hæc
qõ semel occurrisset de facto,& allegaretur
contra me hæc doctri. do.Ang. hic,& Bal.
in d.c.j.& Cy. ego contra ipsos allegabam
Ro.in l.j.§.fi.ff.de ope.no.nũ. qui expressẽ
tenet contrarium,& approbat doctr.Bal.in
d.l.Gracchus,pro cuius opin.alleg.tex.in l.
metum,la grande,§. sed licet,ff.quod met.
cau.vbi probatur ꝙ si pecuniã ideo dedi ti-
bi vt à violẽtia me liberes,illam pecuniam
repetere non possum , ergo ibi est casus ꝙ
translatio istius iuris vindicãdi propria au
toritate fieri põt in alium , etiã si pecunia
interueniat.Adde tñ ꝙ contra istam sñĩam
fortiter ob.dicta per Doc maxime per Cy.
& Bal.in l.ad officium, in fi.C. cõi diui. &
Bal.in repetitione l.j.C. vnde vi,in 15. col.
& Bal.ĩ l.accusationis,C.ꝙ me.cau.& Pau.
de Cas.in l.si cum dotẽ,§.transgrediamur ,
ff.so.mat.& Bal.in l.ut uim,ff.de iust.& iu.
Qui dicunt ꝙ si statutũ dicit ꝙ licitum sit
offenso occidere ꝓpria autoritate, & se im
pune vindicare,ꝙ talem facultatẽ vindicã-
di propria autoritate non põt alteri demã-
dare ipse offensus,& in terminis nostris vi
de Sal.in l.non ideo minus,C.de accu.in 5.
col.ibi,quæro quinto,an in delictis quis ex
cusatur rõne mandati. Et ibi tenet ꝙ vbi ꝑ
priuilegiũ competit alicui hoc ius vindicã-
di propria authoritate nõ põt cedi nec mã-
dari.Nec ob.d.l.Gracchus, quia dicit ꝙ ibi
concedit filijs tñ,ergo alijs videtur inhibi-
tum.Et ad idem ego alleg.Pau.de Cast. in
cons.suo 41.incip.In Christi nomine,amẽ,
vr̃ dicendum ꝙ si dictus Christoforus, qui
dicit ꝙ in d.l.Gracchus,pater non põt illud
alteri demandare.Et hæc opi. mihi magis
placet.Nec ob.d.§.sed licet,quem tex. alle.
Ro.contra cõmunem sñĩam, quia ille text.
nõ habet obstare, quia ibi in d.§. sed licet,
ille qui me à violẽtia defendebat omnino
me poterat defendere sine translatione ta-
lis iuris.Nam licitum est alicui me adiuua
te pro defensione rerum mearũ nedum ꝓ
ꝑsona,vt no.ĩ d.l.vt vim. Præterea ille tex.
loquitur de facultate iuris defendendi,quę
competit iure naturali,d.l.vt vim,nõ enim
loquit̃ in casu nostro,s. qñ facultas vẽdicã-
di propria autoritate conceditur in priuile
gium personæ contra regulam iuris cõis.
Tunc talis facultas non potest in alterum
transferri,dic tñ vt latius vltra Doc. scripsi
in d.l.j.§.fi.ff. de no.ope.nun. q̃ partẽ cum
multo labore & tanto tꝑis spatio commen
taui,vt affirmẽ nunquam additiones confi
ciam copiosius , nec præceptor meus unq̃
aliud elegantius conficiet.
65 *Stuprum committit,nõ autem adulterium, qui duas habet vxores, & sic non debet capitaliter puniri.*
65 ANG.† Et aduertas,quia vidi multos iu
dices errare in intellectu d.l.eum qui duas,
nam puniunt capitaliter eũ qui actualiter
habet duas vxores,quod tñ non credo de iu
re procedere,quia d.l. dicit ꝙ committitur
stuprum,& gl.ibi in verbo infertur,expres-
se hoc vult ꝙ nõ committatur adulterium:
sed stuprum , licet maritus accedat ad aliq̃
solutam:sed pœna stupri non est pœna ca-
pitis,vt §.item lex Iul.de adult.Insti.de pu
bli.iud.& dixi supra in vers. quæro quæ est
pœna stupri &c.& d.l. eum qui. locum ha-
bet siue quis eodem tꝑe habeat duas vxo-
res, siue duas sponsas,vt l.j.ff.de in fa.Idem
si vnam vxorẽ & vnam sponsam , vt no.gl.
a in d.l.eum qui,quæ omnia nota, *a* quia cũ
semel casus mihi contingeret, nolui illum
qui duas habebat vxores decapitare, sed a-
lia pœna affixi, s.pœna stupri, & ita tenet
ibi Sal.in d.l.eum qui duas.

ADDITIO.

a ¶Quę omnia nota.*Et adde tu in materia d.l. eum qui duas.Bal.in cons.103.in 3.vol.*

AVG. Tu aũt in hac materia adde ꝙ i-
mo vr̃ ꝙ cõmittat adulterium ille qui duas
vxores habet,vt est casus ĩ c.gaudemus, ex-
tra de diuor. ibi,q̃ plures simul dñr habuis
se vxores , ab adulterio excusantur,vbi il-
li sancti patres excusantur ab adulterio

per

per pluralitatẽ vxorũ,alij nõ ibi certe est cā
sus cõtra p̃dicta. Sed ego nõ recedo ab opi.
d.Ang.hic per tex.in l.2.C. de incest.nupt.
& ibi Sal.hoc ẽt dixit ibi in terminis,ꝙ iste
talis q duas vxores accipit, pęna stupri est
puniẽdus criminaliter,& licet Bal.in d.l.2.
dixerit ꝙ criminaliter puniatur ille qui hẽt
duas vxores,intelligo criminaliter,s. pœna
stupri.d.l.eũ qui.nõ ob.c.gaudemus, q a il-
le tex.loquitur de iure cano. quo iure si vir
habens vxorẽ iacet cũ vna soluta de iure ca
no.adulteriũ cõmittit,nõ autẽ de iure ciui
li,vt pulchre declarãt Cy.Ang.& Sal.in d.l.
eũ qui duas,& C.in l.j.C.de adul. & in ter-
minis nr̃is Bal.affirmat in d.l eũ q duas,ꝙ
pęna stupri punitur. An aũt sit pęna capita
lis pęna stupri,dixi s̃.in ea.gl.Et p p̃dicta re
p̃hendo Ro.in suis singularib.scd̃i anni, ꝙ
incip.tu scis q̃ pęna est de iure ciuili capiẽ-
ti duas vxores, & ibi dicit ꝙ est pœna capi
tis,& alle.d.l.eum qui duas. Sed hoc est fal
sum,vt vidisti,dicit tñ Ro.ibi & bene,ꝙ de
iure cano.uxori debent incidi capilli & pan
ni anteriores & posteriores,tex.alle. quem
dicit singularẽ in c.de benedicto,32.q.j.iun
cta gl.licet do.An.de Bu.cõsuluerit, ꝙ si vi
lis persona duas nobiles acceperit in vxo-
res,sit pęna capitis,aliàs nõ; quia ista pęna
extraordi.potest extendi vsq; ad mortẽ,ſm
gl.Inst.de iniurijs,§.in summa, & per l.ho
die,ff.de pę.per l.j.§.expoliatores, ff.de ef-
fracto.Sed ista sunt somnia.

66 *Adulterium,stuprum,nefarius coitus,incestus,*
quando committi dicantur.
67 *Coitus illiciti de quibus in pracedenti uer. quo-*
modo puniantur.
68 *Incestas nuptias contrahentes sunt infames,&*
etiam approbantes & defendentes , seu patroci-
nium prastantes.

66 ANG.†Habeas etiam aduertentiã, quia
adulterium dr̃ cum vxorata, stuprum vero
cum masculis vel virginibus,vel viduis libe
ris,tñ vt s̃.dixi.Quando vero coniuncti cõ
miscentur,& inter ascendentes & descendẽ
tes dr̃ nefarius coitus,incestus autem dr̃ in
ter collaterales & affines, vt Inst. de nu.§.
ergo,& cum matrimonio & sine,ut ff.de a-
dul.l.si adulterium cum incestu,in prin.ita
hr̃ in Auth.de incep. nup. in princ. Et ista
delicta,s.coitus nefarius & incestuosus pu-
a niũtur ut adulterium, a ut d.l.si adulteriũ.
Quod est verum qñ scenter, si vero per iu-
ris ignorantiam à marito committat̃ pœ-
na mitigabit̃,ut d.l.si adulterium,§.nonnũ
q̃,& §.incestum. Sinautem à fœmina com
mittatur per ignorantiã iuris naturalis vel
gentium punitur,ut masculus, si vero p iu
ris ciuilis ignorãtiam excusatur in totum ,
& idẽ in minore,ut d.l.si adulterium,§.j.&
§.incestũ,& §.Imperatores,& dic latius, ut
statim dicam ſm Bar.ĩ d.l.si adulteriũ, §.j.
Et aduertas ꝙ omnis coitus à iure reproba
tus est punibilis , & 14.modis dr̃ improba-
tus,& sic punibilis,vt no.gl.Inst.de nup.§.
67 aduersus,& dic,ut ibi.†Et distinguas secũ-
dum Bar.in d.l.si adulteriũ,§.j. ꝙ aut talis
coitus fit sine colore matrimonij, & tũc in
distincte punitur ſm veritatem,& non ſm
qđ delinquẽtes putabant,vt puta si erat cõ
sanguinea,punietur de incestu . Sinautem
erat nupta,punietur de adulterio,q a ab ini
tio dabat operam rei illicitæ, & erat in do-
lo, vt l.vulgaris,§.si quis decem,de fur. Qñ
que talis coitus fit sub colore mr̃imonij, &
tunc est aduertendum,aut tu quęris vtrum
puniatur l.Iulia.de adul.de stu.& de incest.
aut quæris,an puniatur de adulterio ex cõ
stitutionibus quæ puniunt cõtrahentes in
cest.nup.Primo casu aut ipsi sciũt ius & fa
ctum,& puniuntur de incestu & stupro,ut
d.§.j.aut ignorauerunt vtrumque , & tunc
sunt excusati,ut l.q cõtra,C.de incest.nup.
aut ignorabant factum,& sciebant ius , &
tunc idem,ut d.§. primo , prout ibi dicitur
de errore , aut econtra sciebant factum , &
ius ignorabant , & isto casu si quidem est
mulier, excusatur, d.l.si adulterium,ibi in
ver.consequenter mulier , & ver.fratres, si
erat masculus,& tũc aut minor & excusat̃ ,
vt d.ver.fratres,aut maior , & tunc aut sta-
tim

ADDITIO.

a ¶Vt adulterium. *Adde tu late & per Cu in cõ*
si.154.& ibi quid si matrimonium sit cõtractũ
de consensu patris vel matris contrahentis ince-
stas nuptias,& Ro.in cons.406. & ibi an miles
contrahens incestas nup excusetur a pœnis iu-
ris,& quid i muliere & an iuris ignorãtia excu
set predict s,& quid de minore contrahente in-
cestas nup. Et uide Bal.in cons. 102.in 3. uolu.
& adde ꝙ pęna de incestis nuptijs, non habet lo
cum in eo qui cognouit sororem uxoris sua , ita
Pet de Anch in cons.392.

tim cum cognouit eũ pęnituit, q̄ pnĩa probatur ꝑ diuortium vel ꝑ supplicationē & parcitur, vt ibi in ver. Imperatores, & vers. idē Pollioni, aut statim nō pęnitet, & tunc punitur, sed mitius, vt d. §. nōnunq̃, aut dubitaẽ; vtrũ sciuerit vel ignorauerit, & tunc aut mr̃imoniũ contractũ est clã, & p̃sumiẽ sciẽtia, vt l. vlt. ff. de ri. nu. aut fecit palã, & p̃sumiẽ ignorantia, vt d. l. vlt. q̄ maxime in muliere & minore p̃sumitur, & in eo quē statim pœnitet facto diuortio vel supplicatione porrecta, vt d. l. si adulteriũ. Si vero q̄riẽ qualiter q̰s puniatur illis cōstitutionibus, q̄ puniũt incestas nuptias. Aduertēdũ est ꝙ in hoc est triplex pęna, vna ꝙ mr̃imoniũ non ualeat, & ista indistincte hẽt locũ, nec excipiẽ ignorantia, vel ętate, vt l. j. C. de interd. ma. alia est ꝑ q̃ q̰s repelliẽ a lucro, & in hoc distinguitur, aut fuit sciẽs, & hẽt locum illa pœna, aut ignorans: & tunc aut fuit ignorãtia iusta, & tunc à pœna excusatur, aut iniusta, & non excusatur, vt d. l. qui cōtra, C. de ince. nup. Ex quo sequitur ꝙ si errauit in iure, ꝙ cum esset iniusta ignorãtia, ꝙ teneatur pęna illius l. qui cōtra. Tertia est pœna, per q̃ punitur in ꝑsona & rebus, & talis pęna nō hẽt locũ, nisi tales nuptias contraxerit dolose & scienter, & iō q̄cunq; ignorãtia ab illa pęna excusaret, ita loquitur tex. in Auth. de ince. nup. §. 1. Qđ nota vt scias formare inq̰sitionē, & cōcludere in scientia & dolo. Et p̃dicta ꝓcedunt qñ ambo sunt sciẽtes, si naũt vnus est sciẽs & alter ignorans, sciens teneẽ, vt s̃. dictum est, & ignorãs excusatur in tm̃ ꝙ ẽt alia pęna extraordinaria non venit puniendus: nã regula est, ꝙ quoties delictum nō cōmittitur principl̃r in alicuius iniuriã, tunc si cessat dolus, nulla pęna venit ĩponẽda, vt d. l. si adulteriũ, §. j. ẽt si sit in culpa, vt ibi, sec⁹ si iniuriam alicuius respiceret principl̃r, vt no. Bar. in l. pe. ff. de adul. ita dixit Bar. ĩ d. l. si adulteriũ, §. j. in fi. vt ibi, & adde ꝙ dixi s̃. in gl. super verbo, scienter & dolose &c.

AVG. Tu in hac materia ad ea q̄ singulariter dixit Ang. in l. si adulteriũ cum incestu, §. incestã, ff. de adul. q̰ dixit limitãdo p̃dicta, qđ licet à pęna incest⁹ cōmissi nō in figura matrimonij, nullus error excuset iuris vel facti, ex quo operã dabat rei illicitæ, vt l. uulgaris, in prin. & §. si q̰s ęs, ff. de fur. vbi delinquens in plusq̃ ipse credebat delinquere, punitur in illo pluri. Adde ꝙ hoc verũ cũ incestuosus credebat delinquere, sed si non credebat iusto ductus errore, q̰a ignorabat cōsanguinitatē, & merito, & credebat mulierē meretricē, q̰a mero meretricio incedebat, & viuebat, tũc nullo mō punitur, ar. l. itē apud, §. si quis virginē, ff. de iniu. cōiuncta l. pe. ff. de fur. & l. quę adulterium, C. e. & subdit Ang. ibi, ꝙ uerũ est qđ ubi incestuosi mr̃imonium cōtraxissent errore facti & iustissimo, quia cōsanguinitatem ignorabant, exemplum ponit in Florẽtino q̰ hẽbat sororē in Anglia, & ipse illã duxit in vxorē q̃ nunq̃ uiderat, & tunc nulla pœna imponitur, & filij nati ex tali mr̃imonio sunt legitimi, per d. l. quí contra. Si aũt dictus error nō esset iustissimus, sed iustus, exemplũ in puella tradita nuptui publice, & palã auunculo suo ꝑ auiam ipsius puellæ, & hoc casu sil̃r excusatur à pœna. Sed soboles non est legitima nisi matrimonium durauerit per annos 40. vt d § diuus Marcus. & ibi Ang. in hac materia multa pulchra dixit in d. §. incestum. Et affirmat ẽt Ang. ibi in d. §. incestũ. ꝙ p̃sumitur sciã qđ incestum committaẽ ẽt si contrahentes mr̃imoniũ postq̃ sciuerunt iuris dispositionē in matrim. ꝑseuerarunt, ꝑ §. idē Pollioni, ea. l. dicit tñ qđ excusaẽ ab ista pęna muliei, & in totum, qñ matrimoniũ erat solũ interdictũ de iure ciuili, si errorē alle. ut est tex. in d. §. incestũ, & in ver. sexum. Excusatur ẽt masculus, ut probatur in d. l. si adulteriũ cũ incestu, §. idē Imperatores, & si mulier excusatur in totum. Nec ob. ꝙ gl. de directo sit in cōtrarium, in §. fratres deniq;, in d. l si adulterium cum incestu. quia dicit Ang. in d. §. incestum. qđ gl. in d. §. fratres. est falsa, nec recte loquiẽ, sed tẽpera, & dic hoc esse uerum si à crĩe se distrahat anteq̃ accusetur, ut est tex. in d. l. si adul. cum incestu, §. idē Pollioni. excusatur sil̃r minor, & sil̃r in totum. Et hoc casu excusaẽ siue matrimoniũ sit, siue interdictum iuregentiũ, siue ciuili, ut in d. §. incestum. & probatur in d. §. fratres. Et subdit Ang. ibi unum notabile uerbũ, qđ tunc minor probat errorē, & eo ipso qđ ipse ꝓbat minorem ætatem, & dicit qđ hoc probatur expresse in d. §. incestum. & affirmauit etiã Ang. ibi, quòd ab ista pęna excusaretur masculus & fœmina maiores, quamtuncũq; matrimonium sit

interdictum

interdictum de iuregentiũ,ſed incõtinenti habita ſciẽtia ſupplicauerint ſe coniungi & diuerterunt,dicit tñ ꝙ hoc caſu non reuelãtur ex toto,ſed aliqualiter puniuntur, & dicit ꝙ hoc ꝓbatur in d.§.inceſtũ, ĩ ver.punitur vbi cõiunctionem &c.Et ꝓbatur iſta concluſio in d.l.ſi adulteriũ cum inceſtu,in §.non vſq;,& de iſtis,& de iſta materia late vide ꝑ gl.& Bar.& Moder.in l.fi.ff. de cõd.ſine cauſ.vbi Bar.multũ elegãter loquitur, vide aliqualiter ĩ l.fi.ff.ad le.Iul.de adul.vide late per Bal. & Sal.in l.qui contra, C.de inceſt.nup.ꝑ Ia. de Bel. in Auth.de inceſt.nup.in prin.aliqualiter ꝑ Io.An.in c.ex tenore,ext.q fil.ſint leg.de errore iuris,an habeat excuſare à pęna,late vide ꝑ Ia.de Bel. in l.ſi quis id qđ,ff.de iuriſ.om.iud.ibi per Mod.videbis infinitas remiſſiones. Et tene menti ea q̃ dixit Io.Fab.Inſt.de nup.ĩ §.ad
68 uerſus,† ꝙ cõtrahẽtes inceſtas nuptias sũt infames,& ẽt approbãtes & defendẽtes,ſeu patrociniũ p̃ſtãtes,j.q.3.cõſanguineorum, & ipſo iure ſunt excõicati, & ꝓbat̃ in cle.j.extra de ſponſa.dicit tñ hoc eſſe tẽperandũ, ꝙ p̃dicta militent in illis ſex caſibus ibi tm̃ enumeratis,in alijs vero nõ,& uide pulchrum conſiliũ Pe.de Anc.in conſ.ſuo 362. qui conſuluit,ꝙ licet ego cõcubuerim cum vna ſorore ſecrete,& poſtea aliã palam duxerim in uxorem,ꝑ ꝑ hoc non debeo puniri pœna inceſtus, quia ad hoc vt habeat locũ iſta pœna inceſtus , habetur alio modo reſpectus affinitatis quam velint canones in celebrandis matrimonijs.

69 *Lenocinium eſt delictum maius adulterium.*

69 ANG. † Nunc de lenocinio dicamus , & dr̃ maius adulterio,& maius delictum q̃ ſit adulterium , qm̃ adulter peccat in ſe, & in vnã fęminã,leno aũt peccat ipſe & ẽt duos peccare facit,vt no.gl.ĩ l.Athletas,§. qui lenociniũ,ff.de infa. & ſic erit grauiſſimũ delictũ cũ dicamus ĩ cõi maius eſt homicidio vt no.aliqui Doc.in l.pen.§.matre,ff.de le.
2.An aũt lenociniũ ſit maius adulterio, & quo reſpectu,vide Bar.Ang. & Imo. in l.is qui reus,ff.de pub.iud. eſt autem leno qui adulterio ſubijcit , vel pretiũ pro cooperto ſtupro accipit, vel dãnatã de adulterio duxit in uxorẽ,vel q̃ſtũ ex uxoris adulterio facit, uel deprehenſam vxorẽ in adulterio in mr̃imonio retinuit. Et aduertas ꝙ ẽt lenocinij pęna tenetur is ex cuius ope & cõſilio dolo malo factũ eſt,ne vir & fęmina ĩ adulterio dep̃hẽdat̃, ſi pecunia alia de pactione ſe redemerũt,ut C.de adul.l.2.& l.caſtitati, ff.eo.l.is cui.j.reſpon.cum ſi. Et qũo de lenocinio accuſari vel excipi poſſit, & qũo puniatur, hr̃ plene in l.2.§.j.& 2. & ibi per Bar.ff.de adul.& latius Bar.& Imo.in d.l.is qui reus. Et an vt ſimpliciter repellat accuſantẽ.An ẽt vt eum punire faciat de lenocinio, & an opponat ante nomẽ ſuũ receptũ inter reos uel poſtea,& quot ſint ſpecies lenocinij,dic vt ibi ꝑ glo.& Doc.& ꝑ Sal. in l.qm̃ Alexandrũ,C.de adul.dic ut ibi ponit multa bona ex quib. põt imputari marito lenocinium,ſufficiatque tibi remiſſio.

AVG. Itẽ adde ꝙ cõmittit̃ lenociniũ proprie perſuadendo adulteriũ uel ſtuprum ſequutũ,vt l.j.ff.de extraord.cri. & dicit Ho.co.ti.de adul. ꝙ leno eſt q adulterũ & adulterã ſubiecit,& dicit tex.in l.Athletas,§.ait p̃tor,ff.de his q no.ĩfa. ꝙ leno eſt q ſeruos hẽt ad luxuriã ꝓſtitutos & q̃ſtũ facit, & ꝙ plus delinquit q̃ meretrix,& hoc apparet ĩ Auth.de lenonib.circa mediũ. Nã illud eſt maius delictum ꝙ dinumeratur ĩter plures ꝑſonas patiẽtes vel faciẽtes,ut ff.de iniu l.ſi plures ſerui.Adde gl.32 q.j.crimẽ, q̃ ponit quot modis committat̃ lenocinium, & ibi eſt caſus,& ibi ẽ alia gl.or.q̃ ponit quot ſunt ſpecies lenocinij,vltra s̃.alle.& vide l.ſi lenones,C.de epi.aud.ubi pęna lenocinij in dño aperte eſt priuatio ptãtis,& ꝓſcribitur in metallũ, & ſic in eis nõ eſt mors naturalis ꝓ pęna: ſic eſt differẽtia inter patrẽ & alios q cõſentiũt raptui,vt C.de rap.vir.l.j.§.pen.& q a dicunt Doc.ꝙ q retinet vxorẽ malæ vitæ uel adulteram,punitur ut leno. An puniri poſſit ut leno ille qui habet vxorẽ ſuſpectã,quã non inuenit in actu Veneris . Sed maritus habet aliquã vmbrã ſuſpectionis,ꝙ ipſa cõmittat adulteriũ. Adde & uide dicta Bal.Cy. & aliorũ in l. crimen lenocinij,C.de adul.& de materia iſta uide Sal.in l.caſtitati,C.de adult.& no ꝙ tex. in c.quemadmodum, §.illud,extra de iureiu. dicit ꝙ patronus eſt turpitudinis,qui celat crimen uxoris. Adde dicta Inno.in c.intelleximus,extra de adulterijs.

SVMMARIVM.

1 *Proditio patriæ eſt crimen enorme , & in eo non appellatur,tamen in eo non proceditur ad torturam niſi præcedentibus indicijs.*

1 *ET hai tradito la tua patria.*† Quamuis sit
crimen enorme, & ẽt in eo appellari nõ
possit, vt dicam ĩ. in glo. præsente Caio &
appellante &c. tñ ẽt in hoc crimine non po
test procedi ad torturam nisi præcedentib.
indicijs, & alijs psumptionibus, vt est tex.
& glo. Cy. Bal. & Sal. in l. si quis alicui, C. ad
l. Iul. maie. Dictis aũt indicijs præcedenti-
a bus omnis põt torqueri nullo priuilegio *a*
obstante, siue sit miles, siue doctor, siue etiã
clericus, vt in c. j. de deposi. q priuilegiati
aliàs excepto dicto crĩe torqueri nequeunt,
sine principis conscientia, vt l. milites, C.
de qõ. Et ꝙ ꝓ tali crimine quicunq; sit, &
quocũq; munitus sit priuilegio, possit torq̃
ri, casus est in l. nullus, C. ad l. Iul. maie. tene
tur aũt hoc crimine qui cõmisit aliquid de
contentis in l. 1. 2. 3. & 4. ff. ad l. Iul. maiest.
AVG. Tu in hac materia adde, ꝙ Bal. in
l. quicunq;, C. de ser. fug. in fi. vr̃ velle, ꝙ in
istis tract. qui fiunt secrete pp probationis
difficultatẽ, incipiẽdũ esset à tortura, pręte
rea sunt alij casus vbi ꝓuenitur ad torturã
sine indicijs, vt no. gl. 12. q. 2. c. qũo, & tñ in
illis casibus est tãtum facinus quantum est
crimen lęsæ maiest nisi dicamus ꝙ ille tex.
in d. l. si quis alicui, loquitur qñ indicia po-
terũt hr̃i. Secus si non poterunt haberi. Sed
certe multũ stringit ille tex. in d. l. si qs ali-
cui. Et dicunt Doct. ibi, maxime Ange. qui
Doct. volunt ꝙ nullo modo quis torqueaĩ
in isto crimine, nisi præcedant indicia, li-
cet in isto crimine sint alia multa specialia.

2 *Crimen lęsæ maiestatis an incurrat congregans gentẽ in alia ciuitate quã in Romana ciuitate.*
3 *Crimen lęsæ maiestatis an censeatur crimen cõmissum contra dominos seu tyrannos Italiæ, cum loco principis habeantur.*
4 *Crimen lęsæ maiesta. est attentare aliquid contra vicarium principis.*
5 *Crimen lęsæ maiest. est attentantis aliquid contra vicarium principis, an se extendat contra filios delinquentis.*
6 *Crimen lęsæ maiestatis committitur non solum contra Regem, sed etiam contra quemlibet dominum ciuitatis.*
7 *Crimen lęsæ maiesta. committitur proprie quando vnum castrum rebellaret propriæ ciuitati.*
8 *Crimen lęsæ maiest. non est quando vna pars ciuium expellit aliam propter partialitatem.*

2 ANG.† Quæro aliquis congregat gentẽ
b in alia ciuitate q̃ in ciuitate Romana, *b* an
incidat in hoc crimen, gl. in l. j. ff. ad legem
Iul. maiest. dicit ꝙ non. Sed Bar. ibi dicit, ꝙ
congregans gentẽ in alijs ciuitatibus tene-
tur l. Iulia. de vi. Sed ego credo, ꝙ hoc sit ve
rum, nisi sit talis ciuitas quę superiorẽ non
recognoscat, quia tunc cum illa ciuitas Ro
mę equiparetur vel principi, vt no. Bart. in
l. hostes, ff. de capti. & in l. lex 12. tabu. ff. ad
l. Iu. maie. igiĩ in talibus ciuitatib. hẽt locũ
ẽt hoc crimẽ, qñcunq; aliquid cõtra eã fiat,
sicut si fieret cõtra ciuitatẽ Romanã, vt d. l.
j. 2. 3. & 4. pro quo est gl. in l. fallaciter, C. de
aboli. vbi tñ Sal. aliter distinguit, videlicet
ꝙ aut patria proditur, vt à principe aufera
tur, & tenetur crimine lęsę maie. secus si ꝓ
ditur nõ ad finẽ, vt principi auferatur, & ita
ꝓprie loquitur ibi text. Quod nota contra
istos qui quotidie in ciuitatib. & maxime
Bononię, cõcitãt populũ & gẽtiũ faciũt cõ
gregationẽ, ꝙ ipsi l. Iul. maiest. teneãtur, &
3 dicto crimine puniri possunt.† Itẽ si cõtra
dños vel Italiæ tyrãnos cõmittitur, qui cũ
loco principis habeanĩ, vt no. Bar. in d. l. ho
stes, perinde est, ac si tale delictũ cõtra prin
cipẽ esset cõmissum tã cõtra delinquẽtium
psonã, q̃ cõtra psonã ipsorũ filiorũ, ut l. qĩ
quis, C. ad l. Iul. maiest. vide Bar. late in tra.
qui sunt rebelles, in gl. contra istum hono-
rem infidelitatis, ver. sed an hęc constitutio
locum habeat, vbi tenet ꝙ non habet locũ
crimen læsæ maiestatis, quod credo ue-
rum

ADDITIONES.

a ¶ Nullo priuilegio. *Adde tu & vide Cępo. in cons. 40. & Pet. de Anc. in cons. 140. & ibi quo modo probetur rebellio & conspiratio, & qualiter contra conspiratores procedi possit, & ꝙ crimine lęsæ maiestatis non possit procedi ad torturam indicijs non præcedentibus. Vide Barb. in cõsil pen. & ibi est etiam cons. Ang. Are. Ber.*

b ¶ Ciuitate Ro. *Adde tu Ang. in cons. 223. inci. proponitur quòd forti guerra, vbi ꝙ contra aliã ciuitatem ẽt non recognoscentem superiorem, nõ committitur crimen lęsæ maie. licet dicat ꝙ talis ciuitas põt statuere quod memoria hõis damnari põt, & quod cõtra aliam ciuitatem quam Romanam nõ cõmittatur crimen lęsæ maie. ad- de Pe. de Anc. in cõs. 289. & voluit Cal. in tit. de accu. cons. vlt. & vide tu de hoc per Socin. in cons. 22. col. 3. & in cons. 275 col. 2. vers. sed permissis, vbi quid in ciuitate Lucana.*

rũ ꝓprie,ut uoluit Cyn.in d.l.q͡sq͡s. & ibi
Sal.in ver.oppono primo ext.gl.&c.& vide
Pet.de Anc.ĩ cle.pastoralis,ver.octauo no.
de re iud.& ꝙ no.Bar.in Auth.ad reprimẽ-
4 dũ,in verbo,rebellando.†Secus si cõtra ali-
quẽ vicariũ ipsius principis, & eius perso-
nã attẽtetur,quia quo ad delinquẽtis ꝑso-
nã perinde est ac si contra ipsum principẽ
esset attentatũ, sed non contra filios delin-
quentiũ,q̃a isto casu filij aliq̃ pœnã nõ pa
tiunt̃, ita dicit Sal.in d.l.q̃squis.in prin. ꝙ
est no. ꝑcipue contra delinquentes contra
istos dominos vicarios Papæ, ut sunt isti
dñi de Romandiola,quia licet cõtra delin-
quentes dicatur commissum crimen læsæ
maie.non tamen quo ad eius filios.qđ no.
AVG.Tu aũt in hac materia,adde & dic,
ꝙ mihi vr̃ ꝙ hęc cõclusio d.Ang.sit falsa ĩ
quantũ vult ꝙ cõgregans gentẽ contra pa
triã propriã, incidat in crimen læsę maie.
maxime qñ non recognoscit superiorẽ,q̃a
gl.nr̃æ semper posuerunt contrarium,q̃ di
xerunt ꝙ nisi hæc fiant contra ciuitatẽ Ro
manam,aliàs non committit̃ crimen læsæ
maie. Et ad hoc vltra Doct. allego aliã gl.
paruã Inst.de pub.iud.in §.publica.in vna
gl.parua q̃ incipit Romanorũ,& ibi Io.Fa-
bri.qui dicit ꝙ nõ est crimen læsæ maiesta
tis quo ad hoc, ut filij puniant̃ sicut puniũ
tur qñ proprie cõmittitur crimen lęsæ ma
iestatis,ſm formam traditã in l.quisquis,
C.ad l.Iul.mai.Et iõ quo ad propositũ no-
strum pro opi.mea mihi vr̃ tex.& ru.ibi in
l.j.C de seditio.vbi tractatur q̃ pęna datur
istis qui proprie committũt aliquid cõtra
rem publicam propriã,vel aliq̃d moliunt̃,
& ibi oĩno uide Ange. post antiquos,& iõ
dico falsam illam esse glo.in l. fallaciter, C.
de aboli.q̃a ꝓprie ille tex. in d.l.fallaciter,
expſſe dicit contrarium,si q̃s illum tex põ
derat, vbi ille tex. ponit ut casus separatos
qñ aliquis cõmittit crimẽ læsę maiestatis,
& qñ aliquis molitur contra patriam pro
priã.Et in hac materia vide vnũ pulchrum
consilium Bald.ꝙ incipit,q̃q̃ allegata sint
5 multa & plura.†Itẽ in quantũ dr̃ ꝙ qñ cõ-
a mittitur aliquid contra vicariũ a Papę vel
Imperatoris,ꝙ nõ cõmittatur crimen læsę
maie.quo ad filios.Certe credo istã opi. fal
sam,& põdero tex.in d.l.quisquis.vbi expſ
se dr̃, ꝙ si aliquis molitur aliquid contra ꝑ
sonam principis,vel suorũ cõsiliariorũ,vel
suorũ militum,ꝙ incidit in crimẽ lęsæ ma
ie.ẽt quo ad filios,vt ipsi puniãtur ſm for-
mã illius l.quisqus. Certe nescio quis est il
le qui diceret ꝙ acrius puniretur ille q̃ oc-
cideret vnũ militẽ Imperatoris, q̃ ille q̃ oc
cideret vnũ vicariũ Imperatoris vel Papæ,
qui sit vicarius in tꝑalibus cũ omnimoda
iurisdictione meri, & mixti imperij. cogi-
ta.Et ꝑ hoc an patet falsam esse sñiam Sal.
in d.l.q̃squis,& rõnem suã per ꝑdicta.& vi
de Imo.& do.Card. in d.clem.pastoralis.q̃
ponunt,an sit crimen lęsæ maie.qui cõtra
tirannos Italiæ cõmittit aliquẽ tractatũ q̃
cõtra vicarios.& dixit Bal.in l.data opera,
C.qui acc.in 5.col.ꝙ cõmittens aliquid cõ
tra vnum baronẽ,ut sunt isti castellani,nõ
committit crimẽ lęsę maie.ꝙ intelligo ve-
rum proprie ad hoc,ut filij puniant̃.Secus
improprie,ſm ꝙ declarat Cy.in d.l.q̃s͡qs,
quia proprie & improprie sumitur crimẽ
lęsæ maie.quo ad pęnã instigandam,vt de
clarat Sal. ibi in d.l.q̃squis, & Ang.in l.1.
ff.ad l.Iul.mai.Et de materia no. vide Bar.
6 in l.hostes,ff.de capt.† Dicit tñ Brixiẽsis in
reper. suo in uer.maiestatis.ꝙ crimen læsę
mai.cõmittitur nedum contra Regem,sed
ẽt contra quemlibet dñm ciuitatis. allegat
casum in l.nemo, C.de epis.au.ꝙ intelligo
improprie non proprie,ad hoc puniant̃ fi-
lij eorũ,ſm l.quisquis. C.ad leg.Iul.maie.
vt dicebant ibi Cyn. & Sal. ꝙ crimen læsæ
maiest. capit̃ proprie & improprie. & dicit
Io.An.in c.felicis.de pœnis.qđ crimen lę-
sæ maiestatis committitur ẽt in personam
inferioris à prĩcipe supremo. vide pulchra
verba do.Pet.de Anc.in cons.340 .pulchra
verba posuit Dominicus de sancto Gemi.
in d.c.felicis. & vide Pet. de Ancharano in
7 consilio suo 289.†qui dicit quòd non com
mittitur crimen læsæ maiestatis proprie
quando vnum castrum rebellaret se pro-
8 priæ ciuitati † Item etiam quando per par
tialitatẽ vna pars ciuium expelleret aliã,
non

ADDITIO.

a ¶Vicariũ Papę. *Adde circa hoc late vt per Cepo consi. 8. Pet.de Anch.1 cons.275. Raph.Cu. consi.43. Old.consi.43.& d. Alex. de Imo in cõsi 103.in 1.vol.& an contra Car.committatur crimen læsæ maie. vide Pet de Anc.in cons.275.& Cal.in consi.vlt.ti.de accus Ber.*

non est crimen læsæ maiest.ibi vide, & vi-
de Old.in cõs.suo 42.qui ponit q̃d est pro-
prie qñ committit crimen læsæ maiesta.&
ibi vide ꝙ si quis non recognoscit ab Impe
ratore nisi vnum feudum,in reliquo nõ est
subditus Imperatori,ꝙ non põt talis com-
mittere crimen lęsæ maies. in ꝑsonã Impe
ratoris proprie, & vide in hac materia do.
Nellũ in trac.bãnitorum,in scd'o tꝑe de cõ
currentib. post ꝑfectum bannũ, in 15.q.q̃
multum elegãter & diffuse loquit,an & qñ
committat crimen læsæ maie. qñ vna pars
ciuium expellit aliã, vel aliq̃s rebellat con-
tra patriã ꝓpriã,vel aliquem populum,vel
aliquem dominium,vel aliquẽ vicarium.

9 *Accusare quis possit in crimine lęsæ maiest.*

9 ANG.† Quæro q̃s possit accusare de hoc
crĩe? dic ꝙ oĩs ẽt ille qui aliàs est prohibi-
tus,de quibus dixi s̃.in verbo (necnon ad q̃
relam.)de quo tex.est, & ibi Bar.in l.famo-
si.& in l.q̃onib.ad l.Iul.maiest.Et per con-
sequens ẽt infames admittuntur, dũmodo
non sint infames ex eo ꝙ damnati sint pu-
blico iudicio, nã tunc de nullo crĩe pñt ac-
cusare nisi suam, & suorum prosequantur
iniuriam,vt est glo.sing.in l.qui iudicio,ff.
de accus.vbi Bar.nihil dicit,sed in l.qui ac-
cus.eo.ti.ver.Itẽ hic dr̃ &c.& ibi, vel nisi in
causis exceptuatis &c. sentit ꝙ imo omnis
infamis ẽt crĩe publico damnatus possit de
crimine læsæ maiest.accusare, & illud cre-
a do verius, *a* quia nõ põt reddi maior ratio
prohibitionis,quare magis prohibeãtur ac
cusare de crimine lęsæ maie.dãnati crĩe pu
blico q̃ alij infames, & alij inhabiles, qui
aliàs non admittuntur,vt d.l.famosi.

ADDITIO.

a ¶Verius. *An infamis possit accusare in crimine læsæ maiest. vide in consi Ang Are. An.de Pra. veteri,& Bar.quæ consilia habes in cons.Barb. in dictis consi.si accusans non potest probare,nisi per duellum,an sit repellendus. Ber.*

AVG. Tu aũt in hac materia adde tex. cũ
gl.in l.mulierẽ,ff.de accu. q̃ text.vr̃ velle ꝙ
infames admittantur, & ibi gl.in casu l.fa-
mosi,ff.ad l.Iul.maie. Et sic vult illa gl.in-
famẽ posse accusare de crimine læsæ maie.
Aduertas tñ ꝙ ille tex.iũcta gl. nõ dicit qñ
est infamis ꝑꝑ sñiam, q̃a sit dãnatus de pu
blico iudicio.Sed ad hoc allego Ang. in ter
minis vltra s̃. allegata in l.q̃ iudicio, ff.de
accu.vbi exp̃sse dãnat illã glo.ibi,& dicit ꝙ
illa gl.est falsa,q̃ dixit ꝙ in oĩbus casib. vbi
reperit infamem posse accusare, dẽmus in-
telligere de illo q̃ nõ sit infamis ꝑ sñiam,
& sic sit dãnat⁹ de iudicio publico. Et iõ di-
cit Ang.illã gl.falsam, & gl.& Bar. allegat
dixisse cõtrariũ in d.l. q̃ accus.& iõ dicit ꝙ
in crĩe læsæ maie.& hæresis isti tales q̃ sũt
damnati ẽt ꝑꝑ publicum crimen pñt accu
sare in crĩe læsæ maie. vide quæ dicta sunt
s̃.in gl.necnõ ad q̃relam.in materia accusa
tionis,in illo arti.an infamis possit accusa.

10 *Crimen lęsę maiestatis an committatur per illum qui in simplicem scientiam incidit.*

11 *Scientia simplex facit aliquem teneri crimine læsæ maiestatis si illa scientia est probabilis, id est si illud quod ipse scit probare potest.*

10 ANG.†Quod crimen læsæ maie.cõmit-
titur ẽt ab eo q̃ in simplicẽ scientiã incidit,
licet nulla operatio, vel factũ interuenerit,
vt l.q̃squis,in fi.& ibi Doct.C.ad l.Iul.ma-
iest. & ꝙ sola scientia quis teneatur ex tali
delicto,& pluribus alijs no.Bar.in l.vtrum,
ff.de parrici.& plene Sal.in d.l.quisquis,§.
11 ad ꝙ. † Quod tñ limitat Bal.in quodã suo
cõsilio,ꝙ ĩcipit q̃q̃ allegata sint multa &c.
a esse verum si talis sciẽtia *a* esset probabilis
per l.q̃ accusare,C.de eden.ad quid.n.tenet
quis reuelare ꝙ probare nõ possit,certe ne-
mo dẽt se submittere tormẽtis quæ hoc ca-
su delatori inferũtur,vt l.3. C.ad l.Iul.ma-
ie.& squallori carceris, vt l.fi.C.de acc.nul-
la.n. culpa est in vitæ discrimine se nõ po-
nere,vt voluit gl.in l.neminẽ, C.de infa.q̃
si solum audiuit & non reuelauit, quia pro
bare non poterat, immunis est à delicto,ꝑ
tex.in l.nostris, in fi.C.de calum. Ex hoc in
fert Bal. ꝙ assessores sequentes Bart.in d.l.
vtrũ,& occidentes hoĩes solummõ,q̃a non
reuelant secretũ non ꝓbabile,oẽs sunt ho-
micidæ,q̃a visus videt,velit nolit, auris au
dit, quia sensus corporis, & primi motus
non sunt in ptãte nostra, vt no.in gl.in l.j.
§.ius naturale,in ver.cõiugatio, ff.de iusti.
& iu.Et ꝑꝑ hoc ipse Bal.in d.cõsi. deplorat
memoriã fidelissimi militis do. Donati de
Barbadoris,qui ob hanc cãm cum aliquib.
suis sequacibus fuit decapitatus. Ita refert
Io.de Pla.Doct.Bono.Inst.de pub.iu. §.pu
blica aũt:pro quo facit 2.q.7.c.quia plerun
b que,qđ no.opinio *b* tñ Bar. & Sal.obseruat
in practica, vt ẽt dicit Bal. ex quo sequitur
quòd

ꝙ quilibet quāprimum audiuit, vel notitiā habuit de aliquo tractatu cōtra suū Principē vel cōtra rempublicā, illico dēt reuelare, & reuelans statim p̄mium consequitur. Sin autē ex interuallo reuelauerit priusquā dictum delictū fuerit executioni mādatū, & antequā per alium fuerit reuelatū, tūc sibi
c parcitur, & nō punitur, sed p̄mium c ꝑdit, vt d.l. quisquis, & ibi Cy. Bar. & Bal.

ADDITIONES.

a ¶Si talis scientia. *Adde tu pro hac parte ꝙ sola & nuda scientia non sit digna hac pœna, facit quia l. quisquis, punit principales satellites & cōsocios ac ministros, consocios videtur accipi pro participe, nō aūt pro simplici sciēte, de qao scripsi in c.j. de rest. spol. vel de offi. deleg. & ꝙ ita sit, cōfirmatur ex tex. cum gl. & ibi Io. Mona. Io. An. & alij omnes in c. fœlicis, in §. illud, de pę. in 6. vbi simplex, & nudum consilium siue fauor nudus non punitur pęna qua principalis, sed minore & arbitraria, & tamen nullum cōsiliū & fauorem prastās sciebat, vnde dicunt ibi Io. Mona. & alij ꝙ punitur, quia debuit reuelare, & tñ illud delictum censetur ut crimē lęsa maie. ut ibi in prin. imo magis secundū Ang. in l. quisquis, ꝑ his faciūt quæ no. Io. And. & Dominicus ibi in pr. de eo ꝗ prastat consiliū & fauorē nō nudum, nisi dixerimus aliud esse in casu illius c. in quo nō punitur conscius simpliciter, ut patet in prin. & aliud iu casu d.l. quisquis. Ad hoc etiam pondero dicta Car. & Im. in cle. pastoralis, de re iu. dum tractant post antiquos qūo cōmittatur crimen lesa maiestatis, & nullo modo in enumeratione casuum ponunt simpliciter scientē sine participio coniurationis, imo vr̄ ex qualitate casuū inclusorum ipsum excludere, facit etiā c. sicut dignum, de homici. vbi mitius puniuntur etiam cōsulentes dummodo nō induxerint regē ad homicidium, & similiter opem ferentes, vt ibi, cū ergo l. quisquis, conscios eadē pœna puniat, debet intelligi de participibus, alias &c. In facto etiam uidi de uocato ad impediendum occulte ne dominus occideretur credentibus alijs coniuratoribus quod iuuare deberet, an retenta opi. quod nuda scientia puniatur, debeat puniri, & uidetur qđ non, quia non fuit cōscius, nec a coniuratoribus uocatus, sed ab impedire uolente: tamen quia oī no sciuit qualitercunque, & vidit coniuratores perseuerare in machinatione retenta dicta opin. non fuisset tutus.*

b ¶Opinio tñ *Aade tu & uide Io An in c. pęnas de hom. & Spe. in ti de le. §. iuxta, uer. quid si amici. & cōsuluit Bal. in cōs. 34. 2 li. ꝙ nō reuelās crimen ꝑditionis, ꝙ effectū nō habuit, quia sciēs cōtradixit, dēat relegari maxīe si erat affinis. B.*

c ¶Sed præmium. *Vide Bal. in l. testa. ff. de hare di. instit.*

AVG. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ aliàs vidi istā q. in practica, & fui iudex in illa cā cōtra vnum potentē dn̄m, qui suo principi non reuelauit tractatū cōmittendū contra principē & superiorē suū, ꝗa erat ciuis suꝰ, vñ fecit ipsum decapitari sequutus sn̄iam Bar. in d.l. vtrum, ꝗ̄ sn̄iam sequutus est Bar. ipsemet in l.j. §. occisorum, ff. ad Silla. & ibi exp̄sse Ang. & sequit̄ d. Abb. in c.j. ex. de resti. spol. & vide dictum d. Abb. in c.j. ext. de offi. dele. Dicit tñ Ro. in l.j. §. occisorum, in fi. ꝙ contra istā sn̄iam Bar. cōsuluit Bal. Florētię in ꝑsonā illius militis, & ita obtinuit. Quod nō credo verum, quia ꝑꝑ exorbitantiā istius criminis iura ita voluerunt, ut voluerunt in §. alia, Insti. de pub. iud. & in d.l. vtrū, & Canonistę in d.c.j. maxime d. Abb. Adde tñ ꝙ dixit Ang. in l. frater, ff. ad l. Iul. de parricid. ꝙ vidit decapitari plures ciues qui nō reuelauerunt tractatū ciuitatis suæ, ꝗ sciebāt solummodo tractatum, & nō fuerunt participes, & hoc male fuit factū, & inique, quia iura hoc nō patiunt̄, quia dicit ꝙ si filius sciebat futurā mortem p̄ris, & non reuelauit, nō decapitari, sed relegari dēt, ergo & ciuis dēt relegari, pœna capitis est solum qñ fieret tractatus contra principē, & Papā, & sic contra ecclesiā vel imperium. Et dicit Ang. hoc esse mēti tenendū, quia quotidianum est. Et subdit ꝙ unus forensis qui nō esset de populo, & sic ius populi nō dēt tueri, licet sciat conspirationē, tñ nō dēt puniri ex hoc ꝙ nō reuelauit, & dixit ꝙ hoc tenet gl. in d.l. vtrū. in verbo, conscios, dū subaudit de participib. ꝗa de sola sciētia iste talis nō punit̄ ī forēse, credo istā sn̄iam Ang. verā, sed credo sn̄iam Ang. falsam dū se restringit tm̄ in personā Papę vel Iemperatoris, per ea quæ s̄. dixi, & no. bene ista.

12 *Crimen lesa maie. commissum per patrem siue per matrem facit quod non solum delinquens sed etiam filij masculi puniantur.*

12 ANG. †Et aduertendum est ꝙ ꝑꝑ tale delictum cōmissum per patrem vel ēt per matrem, ꝗa licet d.l. quisquis, loquatur in patre, hēt ēt locum in matre, & sic in femina,

licet sit exorbitans,& pęnalis,vt no.gl.in d. l.quisquis,in verbo,ausuras,& nō est mirā dum de dicta gl. qm̄ aliqñ lex exorbitās loquens in fœmina ex rationis identitate extenditur ad partem, vt no.gl.in l.fęminę C. de secun.nup.ꝙ nō tm̄ punitur delinquēs, sed etiā filij masculi, prout habetur in d.l. quisquis,ꝙ no.licet videatur inusitatum ꝙ mulier talē crimen cōmittat,tñ uidi semel de facto Bononiæ, filiæ autem fœminæ de bonis matris,& non patris delinquentis habent falcidiā,vt l.pe.C.ad l.Iul.mai. & uxores delinquentium dotes non perdunt,vt d. l.quisquis,§.j.Sed Sal.in d.l.j.§.j. dicit ꝙ licet Pe.& Cy.teneāt d.gl. q̄ dicit idē in matre,tñ sibi nō placet,quia materia est odiosa & pœnalis,ideo ex rationis identitate extendi non debet,& maxime si pater esset viuus, tunc filij domicilium patris nō perderent tamen gl.communiter tenetur.

AVG.Tu aūt ī hac materia,adde ꝙ vr̄ ꝙ gl.in d.l.quisquis, sit vera,quia extat doct. Bar.ꝑ illum tex.in l.quemadmodum,C.de
a agr.& censi. ꝗ dicit ꝙ statuta *a* pęnalia sūt fauorabilia,& possunt extendi, vbi faciēdo extensionē vt delicta nō remaneāt impunita,& ciuitas purget̄ malis hominibus.Non mirū ergo si lex quisquis,loqueretur in patre,si possimus extendere ad matrē, sed hęc rō est nimis gñalis & periculosa. Sed vltra Doct.gl.ordinariā de iure canonico allego in hac materia , q̄ vult idem ꝙ gl.nr̄a iuris ciuilis, quia gl.in c.statutum, el 2.extra de hęre.li.6.expresse h.d.in terminis,ꝙ lex ꝗs quis habet locū in matre & in filijs,& licet huic sñię sit tex.in contrariū in c.vbicunq;, extra de pœ.in 6.Tñ gl.in d.c.statutum,rñdet ad hoc contrariū, sed eius responsio nō mihi placet,& credo in puncto iuris falsas esse illas gl. Quinimo gl.in c.si quis,6.q.1. voluit ꝙ tex.ibi l.quisquis,loquat̄ solum de filijs qui sunt in potestate, non in emācipatis.Sed mater nō hēt filios in potestate;igitur in practica nō recederē a gl.ꝑꝑ enormitatem criminis,vide Imo.in materia nostra principali in l.ex facto,§.si quis rogatus,ff. ad Tre.ibi vide.Tene tñ menti ꝙ ista pęna nō afficit filios si sint clerici.Ita dicit gl.ī c. satis ꝑuersū,56.di.cōtra facit tex.in c.statutū,ext.de hær.& ibi Pe.de Anc.si crimen hęresis ęquiparat̄ crimini lęsę maie.& ibi vide ꝗd ī matre,& vide Arc.in c.si quis,6.q.j.

ADDITIO.

a ¶Statuta pęna. *Et ꝙ statuta pœnalia debeant extendi fauore reipu.tenuit Ro.in cons.338. & an in crimine læsæ maie.masculinū concipiat fœmininum.Vide Frā.de Are.in cons 39. & an delictum matris in crimine læsæ maie.noceat filijs, vide Pe.de Anc.Io.And.Mona.in d.c.stat.Ber.*

---

13 Crimine læsæ mai.cōmisso per filiū familias,an pater puniatur,& an l quisquis,C.ad l.Iul.maie.habeat locum in filijs nascituris.

13 ANG.†Quærit ibi Sal.si filiusfa.cōmisit dictū crimē,an pr̄ teneatur & puniat̄,& dic ꝙ nō,vt d.l.quisꝗs,§.rō,ꝗa cessat rō successionis sanguinis improbati,ergo &c.Cy.ibi q̄rit,an hēat locū d.l.ita,ī filijs nascituris,& dicit ꝙ sic,quia rō d.l.ita,in eis sibi locū vēdicat,sicut in iam natis,ar.l.adigere,§.quāuis,de iure patro.& hoc tenet ibi Sal.

AVG.Tu aūt ī hac vltima cōclusione,an illa l.quisquis ,hēat locū in iā natis vel nascituris, sępius ego fui interrogatus de hac q̄st.& adde gl.magistrā in c.si quis ,6.q.j.q̄ decidit istā qōnē in terminis,& omnino vide Doct.maxime Io.And.in c.quibusdā,de pœ.in fi.2.col.& Ang.in d.l.quisquis, & vide no.per tex.& gl.Bar.Bal.& Sal.in l.2. C. de libertis & eorum liberis.

14 Crimen læsæ maie.d.l.quisquis, an habeat locū in filijs naturalibus tātū & spurijs, & usque quo extendatur,& quomodo sint incapaces.

15 Lex in materia pœnali loquens de filijs,an comprehendat naturales.

14 ANG.† Quærit Cy.& Sal.in d.l.ꝗsquis, §.j.an illa lex hēat locū in filijs naturalibus tm̄,& dicunt ꝙ sic,arg.l.4.C.de interdi.ma. coniuncta rub.licet Cy.in d.l.4.videatur tenere contrariū,vt refert Bar.in l ex facto,§. si quis rogatus,in fi.ff.ad Treb. vbi ipse nō decidit,sed Ang.tenet ibi opi.Cy.in d.l.ꝗsꝗs,ne plus videatur hr̄e luxuria ꝗ castitas, & hoc vr̄ velle gl.in c.statutū,in verbo,volumus,de hære.in 6.& idē erit in spurio vbi eadem viget rō. & hoc ēt sequitur ibi Imo. Item in d.l.quisquis,Sal. & cōmuniter oēs Doct.concludunt,ꝙ ob quandam constitutionē Fed.de qua ibi Cy.in fi.facit mentionem,ꝙ filij etiam in infinitum usq; tamen ad secundam generationem cōprehendantur,ꝙ quidā restringunt in patre: in matre aūt dicunt ꝙ delictū non trāsit vltra primū gradū ad similitudinē hæresis,ꝙ crimen læ

sæ

sæ maiesta.æquiparatur, vt no.gl.& Sal.in l.2.C.ad leg.Iul.maiest. & pro hoc alleg.c. statutum. el.2. de hære.in 6.Et notandum est ꝙ tales filij non tantum ex testamento, sed nec ab intestato sunt aliquo modo capaces, imo ab omni successione sunt alieni.ita dicit tex.in d.l.quisquis.vbi ꝙ à successione proximorum habeantur alieni, & sic etiam non capiuntur ad commodum fisci, filiæ autem fœminæ extraneis ex testamento, & proximis ab intestato succedere possunt etiam ad earum vtilitatem, quia non reperitur contrarium iure cautum. ita dicit Sal.in d.l.quisquis,§.ad filias.

15 AVG. Tu autem in hac materia an appellatione filiorum cōtineantur naturales & bastardi. Iste passus habet multa capita, sed passus noster est iste, an in materia pœnali lex loquens de filijs, cōprehendat naturales.*a* sed in casu.d.l.quisquis.mihi vr̃ qđ gl.in d.l.quisquis.videtur tenere ꝙ bastardi non comprehendantur, dum gl.vult ibi ꝙ ille tex.loquatur de filijs in potestate, nō de emancipatis. Et in terminis hoc voluit alia gl.de iure cano.in c.si quis. 5.q.1. Quinimo ibi Arch. dixit vnum stupendū verbum, quod d.l.quisquis. non cōprehendit filios clericos. Si ergo vera est ista concl'o, vt d.l.quisquis. non cōprehēdat nisi filios in potestate, ergo non comprehendet spurios & naturales, qui nō sunt in potestate, §.fi.Insti.de nup.sed Doct.communiter in d.l.quisquis, tenent contrarium. & Io.An. consuluit pro hac parte cū quamplurimis Doc.vt ipse refert in d.c.statutum, de hær. in 6.quem sequitur ibi Dom.de sancto Gemi.licet Cy.videatur tenere contrarium in l.libertinum, C.de libertis & cor.libe.per l.fi.C.de naturalib.lib.quę lex nihil facit, q̱a ibi quærebatur an auus q̱ posset relinquere substantiā suā nepotibus per dispositionem legis, posset ēt relinquere nepotibus naturalibus, & dr̃ ꝙ non, ibi.n.non resultat absurdum, vt beneficium qđ conceditr̃ legitimis non extendatr̃ ad nepotes naturales. Sed in quęstione nostra si sñia pœnalis nō cōprehēderet naturales, sed legitimos tm̃, cōtineret absurdum, quod est cōtra tex. in Auth.de testi.& ea quæ parit, post prin.Et in hac materia vide per Mod. in d. §. si q̱s rogatus, & dicta Cy.in hac materia ampliauit Ang.in consi.suo 29.ꝙ incipit domina Francisca.in vulgo autem cōceptis qui patrem demonstrare nesciunt, nō habet locū d.l.quisquis.ut ibi no.Cy.& Io.An.& Domini. de sancto Gemi. in d.c.statutum. Et dixit Ro. in singularibus secūdi anni 163. ꝙ incipit, tu scis ꝙ in condemnatione patrisfami.filius clericus habens beneficium ecclesiasticum non priuatur illo beneficio propter delictum patris.

16 *Crimen læsæ maiestatis quamprimum quis tractare incipit, statim perdit administrationem rerum suarum, & omnis alienatio interim facta est ipso iure nulla.*

16 ANG. † Et bene scias ꝙ quamprimum quis incipit tractare dictum crimē, statim perdit suarum rerum administrationem, & omnis alienatio interim facta in bonis suis ipso iure non valet, ut est tex.in l.fi.& ibi Cy.C ad l.Iul.ma.& no.Bar.plene in l.post contractum, ff.de dona.non tñ ipso iure bona sunt confiscata, ut d.l.pe.ad fi.licet gl.in c.cum s̃m.de hęre. in 6.dicat cōtra.s. ꝙ intelliguntur confiscata ipso iure à die cōmissi criminis hęresis. ita dicit Bar.in d.l.si debitor, ff.quæ in frau cre.ꝙ bene no.

AVG. Tu adde ꝙ dixit Ang. in l.meminisse.*b* C.ad l.Iul.maiest.vbi videtur æquiparare reum criminis læsæ mai.& hęresis, in hoc s.ꝙ postquam deliquerunt, non possint alienare quicquā de bonis vendendo, donando, vel dotē constituendo, & dicit ꝙ illa distinctio quā ipse ibi posuit in reo criminis læsæ maie. per oīa dicendū est idem in reo committēte hæresim, *c* & ibi limitat materiam

ADDITIONES.

a ¶Naturales. *Et an filiorū appellatione veniant naturales & bastardi. uide Bal.in cons.119.& in cons. 163 in quinto. Fulgo.in cons.160.& ꝙ filius legitimus ex patre spurio non venit appellatione coniunctorum, & idem voluit Pe.de Anch in consi.410.Ber.*

b ¶Meminisse. *Adde vt per Pet de Anch.in consil.160.Ber.*

c ¶Hæresim. *Adde Pet.de Anch.in cons.294. in fi. & quod licet quis non priuetur beneficio ipso iure, nisi propter crimē hæresis & simoniæ, quod tamen si Papa mandat prouidere alicui de beneficio criminosi si constiterit crimen commisisse, ꝙ in vim talis commissionis executor poterit prouidere.Ber.*

& no.Bar.& alij in l.qui bona, § cũ inter.
ff.de dam.infe.licet Ro.in d.l.mora,& in l.
cum

cum quis, ff.de dolo.limitent illum text.&
ideo dato ꝙ ꝑ prędicta possimus inferre ad
materiā nostrā, ꝙ si aliquis cõduxit domū
quæ incendio sit combusta, vt ipse condu-
ctor nõ teneatur in dubio. Nam licet dicat
incendium p̄sumi ortum culpa inhabitan-
tium,l.si vēdita,in prin.ff.de peri.& cõmo.
rei vend.l.nam salutem,§.cognoscit,ver.&
quia plerunq;,ff.de off.præf.uigi.tñ in du
bio illa culpa p̄sumitur leuissima,gl.est val
de notabilis,in §.p̄terea.Insti.quib.mod.re
contrahi.obli.gl.in ver. unde furtū,quā ꝑ
singulari allegat Sal.in l.q̄ fortuitis in vlt.
col.ver.vnum tñ singulariter est notandū,
C.de pig.act.cum ergo cõductor nõ teneat
de leuissina,sed de leui,l.si vt certo,§. nunc
videndū.ff.cõmo.cum ibi plenè no.& Inst.
loca. §.pe. ideo non vr̃ teneri de incendio,
nisi expresse appareat de dolo suo, vel lata
culpa,vel leui, & si obijciatur ꝙ talis cul-
pa licet p̄sumatur leuissima,tñ potest puni
ri lege Aqui.d.l.in lege,põt rñderi ꝙ & cul
pa leuissima incendij p̄sumitur in non fa-
ciendo,ut sentit gl.in d.§.p̄terea, & vr̃ tex.
in l. qui ędes,in uer.negligant, ff.de incen.
rui.& nau.q̃ tex. intelligitur de leuissima,
vt no.Bal.in d.l.data opera,in prī.4.col.C.
qui accu.non poss. Cum ergo sit leuissima
culpa in non faciendo,nõ venit in lege A-
quil.ꝑ s̄.dicta,& hæc tene menti; & hęc ad
de ad ea q̄ superius dicta sunt. Adde tñ quę
dicam nunc j̄.proxi.addi.mea,in seq.q.vbi
examinabo istum passum ēt qñ conductor
teneī de incendio:& vide Pe.de Anc.in cõs.
7 suo 349.† Item adde in quantū dictū est,ꝙ
si statutum punit comburentē domum,nõ
cõprehēdit illū qui comburit capānā,& ad
hoc adde vnam gl.Insti.de re.diui. in §.cū
in suo;in uer.appellatione.Addatis tñ ꝙ cõ
tra istā decisionē ī terminis alle.Ang.ī l.j.
ff.de tig.iniun.q̃ dicit ꝙ appellatio.domus
venit capanna,ēt in statutis:& ideo ipse in
fert ꝙ statutū in domibus habet locum in
capānis,& ideo dicit, ꝙ sicut domus cõstru
cta de alieno tigno non põt destrui,ita nec
capāna cõstructa de alieno tigno. Nec ob.
illa gl.in d.§.si quis in suo,quia Ang.ibi re
spondet.Sed aduerte, quia pro prima con-
clusione faicunt ea q̄ dicunt Doc.in l.cæte
ra,§.Marcellus,ff.de leg.j. qui dicunt, ꝙ si
statuto cauetur si quis domū comburit,pu-
8 niatur tanta pęna.†Tñ si quis cõburit vnā
paruā domum,non incidit in illam pęnam
statuti.pro qua conclusione faciunt q̄ dñt
Canonistę in simili,ꝙ licet res ecclesię non
possint alienari sine solennitate, de qua in
auth.si quis porrectū,C.de sacros.eccl.& in
c.sine exceptione,12.q.2.tñ fallit in re par-
ua seu minima in cuius alienatione nõ est
necessaria tanta solennitas, vt est tex.valde
no.in c.terrulas,12.q.2.& posset ēt pro hac
parte allegari id ꝙ dixit Bal.in l. si p̄dium,
C.de ędil.edi.ubi dicit, statutū puniēs infe
rentē vulnus nõ uendicat sibi locū in faciē
te vulnusculū,ꝑ l.qui clauū,§.fi.ff.de eui.
Adde tñ vt dixi, contra istā decisionē vr̃ de
cisio Ang in d.l.j.ff.de tig.iniun. & ī termi
nis allego Bal.ī l.j.§. de executorib. ff.nau.
cau.stab.per illū tex.in ver.lintearijs,cū gl.
qui dixit, ꝙ stante statuto si quis comburit
domū,incidat in tantam pœnā, habebit lo
cum ēt in eo qui comburit domum paruā.
Nec ob. quod dr̃ ꝙ solennitas alienationis
in re ecclesiastica nõ militat ī re parua alie
nata,quia de directo est in contrariū tex.in
c.casellas uel mancipiola,12.q.2.nam casa
reperitur in iure,l.si areæ vsusfructus,ff.de
vsufr.ibi,me posse casam ędificare, nam ca
sella est diminutiuū casę: ergo dispositio ī
domo,militat in domuncula,de qua tñ ma
teria an illa solennitas ecclesię in alienādo
requiratur in re parua uel minima ultra s̄.
alle.vide ꝑ Io.And.in reg.qui tacet,in mer
cu.Et no.Ang.in Auth.de alien.& emphy.
§.hoc etiā,in fi.& per gl.in c.ut super extra
de reb.eccl.non alie. & ibi Anto.de Butr.&
Imo.per Pet.de Anch.in cons.116.& Ioan.
And.in addi.Spec.in rub.de reb.eccle. non
alie.in fi.& Fed. de Sen. in cons.51.text. &
Abb.in c.continebatur, de his quæ fiunt à
præla.sine consen.capi. Si quis tñ vellet te
nere contrariā partem, quę forte est verior
cum loquamur in pęnalibus,possumus rñ-
dere ad illum tex.in l.j.ff. nau.cau.stab.su-
per quo Bal.se fundat,quia ibi quo ad ter-
minos illius edicti vtroq; casu erat eadem
ratio:secus in quæst.nostra, uide quæ late
dixi in d.§.Marcellus.

9 *Incendium quando casu fortuito incœpit in vna domo & vicinas combussit, an dominus primæ domus teneatur alijs ad emendationem.*

10 *Incendium,cuius causa fuit paterfamilias,quo modo puniatur.*

11 *Incendium,cuius causa fuit habitator, non tamen*

men dominus neque paterfamilias, quomodo puniatur.

12 *Incendium quando dubitatur a quo fuerit immissum, quomodo puniatur.*

13 *Incendij culpam apud se non fuisse, quõ probabitur per inhabitantes domum ubi ignis fuit.*

14 *Statuto dicente, ꝙ damnum datum per incendium debeat emendari, quomodo emendabitur.*

9 ANG. † Cuius rei gratia, qñ vt plurimũ
incendiũ cõmittitur ex negligentia nõ cu-
a stodiẽtis a bene ignẽ, & sic ignis incipit in
vna domo, & alias vicinas cõburit: an dñs
domus in qua incendiũ habuit exordiũ te
neatur ad emendationẽ domorum vicini.
Sal. in d. cõs. & d. l. quæ fortuitis, C de pi.
act. sic dicit, aut incendiũ sit casu fortuito,
& dr̃ factum casu fortuito, qñ est factũ ta-
liter ꝙ præuideri nõ potuit, & sic culpę nõ
ascribitur, vt d. l. q̃ fortuitis. Et sic ut dicat
factũ casu fortuito, oportet ꝙ sit factum à
latronibus, vel ab hostibus, ut ff. pro soc. l.
cum duobus, §. dãna. vel ẽt subita vis uẽto-
rum ignẽ lõgius ꝓduxit, vt fit sæpe qñ ꝗs
incendiũ mittit in stipulas ꝓ seminãdo, &
ille ꝗ ignẽ imposuit, oĩa q̃ oportuit, obser
uauit ne ignis lõgius procederet, ita ꝙ cul-
pa ei imputari nõ põt, ut ff. ad l. Aqui. l. ꝗ
occidit, §. in hac. tũc ẽt isto casu fortuito ca
sui ascribitur. Et isto casu qñ incendiũ fit
casu fortuito oĩ respũ est impunibile, nec
ẽt ad aliꝗ̃ emẽdationem tenetur ille in cu-
ius domo incendiũ habuit exordiũ, & sic
determinatus est quartus casus s̃. positus,
videlicet qñ incẽdiũ casu cõmissum est. fa-
cit l. pen. ff. de incẽ. rui. nau. & hoc vult Cy.
& Ia. de Are. in d. l. data opera, in fi. ubi aũt
p̃dicta cessarẽt casui fortuito nõ ascribeẽ, li
cet qñque dñs rei siue domus in qua incen
dium habuit exordiũ non teneaẽ ad emen-
10 dationẽ dãnũ passis. † Vnde pro huius rei
declaratione Sal. in d. cõs. & in d. l. q̃ fortui
tis, facit tria mẽbra. nã qñq; cõstat ꝙ pater
fa. dñs domus fuit cã incendij, qñq; cõstat
ꝙ aliquis habitator non dñs, vel paterfa-
mil. qñ dubitatur siue ignoratur quis fue-
rit causa dicti incendij. Primo casu non est
dubium, & ipse in cuius domo incẽdiũ ha-
buit initiũ teneẽ de damno ex incẽdio alte
ri dato, vt ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruũ, §.
si fornicarius, & §. si furnũ. An aũt ille ꝗ est
tertius in ordine possit ꝓpria authoritate
medias ædes vicini decidere pro suarũ tui-
tione. & dic ꝙ sic, ut l. si ꝗs fumo, §. j. & ibi
Flo. ff. ad Aquil. & l. 2. §. ꝙ ait prætor, ff. de
incen. rui. nau. quod intelligas uerum, si il-
la domus media oĩno erat comburenda,
aliàs destruẽs tenetur, ut est tex. ĩ l. si alius,
§. est aũt & alia, ff. ꝙ vi aut clam. ibi; æque
11 perituris ędibus. † Secũdo casu distinguit,
aut ille alius est de familia inhabitãtis, tũc
quædam gl. videtur tenere ꝙ dominus te-
neatur, vt no. gl. in l. ne quid, ff. de incẽ. rui.
nau. in prin. per tex. Inst. de obl. quę ex qua
si deli na. §. fi. sed illa gl. reprobatur ibi per
Bar. quia dominus domus, tũc de facto fa-
miliæ teneẽ, si familia deliquit officio seu
ministerio in cuius opera vtitur dominus,
vt ff. de pub. l. j. § familiæ. pro hoc videtur
casus in d. l. si vẽdita, ff. de per. & cõ. rei ven.
nam ibi de seruorum negligẽtia dominus
nõ tenetur, si debitam diligentiã adhibuit.
sed ille seruus, vel familiaris tenetur, vnde
dominus dãdo seruum pro noxa liberatur,
vt d. l. si vẽdita. vel si ille familiaris erat ho
mo liber, eo ipso ꝙ dñs uel paterfa. eum de
nunciet, & exhibet damnum passo, libera-
tus est, vt no. Bar. in simili, ĩ l. j. §. qđ nouis
sime, ff. de pub. & Bal. in l. obseruare, §. ꝓfi
cisci, in prin. ff. de offi. procon. & le. & vide
tex Bar. & Fl. in l. si seruus seruũ, §. Procu-
lus, ff. ad leg. Aquil. qđ no. quia semel uidi
de facto. Si uero fuerit prorsus extraneus
qui ignẽ immisit, quia non de familia, nec
de habitantibus in dicta domo, tunc vr̃ qđ
dñs domos ad emendam non teneaẽ, quia
culpæ suæ non põt ascribi, facit ff. loca. l. ꝗ
12 insulã, §. fin. † Tertio casu prin. qñ dubita-
tur à quo ignis fuerit immissus, & tunc vr̃
præ-

ADDITIO.

a ¶Non custodientis. *Adde an ignis p̃sumatur processisse culpa inhabitãtium & teneantur ad emendam damnorum, & uide Io de Ana. in cõs. 71. & Lud Bolog. in addi. & uide Bal. in consi. 13. in 1. uol. & in consi. 372. inci. quidam magister Grammatica. & in cons. 120. in 5. uol. Pe. de Anch. consi. 349. Cœp consi. 70. & Ang. consi. 197. & Alex. de Imo. in consil. in 1 uol. ubi plene quando sunt plures habitantes in domo. & ignis incœpit a parte inferiori, & uide etiã Ro. in consi. 400. ubi si erant duo habitantes eand ẽ domum, & ignis exortus sit, & nescitur a quo, ꝙ pp incertitudinẽ uterq; erit absoluendus. Ber.*

p̄ſumptione iuris p̄ſumi immiſſus ab habitantib. & eorum culpa factū incendium fuiſſe, ſiue fuerit vnus, ſiue plures, vt d.l.3. §.j.ff.de off.p̄f.vig.& ibi Doc. adeo ꝙ ſi nullus inhabitat, iſta p̄ſūptio ceſſat: aliquo āt inhabitante præſumptio eſt de aliquo ibi habitāte, ſed nō de certa ꝑſona ex eis, ſed đ incerta, & indeterminata ex illis, vt probat̄ in d.l.ſi vendita; veruntñ, niſi doceat̄ à qua ꝑſona inhabitantiū hoc ꝓceſſerit culpa patriſa. aſcribit̄, cuius imperio cęteri obediūt quaſi minorē diligētiā iuris p̄ſumptiōe adhibuerit, ꝗ̃ debuerit, hoc ꝓbat̄ in d.l.ſi vēdita, ꝗ̃ pondera ibi circa princ. videlicet, ibi rñdet &c. quia facit gñalem regulam præſump.ſ.ꝙ incēdiū ſine culpa patriſa. fieri nō p̄t, poſtea ab illa regulari, & gñali p̄ſumptione recedit in caſu certo, ſ.ſi conſtat ꝗs fecerit, & ſic cōſtat ꝙ paterf. oēm diligētiā reꝗſitā adhibuit, ita ꝙ culpę eius nihil poſſit ĩputari. Aduertendū tñ eſt ad intellectū d.l.3.§.plerunq;, ꝗa ꝑ illud verbū plerūq;, dat̄ intelligi regula in contrariū, qđ rl̃r nō p̄ſumit̄ negligentia, ſiue culpa inhabitātis, niſi probet̄, ꝙ circa ignem erat ſolitus verſari, & verſatus fuit, ita dicit tex. in d.l.ſi vēdita. aliàs aūt agens contra habitatem, niſi deducat, & probet negligētiam ſolitam, & ēt tꝑe incendij adhibitam, nō p̄ot de igne condemnari habitator. qđ no. ſingulariter. Et pro hoc facit, ꝙ culpæ patriſfa. incēdiū ortū in domo aſcribat̄, C.de peri.tu.l.ſi res pupillares, & ff.loc.l.qui inſulā, §.colonus, & d.l.capitalium, §. qui ob inimicitias, vñ cum incendium dicat̄ oriri apud patremfa. illius dom⁹, tunc eius negligētia dr̄ ortum. Et eſt rō, quia ad ipſum principaliter diligētia, & cuſtodia domus, & eorum, ꝗ in domo ſunt, ſpectat, & ſi alteri diligentiam, & cuſtodiā dimiſit in culpa fuit, ſi minus diligenti cōmiſit, iō de incendio ꝓueniente ex eius negligētia teneret̄, vt l.ſi ſeruus ſeruū, §.ſi fornicarius, ff.ad l.Aquil.& l.videam⁹. in prin.ff.loca.& Inſti.de obli. quæ ex quaſi delic.§.pe. Non ob.ꝙ quilibet præſumat̄ bonus & diligens, vt l.cum quidā, ff.de leg. 2. quia verum eſt quadam præſumptione gñali, cui derogatur per quandam præſumptionem iuris, vt ca.generi per ſpeciem, de reg.iur.in 6. præſumptio.n.ſpecialis, ꝙ minus diligens fuerit in cuſtodiendo ignem, colligit̄ ex incendio orto in ipſius domo, vt d.l.3.§.1. nam ibi dictio, plerunq;, facit regulā in p̄ſumptione, vt ff.de iure do.l.plerunq;, & iō paterfa. tenet̄ vicinis ad emendā damni, vt d.l.ſi ſeruus ſeruum, §.ꝗ inſulam, & §.ſi furnum, & d.l.capitaliū, §.ꝗ ob inimicitias, vide Bart. in l.j.in prin.ff.ad l. Rho.de iac. non aūt ad aliquam pęnam applicandam fiſco tenetur, vt ſ̄.dixi, quæ oīa no. Et ꝙ dñs domus in qua incępit incendium teneat̄, & eius culpa factū pręſumat̄, determinat ēt Ang. in ſuo conſi. quod inci. in qōne propoſita dubiū faciunt mihi plura. & ibi alleg. pro caſu. l.Imperatores, ff.de off.præfe.vig. vbi dñis domorum indicitur à lege ſub intimatione pœuæ, vt ſint ſolliciti, & attenti, ne in eorum domibus incendia committant̄: qui igitur non fuit ſolicitus & attētus nedū, ꝙ re⁹ ſit culpæ, ſed trāſgreſſor legis, qua ꝑꝑ meretur mori, vt in c. 2. de maio. & obed. & ĩ dubio p̄ſumitur in culpa, & negligētia, cū incēdia, vt plurimū culpa accidant, vt d.l.3.& d.l.ſi vendita.

AVG. Tu aūt in hac materia adde, ꝙ Bal. in l.ſi res, C.de peri.tut. dicit, ꝙ ignis ſemꝑ veniet culpa inhabitantiū, per l.3.ff.de offi.pręf.vig. & certe hæc eſt periculoſa deciſio, ꝙ ignis ſemꝑ dicatur eueniſſe culpa inhabitantium. Sed Doc. in l.ſi vendita, ff.de peri.& cōmo.rei vendi. maxime Fulg. non dñt affirmatiue, ꝙ culpa inhabitantiū ſemper veniat. Sed dicit, ꝙ in dubio præſumit̄ ꝙ culpa inhabitātium ſemꝑ eueniat: & iō ibi ꝗ̄rit, an in dubio p̄ſumatur, ꝙ culpa patriſfa. hoc euenerit, nā p̄ot eſſe, ꝙ culpa tertij, vel alterius ibi inhabitātis, vel fulgure, dicit tñ, ꝙ hoc dēt probari, & per quos ibi vide, & ideo Ang. in l. ſi quis ex argētarijs, §.pen.ff.de eden. dicit multum eleganter, ꝙ ſunt aliqui caſus qui non ſolent euenire niſi cum culpa, & exēplificat in caſu ignis. Nā dicit, ꝙ ille talis ꝗ cōburit aliꝗd ſi vult dicere, ꝙ non culpa ſua hoc euenerit, debet illud probare, quia pręſumptio culpę degenerat cōtra ipſum per l.creditori, C.de pig. act.cum ſi.& ſic volunt pręfati Doc. ꝙ iſta eſt præſumptio, ꝙ culpa inhabitātiū ignis euenerit, contra ꝗ̃ præſumptionem admittitur probatio in contrariū. Et ſcias, ꝙ Bal. multum eleganter docet in l.ſi creditor, C. de pig.act. qūo ꝓbat̄ culpā abeſſe in igne, & qūo inhabitātes ĩ domo ꝓbabunt ignē fuiſſe ſine culpa ipſorū. Nā dicit maxime

probando

ꝓbando ortũ,& principiũ ignis,ſ.vñ ignis habuit principiũ,puta ab hoſtiũ ĩcurſu,idẽ dicerẽ ſi ignis habuit ortũ in loco nõ cõſueto cõiter,ꝗa nõ potuit imputari,ꝙ nõ adhibuerint inhabitãtes eurã diligentẽ in igne cuſtodiẽdo ne ignis euagaret,& hoc eſt qđ voluit dicere Bal.in ꝓprijs terminis in l.j. C.depo.ꝑ ea q̃ hñr in l.ſi ſeruus ſeruũ, §.ſi fornicarius,ff.ad l. Aq.& ideo Bald.ibi voluit ꝙ ſi ignis eſt in loco,ꝙ de raro cõtingẽtibus ibi ſolet eſſe, tunc enumeratur caſui fortuito,quia eſt caſus inſolitus, & iõ non enumeratur culpę, vt ff.pro ſoc.l. cũ duob. §.dãna.& l.fiſtulas,§.ꝗ frumẽta, ff.de contrah.emp.Et iõ ſi vis defendere illũ ꝗ combuſſit domũ in qua habitat,videas probare ꝙ ignis habuit principiũ in loco vbi de facili ibi ignis nõ dẽbat adeſſe, quia hoc modo probaẽ culpa inhabitãtium non affuiſſe,& ita non fuerunt in neglıgẽtia,ꝙ ignis nõ euagaret,& certe iſta fuit ſnĩa Bal.in d. l.j.C.depoſi.dicit tñ Bal.in l.ſi creditor, C. de pig.ac.vnũ periculoſum verbũ, ꝙ ſi non apparet ꝙ incendiũ habuerit culpã à famulis hoſpitis,vel a forenſibus ibi inhabitantibus,vel ab ipſomet hoſpite,ꝙ tũc ſnĩa non põt ferri cõtra reũ tanq̃ res ſit dubia,ꝑ l.ſi vero,§.qđ ſi ex media,vbi tex.no.ff. de his ꝗ deic.vel eff.& dicit ꝙ de facto fuit ſemel
13 Bononię in hoſpitio Leonis.†Itẽ adde q̃ dixit in hac materia Sal.in l.ĩ iudicio, C.loc. vbi ipſe ẽt ibi q̃ſiuit multũ eleganter ad accuſandũ illos ꝗ inhabitãt domũ, ubi ignis fuit,qũo ꝓbabũt ſe nõ fuiſſe in culpa,imo diligentẽ diligentiã adhibuiſſe, & iõ ibi q̃rit,locaui Titio domum,regacinus eius tenuit minꝰ diligẽter lucernã in ſtabulo, ꝑꝑ quod domus eſt combuſta,q̃ritur an Titius teneatur ex locato.Et aduertas anteq̃ ulterius ꝓcedã ad decíſionẽ Sal.ꝙ iſtã q.ẽt tetigit s̃.in ꝓxi.addi.mea in hac ead.glo. dum diſputauit an conductor teneaẽ de culpa leui & leuiſſima, & iõ adde ẽt hic ea q̃ ibi dixi.Reuertẽdo ergo ad dicta Sal.in d.l. in iudicio,dicit Sal. ꝙ in hac q.vr̃ prius inueſtigandum, an ex facto vel culpa huius regacini,& tenet ꝙ ſic per ea q̃ dixit in d.l.quæ fortuitis.Scđo,an Titius tenendo talẽ regacinũ vel e committendo tale officium fuerit in culpa leui,an ſolum leuiſſima,quia ſi in leui,vr̃ teneri arg. eorum q̃ s̃.dicta ſunt, & ꝓ hoc accedit l.videamus,§.fi.l.ſeq.ff.loca.& l.ex conducto,§.fi.eo.ti. Poſtea quęrit ibi Sal.in d.l.in iudicio,ꝗd ſi ipſe cõductor domus minus diligenter ignẽ tenuit vel lucernã, dicit ꝙ ſi iſta minor diligentia cadit in leuiſſimã culpã,quia nõ tm̃ diligentiſſimus ꝓuidiſſet,& tũc nõ teneaẽ:aut cadit ĩ leuẽ culpam, quia non tm̃ diligentiſſimus, ſed ẽt quilibet diligẽs ꝓuidiſſet,& tunc teneaẽ,ut hic dicit,tñ ꝙ in dubio glo.fin. eſt notãda. Inſti.qui.mo. re cont.ob.§. p̃terea, dicit ꝙ culpa quæ præſumitur incendium p̃ceſſiſſe,iudicãda eſt leuiſſima,quæ gl.mẽti eſt tenenda,de qua gl. latiſſime ꝑ Sali.in l.ſi vendita,in fi.ff.de per.& com.rei ven.& ibi late examinat quid de conductore cuius domus eſt combuſta,qñ teneaẽ, ibi vide,& ibi ponit ꝙ ex his habemus,quid ſi habitatio gratis eſt conceſſa,vt tunc recipiens teneatur de leuiſſima culpa in minus cuſtodiendo diligenter adhibita, l. ſi ut certo,§. nunc videndum,ff.cõm. & quia hæc ẽt pendet ab illa cõcluſione,an aliquo caſu leuiſſima culpa ueniat in actione locati. Adde q̃ dixit Sal.in l.ſi nulla,C.de pig.ac. & in d.l. in iudicio.Et an in actione locati veniat leuiſſima culpa,uide Sal.in l.qđ Nerua. poſt Doc.ff.depoſi. Et in hac materia adde q̃ dixit Sal. in l. ſi vendita, ff.de peri.& com.rei uen.qui ẽt multa ibi dixit,ſ.ꝙ nõ eſt culpa tenere ignẽ in domo, ſ. quia eſt vnũ de elemẽtis,ſed tenere ignẽ magnũ & ĩmoderatũ eſt culpa,& ẽt vagãtem,& dicit ꝙ dr̃ immoderatum hr̃e trib. modis,re, loco, & tꝑe, re ex nimia quãtitate lignorũ ſuꝑ igne poſitorum,per ꝙ ignis fuit nimis eccesſiuus, ita ꝙ nimis in altũ flãmã extendat. Item culpa eſt iu loco,qñ in loco incongruo ignẽ tenet,& periculoſo ꝑꝑ tolerantias,vel ꝑꝑ ſeipſum,puta ſi ignis fiat in taxello,& ibi nulla ſit rola.Itẽ tꝑe quia flante vẽto ignẽ immiſit ſeu accẽſit in loco aperto,& ibi ponit qñ aliquis nõ tenet ignẽ uelatũ uel coopertũ,& ibi ẽt ponit qñ famulus uel fęmina ĩ coquina faciuat minus diligenter in cuſtodiendo ignẽ in coquina,vel ſi fuerunt diligentes, alter familiaris non deputatus ad coquinam diſcooperuit ignem, & poſtea bene cooperuit ignem,an paterfam.teneatur,& quid ſi hoſpes receptus in domo poſuit candelam, vel alius in loco periculoſo, quis tenetur ad iſtud dãnũ,& an paterfa.teneatur đ facto familiaris uel alterius,ibi vi

de eleganter, & an cõductor teneaẽ, & quid
de eo q domũ incensam conducebat, & qd
si incẽdiũ ab intra vel extra habuit ortũ, &
quid si vnus inhabitat in domo vel plures,
& quid si agitur l. Aq. Itẽ quid si mandato
magistratus vel alterius ꝑꝑ alias ædes libe
rãdas aliæ domus prosternuntur, quis tene
tur ad illud dãnũ, ibi vide Sal. in d. l. si vendi
ta. Et in hac materia incẽdij vide pulchrã li
mitationẽ Ro. in cõs. suo 401. Et in hac ma
teria incẽdij, adde Al. de Ros. in 2. par. stat.
14 q. 78. qui ponit statuto caueẽ † ꝙ dãnum
datum ꝑ incendiũ debeat emẽdari, domus
alicuius est cõbusta, ipse petit emendatio-
nem, nunquid teneaẽ ꝓbare ignem immis
sum, dicit ꝙ sic, licet non teneaẽ ꝓbare ne-
cessario certã personã, quę immiserit, ꝑ l. j.
§. si scribi, ff. ad Sil. & ibi Alb. de Ro. & ibi q̃
rit quid si vnus destruxit domũ suã, ꝑꝑ ꝙ
aliæ domus sunt saluatę, an illi quorũ do-
mus sunt saluatæ teneanẽ emendare, remit
tit ad no. ꝑ ipsum in l. j. ff. ad l. Rho. de iac.
& ibi ẽt ponit, si ignis est in domo mea, &
aliæ domus sunt cõbustæ, an tenear emẽda
re illud dãnum, & in 2. par. stat. q. 76. q̃rit, si
incẽdiũ oriaẽ casu fortuito, puta ꝑ fulgur,
an cõe teneaẽ emẽdare illud dãnũ, & cõclu
dit ꝙ nõ, & ita Paduę fuit determinatum,
ꝑꝑ quoddã incendium fulguris in Monta-
gnana, & 2. par. statu. q. 90. dicit multa alle
gãdo, ꝙ si statuto caueẽ, ꝙ cõe debeat emẽ-
dare dãnũ ꝑꝑ ignem, q ignis clã impositus
fuit, & in vna domo ignis clã ĩpositus est,
& vi uẽtorũ multæ alię domus postea com
bustę sunt, ꝙ illud incẽdiũ secutũ ex primo
incẽdio dr̃ clãdestinum incendium, vñ cõe
tenetur, & ibi ẽt ponit ꝑ statutũ, ꝙ oẽs de-
bẽt currere ad ignẽ extinguendũ, turba suꝑ
uenit & destruxit plures domos ne ignis lõ
gius euagareẽ, qs teneaẽ emendare hoc dã-
num, an vicinia vel ciuitas. Et de hoc qs te a
neaẽ emẽdare hoc dãnum domorum destru
ctarũ, vide Ang. in cõs. suo 196. ꝙ inci. incẽ
dium ortum in domo Titij Fab. & ibi vide
cuius culpa. Adde Al. de Ro. in 2. par. sta. q.
90. & 91. Et vide pulchrum cons. Pe. de An.
in cons. suo 349. ad excusationẽ conducto-
ris, vt non teneatur de incendio domus cõ
ductæ, & dixit Ro. in sing. primi anni, sing. a
37. ꝙ inci. si quis permiserit, qui dicit ꝙ si
quis fecit pactũ ꝙ nõ vult teneri de incẽdio
teneẽ si sua culpa sit siue per eius familiã.

15 *Statuto dicente, ꝙ villa teneatur custodire terri*
torium suum si ignis fuit immissus, & ignora-
tur a quo, de die uel de nocte, an villa teneatur
ad emendam.

15 ANG. † Sin aũt statuto cauetur ꝙ villa te
neaẽ custodire territorium suum, & ignis
fuit immissus, ignoraẽ aũt a quo de die vel
de nocte, an villa teneaẽ ad emẽdã, vide q̃ di
xi s̃. in gl. suꝑ verb. fama publi. &c. vers. 12.
circa prædicta quæritur &c. cum vers. seq.

AVG. Hic aliud non addo, quia late scri
psi in d. gl. fama publica p̃cedente. Et omni
no hic adde ea quæ dixi s̃. in ista ead. glo. s̃.
in addi. proxi. Pro nunc ista sufficiant. Se-
quitur alia gl. quæ est bona gl.

SVMMARIVM.

1 *Ludens cum falsis taxillis punitur pœna falsi.*
2 *Ludus in quo luditur pecunia vel alia res, quo*
modo sit prohibitus.
3 *Clericus quomodo passunt ludere ad scachos.*
4 *Clericus & lacis quando sit licitum ludere in i-*
stis ludus qui consistunt in ingenio.

M*ETTITORE de mali dati, tu non poi*
scãpare, io te ne pagarò & ipsum Titium)
1 No. ꝙ dr̃, ꝙ iste intromittebat & ludebat cũ
taxillis falsis, non ludens cum falsis taxillis
punitur pęna falsi, arg. l. arbitrio, §. de co
aũ, & quod ibi not. ff. de dolo. & ẽt tenetur
de furto, quia non efficitur dñs pecuniæ q̃
vicit, arg. l. falsus, in prin. ff. de fur. vel saltẽ
extra ordinem puniẽ, & pecuniam restituet,
qa turpitudo est solius vincentis, ita dicit
Bal. in rub. C. de cond. ob tur. cau. quia tene
tur crimine stellionatus cum certum crimi
nis nomen non sit, facit l. 2. ff. de cri. stel. Et
si velles hoc ꝓbare, vel ẽt ꝙ fama sit ꝙ lu-
serit, & vicerit tibi cum taxillis falsificatis, cõ-
potes ꝓbare ẽt ꝑ hoĩes barros & similis cõ-
ditionis & vitæ, qa in tali ludo nõ conuer-
santur homines bonæ famæ, vnde q̃uis fa-
ma prædicta *a* habeat exordium à personis
infamibus, & malis, isto tñ casu valet, ita di
c. t Sal. in l. ea quidem, C. qui accu. in mate-
ria famæ, in ver. ad 5. q. vnde & a quib. &c.
Et pro hoc optime facit quod no. Inno. in
c. cum

ADDITIO.

a ¶ Fama prędicta. *Adde tu & vide Ro. cõs. 371.*
vbi fama potest habere initium a maliuolis qua
est sufficiens ad purgationem inducẽdam, dum-
modo apud graues viros sit diuulgata. Ber.

cum I. & A. de re iu. in fi. vbi voluit ꝙ in cã inquisitionis, ẽt criminosi recipiant, cũ inquisitio nõ fiat nisi cõtra criminosos, ut
2 extra de acc. c. qualiter & qñ. † Secundo aduertas ꝙ oĩs ludus in quo luditur pecunia vel alia res, est ꝓhibitus, vt j. dicã, & nõ tm̃ ludus azardi sed ẽt alearum est ꝓhibitus, ẽt si cũ taxillis iustis & idoneis ludaẽ, vt est tex. in auth. alearũ vsus: & ibi no. C. de reli. & sum. fu. & in auth. interdicim⁹, C. de epi. & cle. & in corpore vnde sumitur, in auth. de san. episc. §. interdicimus, sic. n. ludus in quo perdiẽ pecunia, & versatur fortuna, vt in taxillis siue fortuna & industria, vt in aleis & chartis est prohibitus, vt no. gl. in l. j. ff. de alea. & ĩ l. si filiofamilias, §. 1. ff. qua. re. ac. nõ da. Ipse namq; ludus prohibitus est eo maxime, q͂a in ludis blasphematur Deus & eius sancti, vt d. auth. alearũ usus. Et p̃dicta ꝓcedunt qñ est talis ludus ĩ quo versaẽ fortuna & ingeniũ, siue hominis industria, vt in ludo alearũ, ut dixi. Si aũt esset ludus in quo uersaẽ tantummo ingeniũ siue hominis industria, vt in ludo scachorũ, tunc gl. in d. auth. interdicimus, uult ꝙ non tm̃ laicis, sed ẽt clericis talis ludus nõ sit ꝓhibitus, & idẽ uoluit gl. in c. qm̃, de vi. & ho. cle. ubi uult, ꝙ non tm̃ laici sed ẽt clerici possint ludere ad scachos. Sed Iaco. de Are. in l. si q͂s cũ sciret, ff. de usuca. ꝓ emp. & Pe. & Cy. in d. auth. interdicimus, dñt ꝙ laicus põt ludere ad ludum scachorum, nõ aũt clericus, qm̃ lud⁹ in clericis maxime ue-
a titus est, ne uacẽt à diuinis officijs. Sed magis uacarent à diuinis officijs ꝑ ꝑ ludũ scachorum, quia longius tp̃s requirit q̃̄ alius ludus, igiẽ dictus ludus ẽt clericis est prohibitus, sed ẽt bene nota, q͂a ẽt isto casu quo dixi ꝙ laici pñt ludere ad scachos vel alios ludos in quibus simpl̃r uersatur hominis ingenium, & sic ad ludum licitum aduertas, & tene menti ꝙ laici tñ ludere nõ pñt, nisi paruam quãtitatem pecunię, vt puta, nisi unum solidum ẽt si ludentes essent milites, doctores, siue diuites, ne ex tali ludo permisso grauẽ casum sustineant, q͂a possent isto ludo oĩa ludere, iste est casus in d. auth. alearum usus, uer. sed nemini per-
a mittim⁹, &c. aduertas q͂a ego intelligo ibi unum solidum, ẽm quod ll. appellant: uide licet quorum 72. faciunt unã librã auri, ut l. 2. C. de susce. & arc. li. 11. nõ tñ ruditer intelligo, ut pro omni uice, & ludo possit ludi unus solidus, sed ꝓ tota illa die qua duo adinuicem ludunt, non facto aliquo internallo, qm̃ pro toto dicto tp̃e dicitur unus ludus, & non plures, ut no. Bar. in l. interficiando, §. si infans, ff. de fur. aliàs autem si pro singula uice posset ludi unus solidus, posset sequi ꝙ grauem casum sentiret contra casum d. auth. facit l. nõ dubiũ. cum ibi no. per gl. & Doc. C. de legi. cogita tamen.

AVGV. Tu autem in hac materia, adde quantum ad primã conclusionẽ, ꝙ ille qui ludit cum falsis taxillis, teneaẽ indistincte pecuniam restituere, quia ista est uera conclusio tenet Io. An. & alij, maxime Imo. in c. clerici, extra de ui. & ho. cler. & S. Th. 2. 2. q. 32. & Pisanella in litera l, in uerbo, lud⁹, in uer. utrum q͂ fraudulenter ludit, & multa alle. Imo. in d. c. clerici. Sed quia d. Ang. hic allegãdo Bal. in ru. C. de cõd. ob tur. ca. dicit ꝙ teneẽ ẽt furti, ego credo ꝙ directo furti non teneẽ tanq̃̄ latro, ut possit furca suspendi. Sed teneatur saltẽ in hoc ut extra ordinem possit puniri aliqua pęna. & ideo Bal. ĩ d. rub. dixit, uel extraordinarie potest puniri, istã partem credo verã, sicut faciũt isti barri, qui dant alicui æs affirmãdo hoc esse aurum, nã hoc non est furtum proprie, sed contra tales põt agi tanq̃̄ contra dolosos, ut est casus in l. si id quod aurum, & ibi dixi, ff. de uer. ob. idem qñ isti barri sup pignorant æs pro auro, nam tenentur criẽ stellionatus, *a* ut est casus in l. j. §. fi. cũ glo. ff. de pig. act. ergo non est furtum, q͂a aliàs non esset crimen stellionatus, l. pe. ff. de cri. stel. Nec mirũ, q͂a in furto nullo mõ adesse põt animus, nec consensus dñi rei subtractæ, quia furtũ fit inuito dño, l. j. ff. de furt. Sed in istis barramẽtis aliqualiter inest animus, & cõsensus illius qui decipitur siue ludendo, siue pignorãdo, l. j. ff. de pig. act. Et ita aliàs rñdi semel cũ fuissem de isto casu interrogatus ab Illustris. Duce Ferrarię. Et ideo non mirum si Bal. in d. rub. per disiun ctiuam

ADDITIONES.

a ¶Stellionatus. *Adde tu & vide Oldr. in consil. 74. & de hac materia vide plene per do. Parid. de Neap. in suo tra. de ludo. & per Barb in cons. incip. inscribitur ni faller. quod est nu. 7. in 1. vol. Ber.*

ctiuā, vel locutus est dū dixi, vel extraordi-
narie punit̄ ille q cum falsis taxillis vicit.
Itē in quātum dictū est an clericis licitū est
ludere ad scachos, adde ꝙ Io. An. in c. cleri-
ci, vltra s̃. alle. tenuit ꝙ sic, & ēt ibi sequun-
tur Doc. maxime Abb. & Im. & ibi Abb. di-
cit ꝙ cōiter Doc. tenēt istā partē, ꝓ qua cō
clu. allego gl. affirmantē hoc in §. interdici
mus, in auth. de san. epi. & illa gl. nō loquit̄
ꝑ verbum forte, vt fecit gl. in d. auth. inter-
dicimus, C. de epi. & cle. Idem voluit Inn.
in c. lator, extra de ho. & Arc. in c. epi. 35. di.
& Odo. in d. auth. interdicimus, vt refert ibi
Alb. de Ro. & ibi Alb. dicit ꝙ Mar. Sil. tene
3 bat cōtrarium.† Ego nō recederē à cōi opi.
ꝙ imo clerici possint ludere ad scachos, &
ita dicit Ful. ĩ d. aut. interdicimus, C. de epi.
& cle. & dicit ꝙ aliq allegāt vnā gl. in cōtra
riū in c. clerici, & in c. qm̄, de vi. & ho. cle. &
ꝙ nunq̄ inuenit illā gl. nec ĩ hoc debemus
tenere opi. Vltram. Pe. Cy. Ia. de Are. & alio
rum. Limita tñ p̄dicta, nisi clericus luderet
ad scachos cā auaritiæ & cupiditatis. Ita di
cit Arc. ẜm Lau. in d. c. episcopis, 35. dist. se
quitur Imo. in d. c. clerici, in 9. col. qui dicit
ꝙ ēt isto casu laicis non esset ꝑmissus in fo
ro cōscientiæ, dicit tñ ꝙ ex quo ludus est in
se ꝑmissus, nō tenet̄ restituere victo, nec di
stribuere inter pauperes Christi. Sed vr̄ isto
casu ꝙ debeat agere pnīam de cupiditate,
& auaritia sua. Sed Abb. ibi est in contraria
opi. ꝙ saltem pauperib. sit id ꝙ vincit̄ ero-
gādum, cū cā cupiditatis & auaritię ludūt.
Et oīno adde d. Io. de Imo. in l. si quis cum
4 sciret, ff. de ver. ob.† optime loquentem qñ
clericis, & laicis sit licitum ludere in istis lu
dis, q consistunt in ingenio, & ibi ēt ponit
an sit restituendum, & quid in foro cōscien
tiæ, qñ luditur cā auaritiæ vel cupiditatis
in istis casibus, & quare ludus ad aleas sit ꝓ
hibitus, vide Old. in cons. suo 78. q allegat
Arch. in c. eps. 35. dist. Item adde quòd Ab-
bas in d. c. clerici, in pe. col. dicit, ꝙ licet sit
a ꝑmissum ludere ad scachos, *a* & ad alios lu
dos q cōsistunt in ingenio, tñ no licet lude
re in maxima quātitate, iuxta d. aut. alearū
vsus, voluit dicere ꝙ licet ludere usq; ad v-
nū aureum, vt dicit d. Ant. & si ultra aureū
vincitur, opus est restituere victo. Sed Imo.
in d. c. clerici, dicit vnū periculosū verbū in
6. col. ꝙ licet nō liceat de iure positiuo lude
re nisi vsq; ad vnum aureum in istis ludis
ꝑmissis in ingenio, tñ de cōsuetudine vr̄ de
rogatum illi legi, pro qua conclusione facit
quod dixit Bal. in d. l. alearum vsus, qui di-
xit ēt ꝙ vr̄ derogatum illi legi ꝑ consuetu-
dinem, & Sal. in d. l. alearum vsus, allegādo
S. T. & Ray. an aūt ludus tabularū seu azar
di sit ꝓhibitus quo ad hoc ut ludens tenea
tur restituere id ꝙ uicit, dicā j̃. in hac ead.
gl. dum tractabo materiā, qñ ludens & vin
cens tenet̄ restituere id qđ uincit. Et de ista
materia adde Doc. in c. inter dilectos, extra
de excessib. p̄l. maxime Mod. & Ang. in l. fi.
§. j. ff. quarum rer. actio non datur, dicit lu-
dum scachorum permissum esse, & an præ
dicta militent in foro cōtētioso uel in foro
poli, dic remissiue, vt j̃. dicam in ult. addit.

5 *Domus in qua luditur debet publicari.*
6 *Ludum tenens quam acriter puniatur.*
7 *Ludens non solum punitur, sed etiam particeps, et ideo si statuto imponitur pœna ludenti, comprehenditur etiam particeps seu socius.*
8 *Ludum tenens, quando possit impune offendi.*
9 *Ludere quomodo quis dicatur compelli.*
10 *Vidua & pupillus an puniatur pœna, quod domus eorum publicatur si in ista ludatur.*
11 *Statutū puniens ludentem, an puniat particip.*

5 ANG.† Et viso ꝙ ludus est ꝓhibitus, vi-
deamus quas pęnas patitur ludēs. Et primo
sciendum est ꝙ illa domus in qua luditur
dēt publicari, vt d. auth. alearū vsus, ibi, do-
mibus corū publicatis, quod forte debet in
telligi, nisi illa domus fuisset cuiusdā pupil
li, uel viduæ, ar. l. j. C. de fal. mo. & ibi hoc ĩ
simili vult Cy. & idē ĩ oī domo miserabilis
ꝑsonæ, ar. no. per Cy. in l. j. C. qñ imp. inter
pup. & uid. Et idem si dñs domus licet sit
maior, ignoret quod ibi ludatur, q a nō pu
blicatur, arg. no. per Sal. in l. 1. C. de fal. mo.
6 in fi.† Secundo sciendum est, & bene not. ꝙ
ille qui retinet ludū, acrius punitur, qm̄ si
ꝑcutiatur & verberetur, talis iniuria nō est
b puniēda, *b* nec ex tali iniuria nascitur actio
quan-

ADDITIONES.

a ¶Ad scachos. *Adde cū ludus nō est prohibitus, et clericus nō stat ĩ fraudibus, an ludēs incurrat irregularitatem, vide Cal. in ti. de acc. cōs. 7. B.*

b ¶Non est puniēda. *Adde quod hoc nō uidetur procedere in eo qui licitat baratariam, quia tūc facit iure permittente, ideo pęnam non meretur, l. Gracchus, C. de adul. Ber.*

qñcunq; & vbicũq; sibi facta fuerit, & sic
siue tp̃e quo luditur, siue alio tp̃e, siue in lo
co in quo luditur, & ipse ludum retinet, si-
ue alio tp̃e, ut sentit Bar. & est tex. in l. 1. in
prin. & §. j. ff. de alea. ibi, vbicunque & qñ-
cunque &c. Quod ego intelligo procedere
qñ alibi percutiatur q̃ in ludo dũmodo oc
casione ludi fuerit percussus, aliàs iniustũ
vr̃, qđ semper & oĩ tp̃e & oĩ loco impune
possit offendi, quin saltem iudex ex officio
suo possit percutientem punire, saltem ad
vindictam publicam vindicandã, ut l. non
solũ, §. q̃ q̃, ff. de iniu. & ibi Bar. Sed si occa-
sione ludi fuerit percussus ubicunq;, tunc
percussio est impunita, ꝙ est singulare. Itẽ
patitur alias pœnas, quia si de domo ĩ qua
luditur, tp̃e quo luditur fuerit aliquid fur-
to subtractum, siue à lusoribus, siue a quo-
cunque alio, nõ habet retinens ludũ actio-
nem, nõ tm̃ pœnalem furti, sed nec ad rei
persecutionem, ut est tex no. in d. l. j. §. j. ibi
impune fit. & ĩ §. ait p̃tor, ff. de alea. põt ẽt
mulctari arbitrio iudicis, qm̃ retinens lu-
dum cã est multorum malorum, s. blasph e
miæ, furtorum, depauperationũ, & homi-
cidij, vt d. auth. alearum, & docet experien
tia. Et põt ẽt poni in carcere & cõpedibus,
ut est tex. in l. j. §. fi. ff. de alea. Nec obst. ille
tex. qui dicit compulit ludere &c. & sic vr̃
contra illum tm̃ qui compulit, quia ego ge
neraliter intelligo, & quis satis dr̃ compel-
lere eo ipso, quod stat cum altari parato,
hoc est parat & p̃stat domum, & taxillos, &
scamnum ad ludendum, & lumina, tunc ẽt
suasionibus & istis illecebris, & alijs dr̃ cõ-
pellere iuuenes ad ludendũ, qui iuueniles
calores rafrenare nõ possunt, vt l. fi. §. filius
aũt, C. de bo. q̃ lib. sicut dicimus in materia
Macedoniani, ut l. j. & 3. & per totum, ff. ad
Mace. & ita acriter intelligo materiam, ut
homines abstineat a tali morbo, qm̃ alio
modo, nisi ut dixi, non compellũtur hoĩes
ludere inuiti, ergo aliàs dicta lex effectum
non haberet, ꝙ non est dicendum, ut l. si p̃-
tor. in prin. ff. de iudi. & d. l. j. §. fi. ff. de alea.
& põt intelligi in oĩbus alijs qui suasioni-
bus, blanditijs, & malitijs, inducunt hoĩes
ad ludendum, tunc isti tales dñr compelle
re, quia nisi fuissent isti, non tm̃ per iuue-
nes maximè luderetur, quantum luditur,
sicut dicimus de lenonib. q̃ nisi essent, adul
teriũ nõ ita sępius cõmitteretur, vt l. j. §. 2.
ff. de adul. tunc æquissimum esse arbitror,
ꝙ tales persuasores tanti mali possint mul
7 ctari, & in uinculis poni, ꝙ no. † Tertio ad-
uertas, quia nõ tm̃ ludens punietur, ut j̃. di
cã, sed & ipsius ludi particeps licet ipse nõ
ludat, ut est tex. in d. auth. interdicimus. Et
sic si statuto imponitur certa pęna ludẽti,
cõprehẽdet̃ ẽt a tali pęna particeps siue so-
cius in ludo, ut qñ unus ludit ꝑ se, & quo-
dam socio suo. ita dicit Gui. de Cu. & Bal. ĩ
d. auth. interdicimus. Nã particeps in ludo
dr̃ facere fraudem legi & statuto, qui ludit
per interpositã personã, ideo tenetur, arg.
no. in l. dubium, C. de legi. & l. pupillus, §.
per interpositam, ff. de autho. tut.

AVG. Itẽ in quãtũ tractatur in ista ma-
teria, hic tractatur quas pœnas patitur lu-
dens &c. si attenderemus ad malũ qđ facit
ipse ludẽs, multas dẽret pati pœnas ipse lu
dens. Nã reperio ꝙ Arc. in c. ep̃s, 35. di. po-
nit multa mala perpetrari per ipsos luso-
res. Et h. d. Ho. in sum. sua ĩ ti. de exce. p̃la.
versi. clericis uero. ut idẽ voluit Ho. in c. in
ter dilectos. extra de exces. p̃la. in lec. vbi di
xit, & cum taxillis ludendo crimina fiunt.
Diuinis spretis, vsura, rapina, scandala, vel
nugæ blasphemia siue faciẽdi furti, doctri
na, violentia, crimina falsi, & mortis cã, de
ceptio perditioq; tp̃is. Adde desideriũ cor-
ruptioq; iunctis p̃dictis adulatio, uitaque
turpis. Et iõ ludus appellat̃ crimen, ut est
tex. ĩ proœ. Digest. §. illud uero. & ibi Bar.
qui dixit, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ bannitus
ꝑꝑ crimen possit impune occidi, ꝙ si q is
occiditur qui fuerit bannitus ꝑꝑ ludum,
poterit impune occidi, & uide tex. in d. c. in
ter dilectos, & legitur ẽt in sacra scriptura,
ꝙ maxima pęna afficiuntur ludẽtes. Nam
Cyrillus scribit inter miracula Hierony-
mi, ꝙ fuerunt tres qui in tyro ludebant, &
in contemptum Hieronymi finẽ ludo non
imponentes terrę hiatu absorptos. Item re
fert Cyrillus aliũ ludentẽ fulmine ilico ꝑ-
cussum fuisse. Itẽ & refert alium q̃ delecta
batur in ludo Ruffum noĩe dãnatum fuis
se. Item adde ꝙ & lex ciuilis afficit ipsum
alijs pœnis. Nã lex p̃sumit ipsum ludẽtem
dilapidatorẽ bonorũ suorũ, & ita lex p̃su-
mit ipsum vti male substãtia sua. ita dixit
Bal. in auth. ꝙ locũ, C. de coll. in fi. ꝙ bene
no. ad materiã l. ubi adhuc, C. de iu. do. cũ
si. Itẽ adde ꝙ ualeret statutum in pœnã il-

lius qui tenet ludũ in domo sua, ꝙ domus
vbi luditur cõburetur, ita p̃supponit Bal. ĩ
l. cũ ꝓponas, C. de nau. fæ. Et dicit ibi Bal.
ꝙ isto casu supellectilia, q̃ sunt ĩ domo nõ
deberent comburi. Limita tñ nisi essent in-
strã, & supellectilia apta ad ludũ, ut scãnũ
super quo luditur, & similia. ita dicit Bal.
8 in d. l. cum proponas, qđ no. † item adde, ꝙ
in quãtũ dictũ est sup. ꝙ ille q̄ est aleator,
& tenet baratariã siue ludũ in domo, ꝙ in-
cidit in illas pœnas, de quib. sup. s. q̄a põt
verberari & iniuriari, & furari, intelligo de
illo qui cã emolumenti, & lucri tenet lu-
dũ in domo. Ista est gl. no. in l. 1. in prin. ff.
de alea. in una gl. paruula ibi. Secus ergo es
set qñ unus nobilis nõ cã emolumẽti tene
ret ludũ in domo, sed cã recreationis, sicut
fit in domib. aliquorũ nobiliũ, & aliorũ in
quib. nõ cadit p̃sumptio, ꝙ cã emolumen-
ti, & lucri principl̃r faciant. Et istã sñiam
affirmauit Azo ĩ rub. C. de reli. & sum. fun.
in fi. s. ꝙ cã emolumenti opus est ꝙ aleator
teneat ludũ in domo, ad hoc ut incidat in
illas pęnas, & ibi Azo dicit qđ illa regula
q̃ dicit, ꝙ aleator põt ubicunque iniuriari,
hoc uerum dicit qñ causa ludi iniuriaret̃,
ut quia dedit malos dados, vel malum ui-
tium, aliàs non põt iniuriari, quia iniuriãs
9 teneretur. † Itẽ adde ꝙ in duantum d. Ang.
hic dicit, qđ ille qui compellit aliũ ad lu-
dẽdum, incidit in pęnã, de qua sup. & satis
dr̃ compellere, qñ uerbis solis ẽt inuitat ali
quẽ ad ludẽdũ, & ita allicit tenẽdo ẽt ludũ
in domo. Addatis ꝙ pro hac cõclusione vr̃
tex. in l. j. C. de rap. uir. ubi cum uerbis blã-
dis dr̃ quis ẽt facere raptum, qui fit cũ uio-
lentia aliqua, sed certe teneo contrariũ. Et
hanc doctrinã non teneo tanq̃ nimis rigo-
rosam, quia tex. in d. l. j. ff. de alea. vr̃ comp̃-
hendere uim, maxime tex. in d. l solent. in
prin. ff. de alea. Vñ cum illę leges sint pęna
les, nõ dẽnt extẽdi, in regula odia. de re. iu.
Nec ob. tex. in l. j. C. de rap. vir. quia ibi est
speciale odio raptoris, sicut alia sũt specia-
lia ibi, vñ nõ deberemus extẽdere unũ ca-
10 sum ad alium. † Itẽ in quantũ dictum est,
ꝙ pupillus, & uidua nõ comp̃hẽdunt̃, ut si
ludat̃ in domo ipsorum, nõ incidunt in il-
las pęnas, de quib. sup. per l. j. C. de fal. mo.
Addatis ꝙ hoc falsum est, si intellexerimꝰ
in pupillo qui est doli capax, & proximus
pubertati, ꝑ ea q̃ tradidit ĩ l. j. ff. de uer. ob.
& ꝑ l. impuberẽ, ff. de fur. ꝑ c. j. extra de de
li. puer. l. pupillus, ff. de re iu. Pręterea tex. ĩ
d. l. j. super quo se fundat, loq̄tur in impu-
bere, qui ꝙ uidit ignorat, & sic loq̄t̃ in in-
fante. Quinimo nec ẽt uidua excusaret̃, nisi
& ipsa esset ignorãs, secus si sciens, ut hr̃ in
d. l. j. Pręterea ĩ uidua nulla est spãlitas, q̄a
nõ connumerat̃ inter miserabiles ꝑsonas,
nisi qñ eẽt pauꝑ, vel ei denegaret̃ iustitia,
ut no. Cano. post Io. And. in c. ex tenore, de
fo. cõp. Alia aũt pœna afficitur ludẽs, q̄a si
clericus est, & ludat, deponẽdus est, nisi de-
sistat, c. clericũ, 45. dist. c. epis. 35. di. hr̃ in c.
clerici. de vi. & hon. cler. Quinimo non dẽt
ad ordinem ꝓmoueri qui ludis tꝑibus de-
11 seruit. 33. di. c. maritum. † Item ultimò di-
cit d. Ang. hic, ꝙ si statutũ punit ludẽtẽ, pu
nit ẽt participem, i. qui facit ludere ꝑ aliũ,
Alle. Bal. & Guil. de Cu. ubi s. Aduertas tu,
& adde ꝙ Bal. & Guil. de Cu. ampliꝰ loquũ
tur, s. ꝙ statutum tale p̃nit nedum partici
pes, sed ẽt inspectores, qui uident ludere il
los qui ludunt ad ludum prohibitũ. Sed ad
datis qđ Al. de Ros. in auth. interdicimus,
C. de epi. & cle. facit mẽtionem q̃no Vber.
de Bob. expresse tenebat cõtrarium, quod
imo tale statutũ nõ comp̃hendit participẽ
nec inspectorem. & ita affirmauit Albe. de
Ros. in d. auth. interdicimus. & idem dixit
in 2. parte statutorum, q. 115. quæ inci. q̄d
si statuto cauetur, ꝙ ludẽtes ad taxillos pu
niantur in decem, qui dicit, ꝙ imo tex. ĩ d.
auth. interdicimus, uult contrariũ, quia ibi
inspectores ponunt̃ diuersi à lusoribus. Et
idem dicit in eo qui iurauit nõ ludere, q̄a
si supersit ludo, nõ est periurus, q̄a statuta
sunt pęnalia, & stricti iuris, ideo ad ꝑsonas
nõ ludentes nõ extenduntur, per l. si ita sti
pulatus, §. Chrysogonus, ff. de ver. obl. Sed
aduerte, quia Raph. Ful. in d. auth. interdi-
cimus, mirat̃ de ista cõtrouersia, inter Vb.
de Bob. & Guil. de Cu. qui vñr contrariari
in una eademq; scientia. Et certe mirandũ
est, ꝙ in una eademq; lege Doct. sint varij,
& sint diuersæ opi. & in una eademque le
ge unus sumat arg. ꝙ sic, alter sumat argu
mentũ ꝙ non, & iõ scientia nr̃a est pericu-
losa, difficilis, & mirabilis, & iõ tot capita
tot sñiæ. Et mihi placẽt Doctores qui dele
ctantur hẽre diuersos libros, & doctores in
studio, & iõ dicit Ful. ꝙ vidit de facto hoc
esse uerum, quod ille qui dat pecuniam al-
teri

teri,vt ludat,est periur⁹, sicut ipse luderet,
quia particeps,& hoc modo vera est senten
tia Guil.de Cu. Secus in inspectore, qui vi-
dit ludere, quia in hoc videtur verior sen-
tentia Vber.de Bob.& isti sententiæ inhæ-
reo tanquam æquiori.

12 *Contractus celebrati inter ludentes ludo prohi-*
bito omnes sunt nulli,nec uendens tenetur de eui
ctione.
13 *Ludo prohibito uincens, an dicatur habere titu*
lo lucratiuo.
14 *Ludens ludo prohibito, an teneatur satisfacere*
mutuantibus sibi in ludo.
15 *Ludenti si tertius mutuet pecuniam, an repete-*
re possit.
16 *Ludens mutuans collusori, si postea ex interual*
lo ille qui pecuniã mutuo accepit, promittat per
stipulationẽ illã pecuniam restituturum, pote-
rit pecuniam mutuatam repetere.

12 ANG.† Quarto aduertas, ꝙ omnis con-
tractus celebratus inter ludentes ad inuicẽ,
non tenet, vnde si ego ludens tecum in lu-
do vendo vestem, talis contractus non va-
let,vt no.Bar.in l.si quis cum sciret,in fi.ff.
de vsuca. pro emp.nec vẽdens in ludo tene-
tur de euictione,vt est tex.in l.si filiofa.§.j.
13 ff.qua.re.ac.non da.† Quæro,an vincẽs in
ludo prohibito & illicito, dicatur hr̃e titu-
lum lucratiuum. & vr̃ quod non, vt l.si pa-
ter,C.de inoff.test.in cõtrarium est verum,
quia ꝗcquid habetur ex maleficio, dicitur
ex titulo lucratiuo,vt ff.de do.excep.l.apud
Celsum,§.de autore, & ideo filij pñt reuo-
care vsq; ad eorum legitimam,quod pater
eorum in ludo prædicto perdidit, secus si
fuisset ludus licitus,vt l.in executione,§.fi.
ff.de ver.obl.ita dicit Bal.in l.j.in fi.C.si ꝗd
14 in frau.patr. qđ tene menti. †Quinto sciẽ-
dum est, ꝙ si ludens mecum mutuet mihi
pecuniam,vt luderem secum, vel ille qui te
net ludum, aliquã quantitatẽ pecuniæ mu
tuauerit lusoribus,quod tale mutuum repe
ti non põt,vt est gl.ordi.in l.j.in prin. & in
l.fi.in gl.super ver.accepit pecuniã, ff.de a-
lea.Secus aũt si ab alio, vt est gl.in d.ver.ac
cipit pecuniã &c. quod forte verum est,qñ
talis qui mutuat ignorat, an ille ludere ve-
lit vel nõ, nã si mutuum fit illi quẽ scio vel
le ludere,& lusit postea,& pecuniã ꝑdidit,
licet ego nõ ludã secum, vr̃ ꝙ ego repetere
nõ possum,vt l.verũ,§.pe.ff.de min.nec di-
cas,ꝙ ibi loquatur in minore, vt ẽt loquiẽ
l.si vero non remunerandi.§.adolescens,ff.
mand.qñ rñdeo,ꝙ d.l.verũ,§.pe. loquiẽ ẽt
in minore,ꝗ minor est priuilegiat⁹, & mu-
tuat minori priuilegiato, & tñ licet ibi sint
in pari priuilegio,potior est conditio illius
qui pecuniã ꝑdidit,facit ꝙ no.Bar.in d.l.si
quis cũ sciret.Et p̃dicta procedunt,qñ ludiẽ
in ludis,vt s̃.ꝓhibitis.Si aũt ludatur in lu-
do in quo virtus ostendiẽ,ut in saltando,&
in currendo, & qui longius proiecerit vnũ
iaculum,& similia, tunc talis ludus est per
missus,& pecunia quæ perditur, nec aliud,
vincenti acquiritur, vt no.gl.in l.in execu-
tione,§.fi.& ibi Doct. ff.de verb.obli.& est
tex. in l.2.& 3.& pe.ff.de aleat.

AVG.Itẽ adde,ꝙ verũ est,ꝙ cõtract⁹ fa-
ctus cũ lusore nõ valet nec tenet, & nec te-
netur de euict.Adde,& dic,ꝙ hoc verũ,siue
loquamur de ludo ꝓhibito, siue ꝑmisso,ut
põt colligi ex dictis gl.& Bar. sed melius ꝑ
Ang.in d.l.fi.§.j.ff.quar.re.ac.nõ da. Et põ
dera,ꝙ Ang.ibi vult, ꝙ nec vendens teneaẽ
actione ex empto ad restitutionem precij
illi emptori collusori à quo res est euicta,
ꝗa dicit,ꝙ ille qui perdit p̃cium, nõ est fa-
ctus locupletior,s.ipse vẽditor, uoluit ergo
Ang. ibi secus esse si vendens nõ ꝑdidisset
p̃cium, ꝗa licet de euictione nõ tenereẽ, tñ
ad restitutionem p̃cij,per l.ex emp. Et istã
partem credo verã, & vide aliꝗd per Imo.
in d.l.si quis cũ sciret. & per Doc.in l.si ꝗs
cũ dotẽ,§.j.ff.sol.mat.& ibi dixi,& per Ca-
no.ĩ d.c.clerici.Adde tñ,ꝙ si recte põderenẽ
verba Bar.& gl.ĩn d.l.fi.§.j.in fi.ff.quar.re.
act.non da.non vñr velle,ꝙ in ludo permis
so p̃dicta ꝓcedant,quia põt agi de euictio-
ne,ergo cõtract⁹ tenet.nec mirũ,ꝗa si in lu
do ꝑmisso possum vincere tibi res ꝓprias,
quare nõ potes mihi vẽdere rẽ tuã.Nec ob.
ꝙ vltra vnũ aureũ non licet ludere ẽt in lu
do ꝑmisso, ꝗa hodie per consuetudinẽ est
abrogatũ illi auth.alearũ vsus,in hoc,vt di
xi s̃.in prima additio.mea, in ista gl.dũ tra
ctaui materiã scachorũ,an liceat ludere vl-
15 tra vnũ aureũ,cogita ꝓ nunc.† Item adde
ĩ illa materia,an mutuãs ludẽti possit repe
tere,ꝗcꝗd dixerit d.Ang.s̃. ꝙ si vnus terti⁹
ꝗ nõ ludit,mutuat pecuniã ludẽti,ꝙ daẽ re
petitio.ista est sñia Azo. in sum. de reli.&
sump.fun.& Abb.in d.c.clerici. & affirmat
Sal.in d.auth.alearũ usus. & est sñia Imo.ĩ
c.clerici,extra de vita,& honest.cler. & di-

cit

cit Io. An. ibi hoc voluisse, & idẽ affirmauit Im. in l. si quis cũ sciret, ff. de vsuc. ꝓ empt. dic imo rł'r, quod mutuatur in ludo repetitur. Fallit in quatuor casibus. Primus nisi mutuans sit collusor. Secundus nisi sit aleator. Tertius si mutuatur minori ludenti. Quartus si sibi bonis est interdictũ, & dicit ꝙ ista opinio obseruatur in practica, & hoc teneo quicquid dixerit Io. And. in rub. ext. de obl. & sol. in addi. Spe. in prin. qui distinguebat ẜm qđ dixit d. Ang. hic, an mutuãs sciebat illum ludere, vel nõ. Primo casu nõ daẽ repetitio. Scđo sic, q̃ doctri. cõfunditur per doctr. Bar. in d. l. si quis cum sciret, quia ludens possibile est, ꝙ vincat. Sed adde vni-
16 cam mirabilẽ lĩtationem in hac† materia, quia si pecunia mutuaretur ẽt ĩ casu in quo non datur repetitio, puta quia inter collusores pecunia est mutuata, tñ si postea ex ĩteruallo ille qui accipit pecuniam mutuo promittat per stipulationẽ se illã pecuniã restituturum, vel accipit ꝑceptũ inconfessum corã iudice, põt tũc illa pecunia repeti. mirabilis est decisio Alb. Galeo. ĩ l. solẽt, §. j. ff. de aleat. q̃ reassumit, & magnificat, & sequiẽ Io. An. in addi. Spe. per bonam rõnem in d. rub. de obli. & sol. Adde ẽt, quòd Imo. in d. c. clerici: dum tractat istã materiã vr̃ decidere, an ẽt prędicta hẽant locũ inter collusores in ludo permisso inuicẽ pecuniã mutuantes, & maxime, vt j. dicetur. Hodie de consuetudine vr̃ derogatũ illi auth. alearum vsus. & hodie de cõsuetudine pecunia non restituitur q̃ perditur in ludo reprobato, per d. auth. alearum usus, & in fine istarũ conclusionũ dicit, ꝙ licet de consuetudine hodie in oĩ ludo pecunia deperdita non restituaẽ, & sic vr̃ ꝙ licitum sit hodie ludere indistincte, tñ in practica seruatur illa opinio, ut mutuãs possit repetere. Sed fallit in illis quatuor casibus, & sic sentit, ꝙ in ludo ẽt ꝑmisso ẽt per cõsuetudinẽ mutuans collusori nõ põt repetere. Sed aduerte, vt s̃. dixi, si hodie contractus factus inter collusores in ludo licito ualeret, idẽ dẽret posse dici mutuũ tenere, & dareẽ repetitio, cogita.

17 *Ludere etiam in ludis uetitis, licitum est aliquid uescendi causa.*

17 ANG. †Et tene menti, quia etiam in ludis vetitis, vt in taxillis permissum est, vt aliquid ludaẽ vescendi causa, ut puta quando scholares inter se causa solatij ludũt ad aleas unum ædum, uel unum par caponũ, vt est tex. in l. fi. ff. de aleat.

AVG. Tu adde ꝙ Flor. dicit, ꝙ d. l. qđ in conuiuio. non hẽt locũ in clericis, quia non licet clericis facere conuiuia, quia debent quotidie clerici esurire, ut no. in c. à crapula, extra de vi. & ho. cle. c. nõ oportet, 44. di. Sed aduerte, quia ille tex. loquitur etiam in laicis, nisi dicamus, ꝙ si fiunt ꝑꝑ luxuriã, uel lasciuiã, non valeret tã laicis q̃ clericis, & hoc tene quo ad forũ conscientię, sed iure fori bene ualeret, & teneret contra Flor. tã in laicis q̃ in clericis, & si luderẽt ꝑꝑ lasciuiã, tenerenẽ facere pęnitentiã, ar. not. ꝑ Io. de Imo. in d. c. clerici. & per ea q̃ s̃. dixi. & uide omnino Abb. in ista materia ad ueritatem permissorum, qui no. loquitur in d. c. clerici, ĩ pe. col. melius per d. An. de Bu. in c. inter dilectos, extra de exces. præl.

18 *Ludentium pęna ludo prohibito quæ sit.*
19 *Ludens ludo prohibito si nolit repetere, uel negligens sit qui possint repetere.*
20 *Ludens vincẽs & perdens potest puniri arbitrio iudicis de hoc inquirentis*
21 *Statuto concedente arbitrium officiali contra ludentes ad ludum azardi, an poterit officialis omnia bona ludentium confiscare.*
22 *Ludens ludo permisso et uincẽs, an possit ab eo repeti in foro contentioso.*
23 *Ludens ludo reprobato & uincens, an debeat restituere.*

18 ANG. †Quæro, quæ sit pęna ludentium ad ludos prohibitos? dic ꝙ illud ꝙ vicerũt, coguntur restituere, & contra tales ludẽtes, & vincentes, põt agi ad restitutionẽ eius ꝙ uicerunt, & cũ bonis non tm̃ falsis taxillis vsq; ad quinquaginta annos, ut est tex. ĩ d. auth. alearum usus: ibi sed solutum reddaẽ &c. & ibi non ob. nisi quinquaginta annorum &c. Secundo ꝙ si uicerunt, & de victis fidẽ habuerunt, tũc de tali ludo actionẽ nõ consequenẽ, nec uincenti contra uictum dabiẽ actio, ut d. auth. ibi, nulla sequaẽ cõdẽnatio. Et est aduertẽdũ, ꝙ si filius vel seruus in tali ludo uicerit nõ tm̃ ipsi ad restitutionem rei uictæ tenẽtur, sed ẽt eorum pater, uel dominus peculiotenus teneretur, ut est
19 tex. in d. l. fi. ff. de aleat. †Et no. ꝙ si ille qui perdidit in ludo vetito, non uellet repetere uel negligens esset ad repetendum ꝙ perdidit, tñ episcopus loci, uel fisci procu. potest repetere, & quando ignoraẽ cui uictum sit, expen-

expendetur in piam cām, vel opus publicū
qđ auferṫur vincenti in ludo, vt d.aut.ibi.
in opus publicum conuertatur &c.qñ autē
scitur cui victum est, illi victo restituetur,
vt ibi hr̄, & ibi no.Bal.an aūt quod in ludo
perditur possit repeti: vide qđ no.gl. & ibi
20 Ant.de But.in c.pe.de vi.& hon.cler.†Vlti
mo scias, ꝙ ille qui vicit, & ille qui lusit, po
test arbitrio iudicis inquirentis de hoc pu-
niri, ẜm personarū & delicti qualitatē, siue
in publico, siue in priuato ludatur, nec lici-
tū est ludere in specie, nec in gn̄e, vt est tex.
d.auth.alearū vsus, ibi, neq; in publicis, &
ibi, neq; in specie, neq; ī gn̄e, ibi, puniri &c.
& talis inquisitio ꝙ nō ludatur ne blasphe
metur, potest fieri per ep̄m loci & iudicem
secularem, vt d.auth.ibi, ep̄is locorum &c.
21 †Tene tñ menti, ꝙ si per statutū concedat
arbitrium officiali contra ludentes ad ludū
azardi, nō poterit virtute talis arbitrij oīa
bona ludentiū confiscare, quia arbitriū in-
telligitur ẜm dignitatē eius cui cōceditur,
vt l.plenū, §.equitij, ff.de vsu.& hab.supple
tu & qualitatē delictorū, ita dicit Bal.in l.j.
C.ne sine ius.prin.no. ꝗa vt plurimū ꝓ sta-
tuta dat̄ arbitriū officialib.contra ludētes.
AVG. Tu aūt in hac materia adde, quia
hic intendo tractare materia, qñ id qđ per-
ditur in ludo possit repeti: & in oībus casi-
bus, & materia est amplissima, & quid ī lu
do permisso, & quid in prohibito, & quid
in foro contētioso, & quid in foro poli, &
conscientiæ, & quia Doct.inculcant casus:
quia casum quē debent ponere in foro po-
li, & conscientiæ, ponunt in foro contentio
so & econtra: ideo hic latius me extendā q̃
Doct.scripserint. Et primo scias, quia mate
ria est amplissima, & primo tāgitur ista ma
teria per gl.in l.fi.ff.de alea.& per glo.in c.
clerici, extra de vi.& hon.cler. & ibi per Io.
And.Io.Cal.Ant.de But. per Abb. & latius
per Imo.& per Bal.in rubr. C.de condi. ob
tur.cau.& per Imo.latissime in l.si quis cū
sciret, ff.de vsuc.pro emp.& ꝓ Inn.Io.And.
Ant.de But.& alios in c.quia pleriq;, extra
de immu.eccl.& per gl.in c.j.35.dist. & ibi
latissime per Domi. de S.Ge. qui notanter
loquitur, & per Bal.in rub.ff.de alea. & per
Bal.in quodam consil.suo, de quo ipsemet
Bal.facit mentionē in d.aut.alearum vsus,
per Host in sum.sta de exces.prel.§.vnico,
ver.clericus, seu sub §. clericus autē & per
eundē Host.in sum.de pę.§.j. & ibi per bea
tum Tho.in 2.2.q.32.& per Mod.in c.inter
dilectos, extra de exces.præla.Sal.in d.auth.
alearum vsus, & S.Bernardinus ponit ma-
teriam in suo opusc.de restitut.& usuris, &
per Pisanellam in litera l, in uerbo, ludus,
& per Ray.in sum.in 2.par.in fi.quem etiā
tenet Sal.in d.auth.alearum usus, & Mod.
in d.c.clerici, & Mod.in aliquibus tractatib.
de ludo.Sed aduerte, quia non reperio ali-
quē posuisse materiā, nisi Imo.in d.c.cleri-
22 ci.& in d.l.si quis cum sciret. † Et ideo pri
mo q̄ro, an id qđ vincitur in ludo permisso
in foro contētioso possit repeti. Et hr̄ in d.
auth.alearū usus, ꝙ non, quia ludus est per
missus, & no.Inn.& Abb.in d.c.clerici. Te-
ne tñ menti, ꝙ si luderetur maxima quanti
tate in ludo ꝓmisso, posset peti restitutio,
vt s̄. dixi in alia materia scachorū, sed hoc
est derogatū per cōsuetudinem, ut ibi dixi.
quia ēt in maxima quantitate posset ludi,
& sic non veniret restitutio in foro conten
tioso. Limito tñ p̄dicta, nisi luderetur cum
falsis taxillis, vel cū illo qui non hēt admi-
nistrationē rerū suarū: quia filiusfam. uel
monachus, quia tunc ex parte ludentis qui
non habet legitimā personam lusoris, ꝗa
filiusfami. vel quia dolosè cū falsis taxillis
ludit, nō est bonus ludus, daretur restitutio
per dicta ꝓ Bal.in rub.C. de cond.ob turp.
cau.& per dicta Doct.in d.c. clerici, si ergo
in foro contentioso ista venirent restituen
da, multo magis in foro conscientiæ, quia
iste qui vicit, vicit lege non permittente.
Si aūt ista cessarent, & quis vinceret in lu-
do permisso cā auaritiæ, vel blasphemaret
ludendo, an iueniat in restitutione, non
reperio quod de iure positiuo iste talis de-
beat restituere ista: sed in foro conscientiæ,
an ista ueniant in restitutione, uide qđ di-
xi sup.in materia scachorum in addi.meis,
quia Imo.vult ꝙ nō debet restitui, sed suffi
cit agere pn̄iam de auaritia uel blasphe-
mia.Sed Abb.dicit, ꝙ pauperibus est erogā
dum.Sed opi.Abb. tutior est per ea q̄ dixit
Ant.de But.in d.c.quia pleriq;, & quia dixi
hic cū falsis taxillis & sic ludus nō esset ꝓ-
missus, loquor ego qñ consuetudo faceret
ludum taxillorum permissum, idem dico si
luderetur cū falsis chartis, uel socius intelli
geret se cū alio socio in ludendo, tunc ubi
sit fraus in ludo permisso, semper uenit re-
stituito

ſtituito de iure contentioſo, & de iure poli
23 per prædicta.†Si aũt ludus eſt reprobatus
vt taxillorũ,& alearũ,an vincens debeat re-
ſtituere. omnes Doct. indiſtincte videntur
approbare gl.in l.ſi.ff.de alea.quod ſic, ſ.ꝙ
id debet reſtitui. Sed aduerte,quia Imo.in
d.c.clerici,in d.l.ſi quis cum ſciret, dicit ꝙ
hodie eſt abrogatũ per cõſuetudinẽ illi le-
gi,quia qđ perditur non reſtituitur,allegat
S.Tho.ita voluiſſe,d.Card.& D.Pet.& Ioã.
Cald.& Io.And.in d.c.clerici, & idẽ vr̃ vel-
le Sal.in d.auth.alearum uſus. Limito tñ
prædicta,niſi ille vinceret filiumfamili.vel
monachum,vel minorem,vel ſimiles perſo
nas cum taxillis falſi, per ea quæ dixit Sal.
in d.l.alearum vſus.& per Imo.in locis pręalleg.
An autẽ in foro conſcientiæ prędicta
militent,vide longã diſtinctionem Imo. in
d.c.clerici,ꝗ omnes allegat,& in d.l.ſi quis
cum ſciret,licet Card.& Io.Cald.& Salic.&
Inn.in locis ſ.alle.multa dicant & diuerſa.
Dicit tñ Cald.in d.c.clerici,in addi.ſuis, ꝙ
ſi qui ignarus ludi luderet cum illo ꝗ eſſet
magnus magiſter aleæ & ludi & taxillorũ,
tunc indiſtincte ille vincẽs tenetur reſtitue
re,ex quo vr̃ dolo verſatus ludẽdo cum illo
ignaro,quam ſñiam credo militare de iure
poli,non contentioſo in loco vbi ludus per
cõſuetudinẽ eſſet permiſſus.Adde ẽt ꝙ etiã
id quod vincitur in ludo reprobato non ue
nit in reſtitutione,vbi ille qui vincit erat in
maxima neceſſitate, & ratio eſt,quia tẽpo-
re neceſſitatis poſſum furari aliqd,c.ſi quis
pro neceſſitate,de fur.Hæc eſt ſñia Richar.
in 4.diſt.15.art.5.q 4. hæc tamen intelligo
in foro conſcientiæ,ſed in foro contentio-
ſo ſi ludus eſſet reprobatus etiam contra e-
xiſtentem in maxima neceſſitate,daretur re
petitio,per d.auth.alearum vſus.
24 *Stante statuto quod ludens ad azardum punia-*
tur tanta pęna,ſi aliquis luſit cum pluribus, & pluries uno die vicit et perdidit an dicatur vnus ludus vel plures, & ſic an dicatur vnum delictum uel plura.
25 *Ludens,vt ſupra in uerſ.praecd.quando dicatur committere vnum delictum uel plura.*
24 ANG.† Quæro ſi ſtatuto cauetur, ꝙ lu-
dens ad azardum puniatur tanta pęna,mo
a do aliquis luſit cũ pluribus *a* & pluries vno
die vicit,& perdidit,an dicatur vnus ludus
vel plures, & ſic an dicatur unũ delictũ uel
plura, qm̃ ſi sũt plures ludi pluribus pęnis
afficietur,iuxta materiã l.nunquã plura,ff.
de pri.delict.Sed in caſu noſtro dic, ꝙ vnus
tm̃ ludus dr̃,& ſic una pœna tenebitur,qm̃
licet ſit hora ꝙ vicerit, poterit poſtea alia
hora ꝑdere, & multa accidere poterunt ꝙ
perdere,& vincere poterit,arg.l.in laqueum,
ff.de acq.rer.do. vnde dr̃ vnus ludus tantũ
quouſq; ipſe partes non habuerunt cũ pro
ꝑfecto & abſoluto,ut l.contractus,C.de fi.
inſtr.& quod ibi no.licet alio ſe & ad diuer
ſa loca ludentes contulerint,ut l.cõtinuus,
in prin.de verb.obl. & ita ſingulariter dicit
Bar.in d.l.inficiando, §.infans, ff.de fur.in
verſ.pro huius declaratione &c.

ADDITIO.

a ¶Cum pluribus. *Adde & vide do.Ale.in apoſti.in l. inficiando,§.infan ,ff.de fur.& do.Maria.Soci.in conſ.33.col.4.verſ.inſuper etiam.*

AVG.Tu autem in hac materia adde ꝙ
uera eſt iſta cõcluſio, ꝙ ille ꝗ ludit ad azar
dum toto vno die, & pluries uicit & ludit,
& perdit etiam,quod punitur pro uno deli
25 cto,limita hoc uerum, † niſi perdidiſſet il-
lam pecuniam quam primo extraxit,& po
ſtea ſecundo extraxit aliã,quia dr̃ alius lu-
dus,& tunc bis deberet puniri tanq̃ in duo
bus ludis luſiſſet.Iſta eſt aurea ſñia Bar. in
l.Pomponius in negotijs,ff.de neg.geſt.q̃
ſequitur ibi Bal.Item limita ſecundo ꝙ eſt
unus ludus, qñ omnes colluſores nunq̃ re-
ceſſiſſent. Nam ſi unus ex colluſoribus re-
ceſſiſſet, & poſtea reuertetur licet ſtatim,
tunc diceretur alius ludus,& bis ludens de-
beret puniri.Ita limitat Ang. iſtã materiã
in d.§.infans,qui tertio limitat iſtam mate
riam ibi, niſi ſtatutum puniret inuẽtum lu
dere,quia ſi millies fuerit inuẽtus, tũc plu
ries debet puniri & hæc bene nota.
26 *Ludus quis ſit permiſſus.*
27 *Statuto prohibẽte ludere ſimpliciter, licet ille ludus nõ ſit proprie turpis, tamen quia reprobatus vincẽs tenetur uicto & uia fori & uia poli.*
26 ANG.† In iſta tñ materia ludi, ego po-
ſtea uidi Bal.in rub.C.de condict. ob turp.
cau.in verſ.venio ad finẽ quod de ludo &c.
Et dicit ꝙ aliud eſt honoris luſor,& laudis
amator,& iſte ludus eſt permiſſus, ut ff.ad
legem Aquil.l.qua actione,§. ſi quis in col
luctatione,aliud eſt luſor alieni fraudator,
& iſte ludus non eſt licitus, unde ille qui
ludit

ludit cũ monacho qui non habet propriũ,
vel cum filiofa. qui lusit patri pecuniam,
vel cũ institore qui lusit dño pecuniã scien
ter, nõ solũ nihil lucratur, sed furti tenet,
arg. l. si seruus cuiusdã, ff. de cond. inde. Idẽ
dico si lusit cũ falsis taxillis, quia furti tene
tur, nec efficitur dñs pecuniæ, arg. l. falsus.
in prin. ff. de fur. vel saltẽ extra ordinẽ pu-
nietur & restituet pecuniã, qa turpitudo
est solius vincentis. Alius est lusor naturæ
recreator, & iste ludus est permissus, ut in
d. auth. alea. usus. Alius est fortunę tenta-
tor, seu ꝑscrutator, vt accidit in taxillorum
ludo, uel ubi fortuna cũ aliquali industria
cõmiscet, quẽ ludum quidam dñt ex acci-
denti cõtra bonos mores, nõ ꝑ se, sed quasi
ex eo multa mala oriãtur blasphemiæ, fur
ta, & similia, ut uidemus, unde vr ꝙ iste lu
dus sit turpis rõne consequentiæ, & accidẽ
tium sibi. Alij dñt, ꝙ si luditur bona fide
parua in quãtitate siue magna ludus est ꝑ-
missus, & qđ par periculi cã, quia vterque
pariter subiacet fortunæ, facit hunc ludũ
esse permissum, similis rõ hr in l. si pater
puellæ, C. de inof. te. unde qui bona fide lu
dit in foro conscientiæ, non tenetur ad re-
stitutionẽ, nec confessores faciunt de hoc
cõsciẽtiã, ꝙ nõ est verum, vt s. dictum est,
& patet in d. auth. licet Bal. nõ dicat, sed S.
Th. dicit, ꝙ ubi de cõsuetudine est licitus,
vt est in ciuitate mea Aretij ĩ festo Natiui-
tatis, tunc si qs uicerit, nõ arctatur ad resti
tutionẽ, nec in foro ciuili, nec in pęnitẽtia-
li Idem dicit Io. And. in c. clerici. de uita &
ho. cle. in nouel. & uide Sali. in d. auth. alea
27 rum vsus. q recitat verba Io. An. † Si ergo
nõ ꝑmitteret, sed loci statutũ vetaret lude-
re simplr, vel ẽt puniret ludentes, licet iste
ludus nõ sit ꝓprie turpis, tñ quia reproba-
tus est uincẽs victo tenet, & uia fori & via
poli, ut d. auth. Et si ne sciret cui uicerit, de-
bet erogare in pauperes, vt extra de Iudæ.
c. cum sit. & ita dicit ibi Bal. & hoc ibi seq-
tur. Ego aũt latius s. dixi, unde dic ut s. di-
ctum est, quod uerius puto. Ad unũ aduer-
tas si statuto dicatur, quicunq; fuerit inuẽ
tus ludere, uel ad ludũ azardi & similia, an
intelligatur inuẽtus & captus per familiã,
vel simpliciter inuẽtus, dic ut dicã j. in gl.
super uerbo, dictus Andiæas armatus &c.
AVG. Tu aũt in hac materia adde in quã
tum s. tactũ est, an hodie alearũ usus sit ꝑ-
missus, & quo ad forum iudiciale; & quo
ad forum poli, ꝙ nemo est qui latius tãgat
istũ passum, nisi Io. An. in d. c. clerici. extra
de vi. & hon. cle. qui dicit, ꝙ d. auth. alearũ
vsus, hodie ꝑ consuetudinẽ non obseruat.
Et ista cõsuetudo excusat ludentẽ ut nõ te-
neatur uincens quoad forũ iudiciale ad re-
stitutionẽ, & ista cõsuetudo põt iuuari, qa
sicut uincẽs in ludo qui cõsistit in ingenio,
ut in ludo scachorum uincens nõ tenet ad
restitutionẽ, ita & in isto ludo qui partim
cõsistit & in ingenio & in fortuna, quia rõ
ne misturæ multa ꝑmittuntur, q̃ aliàs non
ꝑmitterẽtur, per c. sacris, extra de sepul. Di
cit tñ ꝙ p̃dicta nõ militarent in eo qui uin
ceret filiofa. uel monacho uel illi cui bonis
esset interdictum, uel aliàs administratio
esset interdicta, unde cõcludit fm Host. in
summa de exces. præl. sub §. j. ver. clericus.
quod uincẽs nullo modo teneatur ad resti-
tutionem, dummodo nec cum falsis taxil-
lis, nec per fraudem ludatur, & cessant blas
phemiæ, & turpia, q̃ euenire solẽt in ludo,
& dicit ꝙ nec cõfessores faciũt consciẽtiã,
q̃ cõclusio, an sit uera, uide per Car. & Do.
Abb. & latius ꝑ Imo. ibi in d. c. cler. q̃ opi.
in hac materia ego approbo, & credo, ꝙ ne
mo in hac materia latius locutus sit, & me
lius q̃ Imo. in d. c. clerici. & in d. l. si quis cũ
sciret. Sed melius locutus est in d. c. clerici,
quia paruam facio differentiam inter lu-
dum alearum, & ludum azardi. An autem
id qđ luditur in parua siue in magna quã-
titate ueniat in restitutione. uide quæ dixi
s. in proxi. addi. & an id qđ uincitur in fe-
stis Natiuitatis veniat in restitutionem, ad
de Car. in d. c. clerici. de cuius opi. facit mẽ-
tionem d. Io. de Imo. in d. c. cleri. Itẽ adde
quod licet Bal. in ru. C. de cond. ob tur. ca.
nesciuerit allegare decisionem beati Tho.
in hac materia. tñ Sal. allegauit ipsum ĩ d.
auth. alearum usus, & eius uerba de uerbo
ad uerbum posuit, & bene fecit, quia Doc.
nostri canoni. & legistæ in hac materia va-
rio modo referũt, & intelligũt uerba beati
Doc. & uerba sua refert Io. Cal. & Imo. ĩ d.
c. clerici. & Pisanella declarat in litera l. in
verbo, ludus. dic ut ibi p̃ eos. Sed nullo pa-
cto in oĩb. istis nõ recedatis ab opi. Imo. in
d. c. clerici. quicquid dixerit Ant. de But. in
d. c. clerici. & in c. quia pleriq;. extra de im-
mu. ec. & hęc sufficiãt ꝓ nũc ĩ ista materia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata alicui capiendo per uestimenta, an dicatur iniuria personalis.*

a PER *pannos siue caputium a capiendo di-*
ctum stochum, quem habebat ad latus, eua c
1 *ginauit & ipsum.* † An talis dicatur iniuria
personalis & illata in corpus. Bar. posuit in
pluribus locis, s. in l. sed est. per illum text.
ff. de iniur. & in l. j. §. hoc aūt edictum, ff. de
ope. no. nun. & ibi Imo. in l. licitatio, §. qđ
illicite, ff. de pub. & Floria. in l. si seruus ser
uum, §. rupisse, ff. ad leg. Aquil. & l. j. §. hæc
aūt verba, ff. de his qui deiec. vel effu. & vi-
de Bal. in l. ad testium, §. fi. ff. de testa. & in
dictis locis Bar. concludit, ꝙ dr̄ iniuria per
sonalis & illata ī corpus, & maxime qn̄ est
odium rationabile. Guil. de Cu. & Bal. in l.
si qua per calumniā, C. de epis. & cle. faciūt
b dr̄iam, an dicatur offensa *b* personalis uel
offensa in personā, quia scindere uestes dr̄
offensa personalis, non aūt in personā, ꝗa
offensa in personā dr̄, quoties persona tan
gitur, vel quod affixum cohæret personæ,
vt in capillis. & idē no. Bar in d. §. qđ illici-
tè. vbi late uideas vt scias formare accusa-
tionem uel inquisitionem, & etiā si statu-
tum puniret delictū commissum in perso-
nam, an tunc isto casu teneať pena statuti.

AVG. Tu aūt in hac materia adde, quæ
ego late & remissiue dixi in l. 1. §. hoc edi- a
ctum, ff. de ope. no. nun. & uide & adde Ia.
de Are. in l. si quis in graui, §. si quis, ff. ad b
Sill. in l. j. §. hæc uerba, ff. de his ꝗ deie. uel
effu. & oīno ibi Bal. in addi. & per Inno. &
Io. And. An. de Bu. & Doct. in c. nuper, ex-
tra de sen. exc. & uide Bal. in rub. so. mat. in
2. col. late ꝑ Ro. in d. §. qđ illicite. ꝗ dicit ꝙ
ꝓprie est iniuria ꝑsonalis, qn̄ persona pro
pria offenditur. Et ideo si aliquis ponitur
in carcerē priuatū, est iniuria personalis: &
ideo vera est sn̄ia Inn. in d c. nuper. ꝓ quo
vr̄ casus in c. j. §. si quis aliqn̄. cum §. seq. de c
pace tenen. & eius uiolato. & ideo dicit ibi
Ro. etiam quod uera est ista conclusio, ꝙ li
cet iniuriato verbalis dicatur offensa sim-
plici modo sumpta, attamen non dr̄ offen-
sa in personā, & dicit ꝙ in hoc est casus in
l. omnes, §. præterea, C. de epi. & cle. indu-
cendo illum tex hoc modo, quia ille tex. in
ter ista duo loquiť alternatiue, & hoc no.
Adde Alb. de Ros. in 2. parte statu. q. 49.

2 *Iniuria illata fratri meo, an dicatur iniuria personalis quantum ad me, & quando dicatur fieri iniuria personalis alicui.*

2 ANG. † Quæro, an dicatur offensa per-
sonalis si fratri meo inferť iniuria. Bar. in
c l. si stipulatus, §. Chrysogonus, *c* in fi. ff. de
ver. obl. dicit, ꝙ non, qm̄ sunt certæ perso-
næ per quas dicor offendi, inter quas non
est frater, vt l. j. cum seq. ff. de iniu. Itē tunc
mihi dr̄ fieri iniuria, qn̄ noīe meo mihi cō
petit actio, vt l. in testō. de manu. te. sed nō
noīe meo, sed fratris mei noīe competit
actio, ergo non dicor offendi personaliter.
Ang. ibi tenet contrarium per tit. in vsibus
feudorū, an ille qui interfecit fra. dom. sui.
c. j. Sed Imo. in d. §. Chrysogonus dicit, ꝙ il
lud c. est contra Ang. qm̄ ibi dr̄, ꝙ si interfe
cit fratrē dn̄i, nō redit feudū ad dn̄m, & tn̄
si iniuria fieret dn̄o, rediret ad eū, vt ī c. 1. q̄
sint cau. fe. amit. & sic ꝑ iura sua tenet opi.
Bar Ego autē dico ꝙ ego sum offensus, &
iniuria dr̄ personalis, licet nō in personam
meam, vt dixi s̄. ſm Guil. Bar. & Bal. nā ne
gari non pōt, quin ego sim prouocatus ad
iracundiam, ergo dicor offendi offensione
ꝑsonali, vt d. l. in testamēto, uide oīno Bar.
in l. j. ff. de his quib. ut indig. qui eleganter
loquitur, & opin. Bar. tenet ad literam Bal.
qui. mo. feu. amit. c. j. §. similiter. dic ut ibi.

ADDITIONES.

a ¶ Caputium. *Adde tu ꝙ appellatione caputij veniat uestis. & vide Ale. in cōs. 5. in 3. uol. B.*

b ¶ Offensa. *Adde tu quid sit offensa & quotuplex, & uide Pau de Cast. in cōs. 194. & 379. & ibi an frangens ostium ut cognoscat mulierem dicatur inferre vim personalem, & vide Alex. de Imo. in cons. 112. in 2. uol. ubi an pax dicatur rupta per raptū filia eius cum quo fuit facta pax, & ꝑ Ro. in cons. 183. & 255. & stante statuto ꝙ offendens puniatur certa pœna, an habeat locum in eo qui offendit negligendo. uide Ang in cons. 70. Ber.*

c ¶ §. Chrysogonus. *Adde & uide Alex. ibi limitantem opin. Bar.*

AVG. Tu aūt in hac materia adde Ro. in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publi. & videnda essent dicta Bal. in l. j. C. si qua. pd. po. Et adde dicta Io. An. in regula frustra, in mercu. extra de reg. iur. Et in ista materia qn̄ dicatur offensa cōmitti, uide Barto. in l. quidā cum filiū, ff. de hęred. insti. & ibi per Bal. Ang. & Imo. & Doc. & Bar. in l. cū

te. C.

te,C.de inoff.teſt.Bal. in l.ſi qua per calum niam,C.de epi.& cle.& in l.ſolā, C.de libe. cau.& per Doc.in cle.j.de pę.Ang.in conſ. ſuo 71. & Mod in q.nr̄a princ. late ſcripſerunt in d.§.Chryſogonus,in fi.in vlt.quæſ.

SVMMARIVM.

1 *Admenatio cultelli, baſtoni,vel manus,& ſi nō percutiat,an ſit punibilis.*

1 ADMENAVIT *contra dictum Titium.* a † Nam iſte actus ſolus admenationis cultelli,vel baſtoni,vel manus ēt ſi nō percutiat, tamen eſt punibilis,vt eſt tex.ſing. & ibi Barto.in l.item apud Labeonem,§.ſi quis pulſatus, ff.de iniur.quod no.ſed forte in caſu noſtro cum poſt admenationē ſecutum fuerit vulnus, & de vulnere punitur,vr̄ ꝙ de admenatione puniri non dēat, ſicut de inſultu dixi: puniretur enim de ad menatione, qn̄ ex ea nō eſt ſecutū vulnus, vnde qn̄ ex forma ſtatuti eſſet maior pęna de admenatione q̄ de percuſſione, vt ſ̄. dixi de inſultu in gl.ſuper verbo, inſultum &c. punietur de admenatione ſicut de ipſo vulnere,quo not.

AVG.Tu adde,ꝙ Ang.in d.§.ſi quis pulſatus, in d.l.item apud Labeonem. fatetur in hoc illum §.eſſe ſingularē,& nō eſſe alibi,& dicit,ꝙ proprie illa dr̄ admenatio, qn̄ aliqs manum cōtra alium leuat,velut verberaturus,vel ꝑcuſſurus: ſed quia nō verberat,nec percutit,nō tenet̄ iniuriarum directa,ſed vtili: & dicit hoc eſſe vtile ꝑꝑ ſtatuta, quę dn̄t ꝙ percutiens puniatur in decē: nā ſi nō percutit,ſed admenat,tenetur vtili ex illo ſtatuto non ad tantā pęnā, q̄a nō cōſummauit actum,vt plene no.in l. ſi qs nō dicā rapere, C.de epi.& cle. Sed aduerte,q̄a dubito de iſta deciſione, in quantū loquit̄ de ſtatuto,quia ſtatuta pęnalia regulariter extra caſus ſuos non debent extendi, in regula,odia.extra de reg.iur.cogita.

2 *Pater percutiens filium, propinquus propinquū, maritus vxorem, dominus ſeruum, vel magiſter diſcipulum,an teneantur.*

ANG.† Quid aūt ſi pater ꝑcutiat filium, vel propinquus propinquum, vel maritus
2 vxorem,vel dn̄s ſeruum, *a* vel magiſter diſcipulū,an teneantur:vide l.j.C.de emend. ſer.& l.j.de emen. propin. & vtrobiq; no.ꝑ gl.& Doct.& in l.4.§.ſi magiſter, ff.ad leg. Aquil.& ibi Bar.& Floria.vbi Bar. concludit,ꝙ dēt articulare, ꝙ tunc monebat, corrigebat,vel inſtruebat eum, & ex qualitate inſtr̄i cum quo percuſſit,& ꝑcuſſionis qualitate pręſumit̄,an aīo admonitionis, & ſic non teneat̄,an cauſa delinquendi, & ſic teneatur,quibus probatis, percutiens dēt abſolui,vel deferri iur̄m purgationis,quod dicit ſemel fuiſſe obſeruatum Peruſij.

ADDITIO.

a ¶Seruum. *Adde tu qualiter ſit permiſſa caſtigatio ſeruorum domino,& vide Alex.in cōſ.73. in 3.vol.& de magiſtro caſtigante diſcipulum, vide Bar.in conſi.104.Ber.*

AVG. Tu oīno adde Bal.Ang.& Sali.& Doct.in d.l.j.C.de emend.ſer. & in d.l.j.C. de emend.prop. & dicit Ang.in d.l.j. C.de emend.propin. ꝙ magiſtri męchanici hoc faciunt,& alij magiſtri ſcholarium, ſed nō magiſtri, & Doctores legū & canonum, q̄ non corrigunt diſcipnlos ſuos, quos nō habent in poteſtate ſicut alij magiſtri.an aūt maritus poſſit verberare vxorē, vide Ioan. And.in addi.Spe.in rub.in ti.de iniur. Bar. in l.cum ſcias, C.de agri.& cenſi.& text.in auth.ſed hodie verberato, C.de repu.& ibi Doct.vbi non licet marito ſine cauſa fuſtibus cędere vxorē, vide tex.in Auth.vt cum de appell.cognoſc.§.quia vero,quod liceat mulieri diuiti ſi maritus eam flagellat.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerare & percutere quomodo differant.*

2 *Vulnus an dicatur percuſſio, ſi ex percuſſione facta eſt tumefactio.*

ET *ipſum Titiū percuſſit, et vulnerauit una percuſſione, et vulnere in pectore, ex qua.* In
1 ter iſta eſt magna † dr̄ia: nam vulnerare ſi-
a ue vulnus *a* ꝓprie eſt,qn̄ fit ſciſſura,vel ſeparatio in corpore, vt eſt tex.ad literam,& ibi Flori.in l.ſi ſeruus ſeruum, §.rupiſſe,ff. ad leg. Aquil. percutere aūt ſiue percuſſio eſt etiam ſine ſciſſione corporis, vt ibi habetur:dummodo carnem tangat: quia percutere,eſt cutē tangere,vt ibi,& in l. libellorum,in prin. ff.de accu. vnde ſit cautus iudex,

---

ADDITIO.

a ¶Siue vulnus. *Adde Feder.conſi.58.vbi ſi teſtes dixerunt,ꝙ Titius percuſſit Seium cū ſanguinis effuſione, an neceſſario ſit intelligendum, ꝙ fecerit vulnus,& quid ſit vulnus, & quādo pręceſſit tumefactio.vide Cep.in conſi.41.*

dex,qn̄ non est scissa caro,ꝙ nō dicat in inquisitione vulnerauit, sed dicat percussit.

2 †Quid aūt si ex percussione facta sit tumefactio,an dicatur vulnus,vel percussio? Respō.aut ex tali tumefactione fit scissura carnis latens, licet non appareat, vel oportet ꝙ per medicum scindat̃,q̃a facit saniē subtus,siue latenter,tunc ēt dr̃ vulnus,aliàs nō dr̃ vulnus,sed percussio. ita no.dicit Bar.in l.prętor,§.qui atrocem,ff.de iniur.

AVG. Itē adde,ꝙ licet vulnus sit, qn̄ est scissura, tn̄ si scissura esset facta cū vngue, non dr̃ proprie vulnus, qn̄ statutum puniret faciētē vulnus. Ista vr̃ esse decisio Ang. si recte eius verba ponderent̃,in l.si pignore,§.furem,ff.de furt.Nec mirum, quia statutum puniens vulnus non vr̃ velle punire vulnusculum,vt pulchre declarat Ang.in l.extat,ff.quod me.cau. qui ponit drĩam inter ferire,& vulnus, & cicatricē. facit tex.in l.j.in fi.ff.ad Sill.& Bar.in l.edita,C.de edē. & per Doctor.in l.j.C.de ędil.act. & ēt vide Bar.in l.si gemina,in fine.ff. arbor.furt.cęsa.vbi no.drĩam inter vulnus,& ꝑcussionē: & ibi oĩno vide Angel.qui ponit, an parua scissura dicatur vulnus, & Bal.in l.si p̄diū, C.de ędil.edic.qui vult, ꝙ modica scissura non dicatur vulnus:& dicā ĩ.in gl.vna alia percussione, in pe.addi.& pulchra verba de vulnere,vide per Bar.in cons.suo 104.inci. contra Titium processum fuit. vide Old.in cons.suo 55.qui ponit drĩam inter percussionem,& vuln⁹, & sanguinis effusionem, & ibi decidit si est ꝓbatum, ꝙ ꝑcussisti me cum spada cū sanguinis effusione, ꝑ ꝑ hoc proprie non est ꝓbatum vulnus. adde do. Catal.in tract.synd.q.135. qui sequit̃ doct. Bart.in d.§.atrocem:& dicit,ꝙ si sanguis exiuit in modica quantitate, ꝙ non p̄sumit̃ de ꝑcussione cum sanguine:& dicit,ꝙ modicū vuln⁹ nō hēt in se delictū. Et dixit idē Catal.q.102.ꝙ appellatione vulneris, non venit ꝑcussio faciēs tumorē sine extractione sanguinis: casū allegat quē dicit singul. in l.si seruus seruū,§.rupisse,ff.ad leg.Aq.

3 *Vnico actu & ictu inferentis si plura resultant vulnera, puta cum bidente quomodo punietur inferens.*

3 ANG. † Quid si ex vno ictu, & actu inferentis resultant plura vulnera,vt quia cum

a bidente a percussit? Bar.in l.si gemina, ff.arbo.fur.cęs.dicit, ꝙ verba statuti sunt aduertenda: quia aut dicit̃,si quis admenauerit, & tūc si vno ictu & admenatione plura vulnera inferunt̃, pro vna tm̄ tenetur. Si uero considerat actum,prout infert̃ in aliquem, vt quia dicit,si quis aliquē percusserit,tunc Iac.de Are.dicit aut statutū dicit, ꝙ pro ꝑcussione,aut pro vulnere.Si pro vulnere,& tunc quot sunt uulnera pro singulis tenet̃. aut dicit,si quis percusserit, & tunc ꝓ vno tm̄ tenetur, quia vnus est actus ꝑcutiendi. Sed Bar.ibi in hoc casu dicit, ꝙ imo ꝓ pluribus puniet̃, q̃a statutum considerat actū, qui infertur in alium qui non pōt considerari,ex parte agentis, quin consideretur ex parte patientis: & ideo pro plurib.tenetur. Sed opin.Iac.de Are.cōiter tenetur, vt no. Floria.in l.4.ff.ad leg.Aqui.vide oĩno Ioā. And.in mercu.in c.dilectū, de reg.iur.in 6. vbi vr̃ aliter loqui q̃ Bar. Ego aūt in practica semper vidi obseruari opi.Iac.Et prædicta s̃m Bar.ibi sunt vera,qn̄ fiūt vno ictu, secus si successiue, vt si percussi in capite,& descendit in spatulis, postea in crure, licet fiat vno ictu tm̄,quia successiue fit,pro omnibus tenetur,vt l.ter enixa, ff.de verb.sig. Et idem si vno ictu in pluribus digitis, q̃a pro pluribus delictis,quia loca sunt distincta,tenetur,vt l.de pupillo,§. q̃ nunciat,ff. de ope. no.nun. Si aūt percussit aliquē, & fregit os, & os fractum facit vulnus, an de vtroq; teneatur. Rn̄.ꝙ duo sunt uulnera,& de duobus pōt puniri,si aūt de osse fracto, & non de simplici vulnere inquireret̃, non posset postea de p̄cedēti vulnere puniri, q̃a vulnera p̄cedentia tendunt ad frangēdum os,iō de solo illo tenet̃, l.si seruus seruum, §.si illum,coniuncta l.illud,ff.ad leg.Aqui.

ADDITIO.

a ¶Cum bidente. *Tu adde & vide Bal.in consi. 166.in 5.vol.& si quis uno ictu cum instrumento non bifurcato faciat duo vulnera, an debeat de ambobus puniri,vide Ang. in consi.190.ubi ponit de illo qui fuit inquisitus a iudice Pisano de vulnere in supercilio dextro si soluit condemnationem an possit ab alio iudice inquiri de vulnere in supercilio sinistro.& vide Bal.in consi. 109.in 2.vol.*

AVG. Tu autem in hac mteria adde, ꝙ Ang.in d.l.si gemina.indistincte approbat dicta Bar.in hac materia.Sed adde Albe.de Ros.in 2.parte statu.q.23.& q̃d latius examinauit

minauit istã materiã Al.de Ros.ĩ 2.par.statu.q.38.quę inci.7.q.est,si quis vulnerauit aliquẽ,cũ forpice vel furca,qui dicit in hac materia quod Doct.antiqui,cõiter tenẽt,ꝙ pro uno vulnere tñ quis debet puniri, qñ cũ forpice,uel furca vulnerauit, quia unus est ictus, & ab codẽ instrõ processerunt, ꝑ d.l.si gemina,& qđ ibi gl.& alle.Gã.ĩ tract. male.hoc voluisse in ti.de pœ.percus. & in sul.ver.sed pone aliquis percussit, & qa ab vna radice ista processerunt,ergo vna l.tollunt,& c.l.fi.C.de nup.Sed dicit ibi Alb.qđ putat, ꝙ puniatur pro duobus vulneribus cõstat.n.ꝙ sunt duo vulnera & quo ad dolorem,& quo ad expensas,per ea quæ ipsemet Alb.disputauit in 2.par.stat.q.29.quę inci.statuto cauetur,ꝙ si quis aliquẽ ꝑcussit,condemnetur in centum. Si vero percusserit in capite,in 200.Modo aliquis percussit aliquẽ ĩ capite,& ĩ manu simul vno ictu an debeat cõdemnari bis,& in qõne nostra prin.dicit Alb.ꝙ aliàs daret materia fabricàdi arma,ex quibus vno ictu plura vulnera a possent inferri.Nõ ob.d.l.si gemina,q̃ dicit ꝙ si iunctura duarũ arborũ appareat s̃.terrã vna est arbor ex quo arguitur ꝙ forpex, vel furca bifurcata est vnũ instrm ex quo cõcludunt ꝙ vnũ est vulnus, qa ista conse- 1 quentia est falsa,quia licet sit vnum instrm bifurcatum,tñ sunt duo vulnera.Nam etiã ex vno ense uno ictu possunt fieri duo vulnera,vnũ in capite aliud in brachio, qđ exponeretur ꝓ defensione capitis, & idẽ posset cõtingere in una sagitta quia percuteretur quis in brachio tenente clypeũ,& sagit a ta ultra penetraret & trãsiret ad aliã partẽ 1 corporis,& sic essent duo vulnera. Si ergo ista sunt in instrõ non bifurcato,multo magis bifurcato,dicit tñ quod ista sua conclusio est contra cõem opi.cogita.Adde etiam dicta Bal.in l.quicunque,C.de ser.fug. & limita per Ang.in cons.suo 183.inci. Titius fuit inquisitus per iudicem Pisanum.

4 *Fugiens si cadat & se uulneret, an insequens teneatur de uulnere, et si percussit te in cerbelleria, & ex tali percussione fit uulnus in fronte, an percutiens dicatur uulnerasse, & quid si eodem loco bis percutiam.*

4 a ANG.†Quid si ĩsequar te,& tu in fuga cecidisti.a & te uulnerasti,nõ teneor de vulnere, sed teneor quasi fecerim te uulnerare l. qua actio.§.ꝓinde,ff.ad l.Aq.Si quis aũt ꝑcusserit in cerbelleria,& ex ꝑcussione cerbelleriæ fecit uulnus in frõte,dicor uulnerasse te ut l.itẽ Mela,in prin.ff.ad le.Aq.Si uero codẽ loco bis ꝑcutiã,cõsiderãda sunt uerba statuti,qa aut punit̃ uulnus,& unũ vulnus est,aut ꝑcussiones & plures sũt,& isto casu ꝓ plurib.tenet̃,ut l.nunq̃ plura.ff.de priu. deli.ita dicit Bar.in d.l.si gemina.quod no.

AVG. Tu aũt in hac materia, adde ea q̃ dixit Bal.in l.quicunque,C.de ser.fug.& in terminis nr̃is vide oĩno Ang.ĩ d.l.si gemina.ff.arb.fur.cę.qui vr̃ limitare illam conclusionẽ,qñ percussi aliquẽ super cerbelleria,postea cerbelleria fecit uulnus dic ut ibi ꝑ eũ,& ẽt ibi tangit aliã q. qñ quis eodẽ loco aliquẽ percutit,an teneatur ꝑcussione bina uel de bino uulnere,& ibi expresse tenet contra dicta Bar.in d.l.si gemina.& allegat bonas rationes,& in effectu approbo dicta Ang.ibi cõtra Bar. qñ ex secunda percussione illud idẽ uulnus ampliaretur,aliàs secꝰ.

ADDITIO.

a ¶Cecidisti. *Adde Cepo.in cons. 29.ubi ponit de illo qui fugit & cecidit in terra & fregit caput.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex in sua inquisitione debet dicere, sanguis exiuit, quia tunc uerificabitur, etiam si gutta sanguinis exiuerit, secus si dixerit cũ sanguinis effusione.*

SANGVIS *exiuit & ipsum percussit.*) Isto modo debet iudex loqui inquisitione, quia tunc sua inquisitio uerificabitur etiã si gutta *a* sanguinis†exiuerit,secus aũt si dixerit cũ magna sanguinis effusione, vel cũ effusione sanguinis,uel intulit tale uulnus sanguinolentũ, quia tunc est necesse ad p̃dictorũ uerificationẽ,ꝙ magna & non parua sanguinis copia fuerit & exiuerit & probetur,aliàs seq dẽt absolutoria,ita dicit Bal. in l.2.C.de iure emphy.& est gl.or.in c.cũ illorũ,ĩ uer.effusionẽ,ext.de sen.exc.& in c. Romana,ĩ uer.effundẽdũ,de ele.in 6. & est tex.17.q.2.c.reuertimini,ꝙ tu latrũculator tene bñ mẽti ĩ formatione tuę ĩquisitiõis.

ADDITIO.

a ¶Gutta. *Adde & uide tu Bar.in cons 109.*

AVG.Tu in hac materia adde q̃ dicit d. Abb.in d.c.cum illorum,extra de sent. exc. qui ẽt no illã gl.in d.c. ibi,& de illa gl.facit men-

mentionem Io.An.in addi. Spe.in ti.de accu.in ru. in fi.ĩ vlt. par.& ibi infert ad q.statuti imponentis pęnam de vulnere cũ sanguine.& tempera prædicta ſm doctrinam Bal.in l.si ꝑdium,ĩ fi.j.col.C.de ædil.edi.& vide ꝙ no.Bal.in l.1.§. sed & sciendũ,ff.de ædil.edi.in lect.antiqua. Nec inuenio Bal. in l.2.C.de iu.emph. tangentem istam difcultatẽ, ut allegat iste autor hic,nisi liber meus sit corruptus. Et dicit Ro.in sin scđi anni sing.41. ꝙ incip.excapillans aliquẽ.ꝙ excapillans aliquẽ in pilis vel in bárba sine effusione sanguinis, tenet̃ in libras decem parti,& in 20.fisco. allegat casum sing.ĩ c. j.§. si quis aliquẽ,de pa.tenen. Et dicit do. Catal.in tra.syn.q.135.ꝙ si probatũ est, ꝙ sãguis exiuit ĩ modica quãtitate,nõ ꝑsumitur de ꝑcussione cũ sãguine,& idẽ Cata. in q.102.an applone sanguinis veniat aliqua gutta sãguinis.all.gl.ĩ c.cũ illorũ.ext.đ sẽ. exc.oĩno ꝓ intellectu istius gl.vide d.Nell. in tract.banni.in 2.par. secũdi temp.q.53.

S V M M A R I V M.

1 *Vulnerato aliquo mortifere,an possit contra delinquentem inquiri de occiso.*

2 *Vulnerato aliquo mortifere, an ex processu de uulnere simplici sequi possit condemnatio de homicidio.*

3 *Vulnus ꝙ sit mortale,quãdo stetur dicto unius.*

4 *Inquisitione facta de vulnere si postea mors sequatur, an possit in eadem instantia sententia ferri super morte.*

1 VNA *alia percussione & vulnere.*) †Si autem quis est mortifere vulneratus, an possi contra delinquentem inquiri de occiso.Et primo bene notes ꝙ dr̃ vulnus lethale iudicio medicorũ, & si potes habere plu b
a res, nunquam permaneas vnius iudicio. *a* ita dicit Bart.ĩ l.si in rixa.in fi.ff.de sic.Istã q.ponit Bar.in l. dãni,§.Sabini,ff.de dam. inf.& Bal.in l.si ꝗs non dicam rapere, C.de epi. & cle.& 10.col.qui.mo.feu.amit.c.j.in prin.ubi concludunr,ꝙ non potest inquiri de occiso, quia dũ ille venit non potest dici mortuus,vt l.qui duos,ff.de manu.testa. Item ꝙ mortifere vulneratus dicatur mortuus est ficte, & per fictionem q̃ non habet locum in statutis, ut l.3.§. hæc uerba ,ff.de neg.ge.Idem not.Bal.in l.non q̃cunque,ff. de iu.& uide oĩno eũdem in c.1.§. furtum, in pe.col.de pa.iura.fir. Quæro,hic loquit̃,
2 qñ ex vulnere no dubitatur de morte.†Sed qd si vulnera erant mortalia an ex ꝓcessu de vulnere simplici sequi possit cõdẽnatio
b de homicidio.*b* Bart.in d §.Sabini, dicit,ꝙ ſm statuta q̃ actualiter requirunt mortẽ, tunc non potest sequi condemnatio,etiã si in inquisitione dicatur de vulnerib mortiferis,qm̃ illa inquisitio non fuit ad hoc ꝓposita. Si autem fuerit ad hoc proposita,vt quia dicit ꝙ intendit ẽt de morte inqrere, tunc ex eodẽ processu posset de morte condẽnari & puniri, ꝗa ius superueniẽs actori ex cã de ꝑterito confirmatius, & iudicium suũ,ut l.si rem alienam,§.fi.ff.de pig.act.

A D D I T I O N E S.

a ¶Vnius iudicio. *Adde tu quod imo statur iud. vnius medici concurrentibus aliquibus coniecturæ, quæ adiuuẽt eius dictũ, vt puta si vulnus nõ est in loco mortali, & ꝙ post vulnus vulneratus superuixerit aliquibus diebus, ita cõsuluit Bal. in cons.109.in 2.vol.incip. proponitur ꝙ Titius percussit, & quãdo vulnus dicatur mortale, & quid si medici referant ꝙ uulnus erat aliqualiter mortale,uel aliquantulum periculosum, & qui sint præferendi cum aliqui uiderunt corpus mortuum & dicunt vulnus nõ fuisse mortale, & illi qui uiderunt uiuũ dicunt ꝙ erat aliqualiter mortale,vide late Cep.in cõs.62 & adde ꝙ statur dicto unius periti cum plures haberi non possunt, & ꝙ sufficiat si talis deponit de crudelitate, ita Ro.in cons.22. & ibi etiã quod sufficit unus, licet statutum requirat plures quando procederetur sola facti ueritate inspecta, & quando stetur peritis, uel saltem dicto unius, uide Ale in cons.15.col pe & in cons.36 in 1.uol.& in cons. 149.in 2.uol. & uide ad materiam quæ late ponit do.Bar.Soci.in consi.178.*

b De homicidio. *Adde tu & vide Cep.ĩ cõs.41.*

A V G. Tu autẽ in hac materia,adde in quantum incidenter dominus Ang. hic dixit, ꝙ nunquã standum est dicto vnius, an vulnus sit mortale, uel nõ. Sed duo medici ad minus debent haberi. Adde quòd Ang. in l.qui luminibus, ff.de ser.vrb. præd.multum exclamat dans cautelam iudicib. maleficiorum, ut nunquam iudices stẽt dicto unius medici,& sic unius periti: Sed ad minus duos medicos eligant , quorũ fama sit ꝑclarior.& ibi dicit,ꝙ si sint in loco periti, non tenetur mittere pro eis extra locum. Sed aduerte, an standum sit dicto unius meriti, vel an plures debeant haberi, uide

Doc.

Doc.in §.fi.in l.j.ff.de ver.ob.ꝑ Bar.& Bal.
in proę.Digest.in fi.prin.Adde quæ dixi in
addi.& in tex.j̃.in gl.in verbo,cicatrix, vbi
tractatur ēt ista materia medicorum , & in
l.j.ff.de ven.insp.& per Bal.in l.rationes,in
6.q.C.de fi.instr.& ibi Sal.& Bar. in l.quo-
ties,C.de pond.au.li.x.per Bal.in l.iudices,
C.de sen.per Ang.in Auth.vt præpona.no.
impe.in fi.per Ant.de But.& Abb. in c.pro
posuisti,extra de prob.per Bal.in l.directas,
3 C. de manu.test.† Et breuiter cōis cōclusio
est,ꝙ stetur dicto vnius,si est electus à parti
bus.Idē si est de publico deputatus.Idem si
in ciuitate non est,nisi vnus quantuncunq;
do.Abb.in d.ca.proposuisti, teneat contra-
rium & male , quia Bar.in l.idemque,ff.ꝓ
soc.hoc voluit,ꝙ si nō est nisi vnus in ciui-
tate,nō est necesse, quod extra locū mitta-
tur pro alio.Idem Bar.in tra.de test. in ver
bo lata culpa.Limitat tñ Bal.in proę.Dig.
nisi statutū in loco requireret plures , quia
tunc ēt si vnus tantum esset in ciuitate, nō
sufficeret,quia ille numerus taxatus est per
statutum.Limitat ēt Bald.in add.Spe.in ti.
de hom. quia stat̄ dicto vnius, qñ solus est
in ciuitate, hoc verum si bonus homo est.
Item adde in prin.q.q̃ tangit hic d.Ang.ꝙ
ꝓ nūc nihil addo,nisi illas additiones quas
multū eleganter in hac materia fecit Lu.de
Ro.in l.damni,§.Sabini,ff.de dam.inf. qui
multū eleganter loquitur.Et omnino Imo.
post Ang.in l.in ratione,§.si seruus,ff.ad l.
Fal.Et vide vnā pulchrā q.Ric.Mal.quæ in
cipit,Titius vulneratus extitit à Sēpronio,
q pro & contra,multū elegāter loq̄t,& Gā.
in tra.malefi.in q.quæ incip.an sup accusa
tione de vulnere instituta moriente accusa
tore &c.Et ad hoc vide Spe.in ti.de accu. &
accusato.& ibi Io.And.in add.§.j. in versi.
sed pone.&ver.quid si vulnerasti,& ver.q d
si primo actū fuit de vulnere. Adde Alb.de
4 Ros.in 2.par.stat.q.46. † vbi ēt disputat an
īquisitione facta de vulnere, si mors postea
sequatur possit in eadē instantia ferri sñīa
super morte, & bene faciunt notata ꝑ Alb.
in 2 par.statu.in q.51.ubi disputat,si vulne
ratus consecutus esset centū nomine pęnæ
īposite ꝑ statutū p.ꝑ vulnus,& postea mors
sequatur,& hęres agit de morte,q d erit de
illis cētū,& q.52.disputat idē Alb. an lata
sñīa absolutoria sup vulnere possit agi de
morte.Et ista ēt adde j̃.ī q.ꝓx.vbi nil addā.

Et adde Alb.de Ro.q.53.in 2.par.vbi dispu
tat,si aliq̃s est mortifere vulneratus,an ptās
possit ꝓceder̄ đ morte ñ expectata morte .
5 *Punito aliquo de vulneribus , si postea mors se-
quatur ex dictis vulneribus , an possit puniri de
morte.*
5 ANG.†Quid si quis sit punitus de vulne
rib.an si postea mors sequatur ex dictis vul
nerib.possit puniri đ morte,dic ꝙ nō,vñ sit
cautus iudex,ꝙ licet aliquis vellet accusare
simpliciter de vulnere,qñ dubiū ē de morte
ꝙ nō ꝑmittat,ita ēt qñ ipse inquirit ꝙ nū
q̃ inq̃sitionē formet, nisi certus sit de mor
te vel de vita,vide Bar.in l.nunq̃ plura,ver.
q̄ro circa hoc,ff.de pri.del.& ī l.senatus, ff.
đ acc.& ī l.ꝑtor edixit,§.fi.ff.đ iniu.qđ no.
AVG. Tu aūt in hac materia adde quæ
dixi s̃.in proxi.addi.mea, sed aduerte, quia
dubito de ista decisione,quia si hodie de cō
suetudine totius mūdi quis nō punitur de
morte,nisi quis vere occiderit,vt dixit Spe.
quē all.& sequitur Ang.in l.j.§. hęc aūt ver
ba,ff.quod quis.iur.& Ro in l.dāni,§. Sabi
ni,ff.de dā.infe.& interim pēdēte processu
de vulnerib. parte instante ad sñīam iudex
nō potēs,nec vidēs cōdēnare de morte ꝑ s̃.
dicta,si puniret solū de vulnerib.non dubi-
to q n postea de morte posset cōdēnare iux
ta no.ꝑ Bar.ī d.l.dāni,§.Sabini,ff.đ dā.inf.
6 *Statuto puniente vulnus simpliciter, an de omni
vulnere intelligatur*
6 ANG.†Quæro,statutū punit vulnus sim
a pliciter, dic ꝙ intelligitur de magno,*a* non
de qualibet scissura,siue scorticatura , siue
graffignatura,vt est tex.in l.j.in fi.ff.ad Sil.
& in l.j.§.sciēdū,& §.vitiū,ff.de ædi.edi. &
no.Bal.in l.fi.C.de ædi.ed.& no.Ang.in l.si
pignore,§.furē,ff.de fur.qđ bene not. quia
ut plurimū statuta dicūt,ꝙ ꝓ quolibet vul
nere facto in tali parte ꝑsonę soluat tñ,q a
si fecit vnā scorticaturā licet sanguis exiue
rit,non tenetur pęna dicti statuti,sed extra
ordinē arbitrio iudicantis considerata qua
litate scissurę,& alijs qualitatib. ꝙ est notā.
& ita semel vidi ī practica Per.me assidēte.

A D D I T I O.

a ❡Magno. *Adde Ale.in cons.10.in j.vol.*

AVG. Tu adde Ang.in l.extat,ff.ꝙ me.
cau.qui dicit,ꝙ verbū ferire,& vulnus, nō
differunt , quia verbum ferire , est vulgare
Tuscorū . Et dixit ꝙ ēt licet multa iura fa-

ciant mentionem de vulnere, tñ ẽt de iure habemus mẽtionẽ de vulnuſculo, ꝑ l.j.§.ad monet, & l.febricula, ff.de ædi.ac. & iõ pœna ſtatuti loquentis de vulnere, nõ habebit locũ ĩ vulnuſculo, loquiť tñ ꝑ verbũ forte. Sed dicit ꝙ pęna forſan erit arbitraria, ſed vide quę dixi s̃.in alia gl.in verbo, & ipſum Titium percuſſit & vulnerauit, in addi.j.q.

S V M M A R I V M.

1 *Facies, quæ dicatur.*
2 *Statutũ quod pro furto quis debeat in facie bullari, eſt contra formam iuris.*
3 *Accuſatio uel inquiſitio, an debeat declarare in qua parte corporis percuſſio aut vulnus ſit illatum.*
4 *Statuto dicente ꝙ pro uulnere in facie illato quis puniatur in cẽtũ, & in alia parte corporis in 25. ſi probata fuerit percuſſio ſed non in facie, ſequi debet abſolutio ab accuſatione.*

1 IN *facie ſupercilio ſiniſtro cum ſanguinis effuſione, & cum fractura oſſis, ex qua.* † Quæ dicatur facies vt poſſit ſciri de pęna grauãda qm̃ vt plurimũ ſtatuta grauiorẽ pęnam imponunt de percuſſione in facie q̃ in alia parte corporis, ꝙ ď iure fieri põt, ut eſt tex. Inſti.de iniu.§.atrox, ibi veluti in oculo. & ff.eo.l.itẽ apud Labeonẽ, §.fi. cũ l.ſe. Et eſt ſciẽdũ, ꝙ Ang.ĩ l.ſi qs in metallũ, C.de pę. dicit ꝙ facies protendiť deſcenſiue vſq; ad barbã excluſiue, & ĩcluſiue, ſiue ſuperius ad capitis capillos excluſiue. Nã tota frons eſt de facie ex trãſuerſo vſq; ad aures incluſiue totaliter maxillas ex parte apparẽti, & dicit ꝙ hoc ſentit tex.cũ gl.recte intuẽti, ff.ad l. Aq.in l.itẽ Mela, in prin.& d.l.ſi quis in me
2 tallũ. Ex quo ẽt ibi no.Ang.† ꝙ contra formã iuris eſt ſtatutũ ꝙ ꝓ furto quis debeat bullari in facie, qa nõ dẽt, ut d.l.ſi quis, qa tale ſtatutũ nõ ualet, qa facies hominis nõ dẽt maculari, igiť &c.ſed cõtrariũ de facto
3 ſeruať.† Quæro, an debeat declarari & apponi ĩ accuſatione uel inquiſitione ĩ qua parte corporis ꝑcuſſio uel vulnus ſit illatũ, & dicit Iac.But.ꝙ ſic de iure cõi, qa eius varietate variatur pęna, quia aliàs eſt grauior ꝓ ꝑcuſſione facta in facie, q̃ in alia parte corporis, ut d.§.atrox, & idẽ ſi ꝑ ſtatutũ uariať
4 pęna ſm̃ diuerſas partes corporis.† Ex quo infertur ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ pro vulnere illato in facie qs puniatur in cẽtũ, & ĩ alia parte corporis puniatur in 25. Si qs aliũ accuſauerit ꝙ ipm ĩ facie ꝑcuſſerit, & ꝑcuſſionẽ ꝓbauerit, ſed non in facie ꝙ debet ſequi abſolutoria, ita refert Sal.in l.pe.in fi.C. de accu.ſed de hac vlt.q.uide Bar.in l.ſenatus, ff.de acc.& in l.denunciaſſe, §.quid tñ.ff. ď adul. Sal.in l.qui de crimine, C de accuſ.& ego dixi s̃.in gl.ſuꝑ uer. in platea cõis &c. & j̃.in gl.qui iudex addidit uel detraxit.

AVG. Itẽ in hac materia adde in quantũ d.Ang.loquitur de facie, & allegauit Ang. in d.l.ſi quis ĩ metallũ, dic ꝙ iſta fuerũt originalia uerba Bal.in ru.C.de uin.lib.qui dicit ꝙ homo conſtat ex ſeptẽ mẽbris, ſ.maiorib.i.pedibus, tibijs, coſſis, inguine, vẽtre cũ ſuis ĩteriorib.collo, & capite ĩ quo ẽ facies, q̃ eſt ad imaginẽ Dei, qa ibi eſt forma pulchritudinis & decoris, & iõ dicit ꝙ iudicib. nõ ẽ licitũ ꝓ aliqua pœna mũdi faciẽ hoĩs cicatricib. deformare uel naſũ ãputare, uel extrahere oculos, uel amputare auriculas, qa qcquid eſt diſcoopertũ, facies appellať, alle.l.ſi quis in metallũ, C.de pę. Et aduerte qa ſi recte põderenť uerba Bal.ibi. Bal.non vř ſe cõcordare cũ Ang.qa Bal.ibi multum late loquiť, dũ dicit ꝙ qcquid eſt diſcoopertũ facies appellať, ſeq̃ť ergo ꝙ guttur & collũ q̃ ſunt diſcooꝑta, dicerenť eſſe de capite & facie hoĩs. Sed Ang.in d.l.ſi qs in metallũ, dum diffinit faciẽ aſcẽſiue & deſcenſiue ex trãſuerſo, nullo mõ uult ꝙ guttur & gula & collũ contineanť in facie, niſi dicamus ꝙ ſi recte uerba Bal. põderenť in d.ru. Bal.ibi uoluit qď dixit Ang. in d.l. ſi qs in metallũ, ut gula & collũ nõ ueniãt appellatione faciei. Itẽ in quãtum d.Ang.hic tetigit illã ult.q.adde quę ego dixi ĩ add.meis, in illa gl.ſuꝑ uerbo, ĩ platea cõis, in gl.ſuꝑ uerbo, q iudex addidit uel detraxit, & quia ſatis ibi dictũ fuit, iõ amplius me nõ extendo, & bene notetis ea quæ ibi dicta ſunt, quia ſępe ueniũt de facto, ſequitur alia gl.

S V M M A R I V M.

1 *Cicatrix duplex eſt.*
2 *Cicatrix dicitur excecans faciem.i.deturpans.*
3 *Stante ſtatuto quod ſuper cicatrice non poſſit fieri condemnatoria, niſi medicis adhibitis, qui ita iudicent, ſi cicatrix eſt notoria iudici, & cuiuſcunque, poterit fieri condemnatio medicis adhibitis uel non.*
4 *Iudex ſemper debet mittere medicos peritiores in loco ad videndum, & referendum cum iuramento, an cicatrix ſit remanſura uel non.*
5 *Statuto puniente euidentem cicatricem, pęna illius*

illius statuti, an habebit locum in percutiente ĩ tibijs uel cruribus.
6 Medicus an unus uel plures sint adhibendi ad uidēdum an uulnus sit lethale, & cicatrix sit remansura.
7 Iudex eligens medicum imperitum ad uidendum an cicatrix sit remansura, si male referat medicus, an iudex teneatur in syndicum.

CICATRIX *& signum perpetuum erat remansurum, & non contentus predictis dictum Titium.*) Vide l.fin.ff.de nox.& ibi Flo.
qui dicit per illum tex.in ver. & cicatricū.
per illam distinctionem aut, quę debet po-
1 ni inter diuersa, q ibi vr probari posse † du
plicem esse cicatricem, vnam defomātē fa
ciē, aliā nō deformantē, pro quo est ēt casus ĩ
l.ex hac, ff.si qua.pau.fe.dic. ibi deformita-
tis.& ibi Flo.& sicubi p statuta auget pęna
pp cicatricem deformantem, non sufficit ĩ
quirere de cicatrice simplr, nisi addat defor
2 mātē &c.facit ff.de vsufr.l.locum, §.j. † Et
no.q cicatrix dr excęcans faciem, i. detur-
pans, & q̃ post sanatum vulnus remaneat,
vt j.q.accusatus.& Bal.in l.si quis in metal
lū, C. de pę.dicit q cicatrix est q̄dā scissura
apparens in exteriore parte cutis, ex quo se
quitur q p cicatrices, & signa dicuntur ho
mines dignosci, vt l.j.§.ff. de seru. fugi. de
ista cicatrice vide cōsi.do.Fran. de Alberg.
3 de Are. † Quæro dicit statutum q super ci
catrice nō possit ferri cōdēnatoria, nisi me-
dicis adhibitis, qui ita iudicent, & cicatrix
est notoria oculis iudicis, & cuiuscunq; me
dici sunt vel non sunt adhibiti, pōt tñ fieri
cōdēnatio, quia in notorijs iudex pōt sup-
plere ēt in facto, & ita dicit Bal. in l j. circa
4 prin.C.vt quę desf.aduo. † Et aduertas tu iu
dex ut semper mittas medicos peritiores ĩ
loco ad videndum iudicandū & referendū
cū iuso, an cicatrix sit remāsura vel nō, vt
no.Bar.ĩ proœ.ff.in prin.uer. itē no. q illis
&c.& ibi Cy.& Bal.in 3.col. & stabitur di-
cto medicorū, vt l.q semel, C.de re mil. Et
menti habeas q si plures haberi possunt in
loco medici, q non sufficit q vnus referat,
nisi plures haberi nō possent, vt in Aut. de
nō alie.§.q aūt.facit quod no.in l.j.ĩ prin.
ff.de ven.inspi.& l.q d.tñ.§.si arbiter.ff. de
sic.& idem dicēdū an vulnus sit lethale, an
mēbrū sit debilitatum, q no.de quo dixi s̃.
in verbo, vna alia pcussione, & hæc ēt not.
Bal.in c.j.in prin.qui mo.feu.ami.in verss.
quid est q ibi dr. & Spe ĩ tit.de baptis.§.fi.
in ver.& hoc quoq; no.facit l.quoties, C.de
pō.au.lix.Si tñ isti medici iniquè fuerīt ar
bitrati, & retulerint iniquē, ab eorū relatio
ĩne poterit appellari, vel ēt p iudicē q eos
elegerit, poterit eorū arbitriū corrigi ut est
casus sm vnū lec.& ibi Bar.Bal.& Ang. in
l.arbitrio, ff.q sati.co.& Imo.in l.si in prĩ.
ff.a quibus app.nō lic. Si autem in eorū rela-
tionibus discordāt, statur peritioribus.arg.
gl.c.vt veterū.9.dist.si sunt pariter piti, sta
tur his qui verisimiliora dicunt, vt l.ob car-
mē, §.fi.ff.de testi.ita dicit Bal.ĩ d.c.j.si nau
tem in omnibus sint pares, p reo capietur
snīa, vt l.fauorabiliores de reg.iur.ita dicit
Lud.in l.j.§.fi. de verb.obli. de quib.dic la
tius vt ibi per eum.

AVG. Tu aūt in hac materia de cicatri
ce uide d.Nel.in tra.banni.in 2.par. secūdi
tpis, q.52.qui eleganter loquitur. Et adde
quæ dixit Ang.in l.extat, ff.q met.cau.in j.
col.qui dicit q de cicatrice habemus tex.in
l.q̃rō, §.fi.de ædil.edi. & dicit q duplex est
cicatrix, quædam est euidens & periculosa,
quædam tecta a vestimentis, vt probatur
in d.§.fi.iunctis his q̃ dicuntur p Cy. in l.
j.C.de ædi.edi. quem ibi uide, per q dicit
5 Ang. † q si statutū punit facientem euidē
tem cicatricem, pęna illius statuti non ha-
bebit locū in pcutiente in tibijs vel in cru-
ribus q̃ calceis teguntur: vel in capite qd
caputio tegitur. Sed in eo qui infert cicatri
cē in vultu vel in manu, qm hæ partes cor
poris non sunt tectę, & omnibus euidenter
apparent videre uolentib. q no. Et de ista
cicatrice uide Ang.omnino in cōs.suo.144.
inci.super primo dico sententiam forte nul
lam.& ibi uide si dubium est an cicatrix sit
remansura uel non, non adhibitis medicis
quando sententia sit nulla, & uide ibi diffe
rentiam inter cicatricem & signum uitupe
rabile, & uide Ang.in l.si uenditor, §.1.ff.
de ædil.edic.& dixit domi.Catald. in tracta
tu syndic. q. 129. quod nunquam quis
potest condemnari de cicatrice, nisi ibi per
petuo sit remansura, & an opus est quod
medici hoc referant, licet millies reus hoc
confiteretur & non statur dicto unius me-
6 dici, nisi sit salariatus de publico. † Et in
quātum supra dictum est, quod medici de
beant adhiberi, an uulnus sit lethale uel

cicatrix sit remāsura, an vnus medicus, vel duo. Adde ea quæ late dixi s̄.in gl. q̄ inci. vna alia ꝑcussione et vulnere,ī j.add. mea, et aliqua pulchra dixi in gl.q̄ incip. ex interuallo dictus Titius,ī addi.mea.in q.2.q̄ inci.q̄ro quid si ex interuallo. Item in q̄tū s̄.tactū est,qn̄ medici et periti in arte inter se discordant, quid faciendum est. Adde tu dicta Spe.in ti.de prob.§.fi. ver.hic quæro, et Spe.in ti.de hom.§.j.ver. sed pone A. et ibi Io.An.et do.An.de Bu.in c. ꝓposuisti. extra de prob.et Bal.in proœ.Dig.q dicūt φ stabitur peritoribus. Si autem scientia et numero essent æquales, stabitur illis q fauorabilius deponunt, etiam si illi qui fauorabilius deponunt, deponerent negatiue, licet dicatur magis credi duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, est et gl.no.in l.diem proferre.§.si plures.ff.de arb.tamen hoc fallit in crīalibus vbi testes deponunt negatiue fauorabiliter.tex.est sing.cum gl.sua 71.dist.in c. cle. vel continentes, quem text.primo reuelauit Legistis Bal.in l.data opera,in pe.char.C.qui accu.non pos.& sequuntur.Mod.in l.j.§.fi.ff.de ver.obl.Et in hac materia adde quæ j̄. dixi in gl.quæ incip.interuallo dictus Titius,in addi.q.7.& Bal.aliter videtur loqui in c.j.qui.mo. feu. amit.Et tene menti quæ dixit Ang.in l.vti

1 que,§.culpa.ff.de rei ven.† φ si iudex elegit medicum imperitum,qui habet referre an cicatrix sit remansura vel non, & refert φ non,& male,& iudex eū sequatur, φ iudex in syndicatu tenetur,quia elegit medicum imperitum cum peritiorem possit habere, et idem dixit in l.φ si nolit.§.mancipium, ff.de ædil. edic.et intelligo medicum imperitū nō est medicus nouellus,vt dixit Ang. in l.j.§.pueritiam.ff.de post.et de illa gl.in d.c.vt veterum,facit mentionem Imo.in l. si vero.§.de viro.ff.sol.ma.15.col. et illum tex.cum gl.ī d.c.clerici. multū magni facit Abb.in c.cum P. Māconella. extra de accu. et do.Abb.in c.ex literis.extra de prob.

SVMMARIVM.

1 *Verba pluribus & pluribus percussionib. intelliguntur de quatuor percussionibus.*

2 *Verba, multis uicibus percussit, quomodo uerificentur & intelligantur.*

P*LVRIBVS & pluribus percussionibus & uulneribus percussit & uulnerauit in de-*

1 *xtra brachio,ex quibus.*)† Dic quod intelligitur de quatuor a percussionibus,nā vnū quodq; verbum, plurib.de per se importat pluralitatē,et sic ad minus duo,vt l.vbi numerus.ff.de test.ita dicit Bar.ī l.si gemina. in fi.ff.arb.fur.cęs.sed ꝓprius loqueremur si diceretur pluries percussit,q a tunc intelligitur de diuersis ictibus, ita dicit Bar. in d.

2 l.si gemina.ī fi.† Quid si dicatur multis vicibus percussit,dic φ etiam intelligitur, et verificari pōt ī dubio,et fauorabiliter ī pęna de duabus,vt no.Bar.in l.licet īperator. de le.j.per illū tex.in §.hoc rescriptū.ff.ad Sil.facit gl.Inst.de iu.ꝑs.§.fi.licet p̄dicta vera sint p̄nt verificari 140. vel maiori multitudine,vt est tex.ī c.latores,de cl.excō.mi.

ADDITIO.

a ¶De quatuor.*Adde & uide Ro.in consi.301. ubi quod si aliquis in capitulo dicat,quod Titius possedit ꝑ plures & plures annos,quod debet intelligi de quatuor,et si testis interrogatus super capitulo,respondeat quod possedit tēporibus in capitulo annotatis,φ debeat intelligi de quatuor mēsib⁹, ut saluetur a falsitate rationibus,de quib⁹ ibi ꝑ eū,& posset etiā adduci quod dicitur si fiat cōpromissum cū potestare prorogandi semel & pluries,quot uicibus possit prorogari de quo per Bal. in consi.299.& seq.in j.uol.per Lanf.de Brixia in trac.de ar.char.4.col.j.ubi quod poterit prorogari per duas uices.*

AVG.Tu aūt ī hac materia adde ea q̄ dixit Bal.in l.fideicō.§.si quis decē.ff.de le.3. qui dicit φ si q̄s in libello dicat se pluries percussum,φ intelligitur de duab. percussionibus,et hoc ꝑ illum,tex.et vide Ang.ī Aut.de tri.et semis.et φ sæpe.qui dixit,φ cum verba testis proprie dēant intelligi,φ si testis deponit φ vidit Caiū ꝑcutere Titiū pluribus vicibus,φ dēt fieri condēnatio de tribus ꝑcussionibus. Sinaūt dixisset de plurimis, tunc dēt fieri cōdēnatio de duob.q a dictio pluries,uerificat̄ ī duob. vt l. ubi numer⁹,ff.de tes.Et addē no.ī l.si post tres. ff. de cur.Et inquātū tactū est, q d cōp̄hendat̄ apellatione multorū.Adde no.in c.ad nr̄ā, extra de reb.eccl.nō alie.Et adde tex.cū gl.ī c.vidua.33.di.q tex.dicit, φ vidua est illa, q̄ patet multis,nā gl.ꝑꝑ illud verbū multis dicit φ opus est φ excedat numerū 40.ꝑso narū,& Al.de Ros.in j.par.stat.q.24.Adde gl.ī l.ij.ff.de le.j.& ibi ꝑ Doct.& ego latissime dixi ibi ī add.meis post Mod.dic.vt ibi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Membrum quod dicatur.
2 Digitus, an sit membrum.
3 Barba, an possit dici membrum.
4 Membrum aridum, an possit dici membrum.
5 Membri permutato, an fieri debeat propter membri sterilitatem & debilitatem.
6 Statuto imponente pœnam amputationis manus dextræ, si illa sit arida, an illa erit amputanda, vel sinistra.
7 Inquisitione dicente quod Titius Caium percussit in barba, cum barba accipiatur dupliciter, alio non dicto, non condemnabitur percussor tanquam percusserit in facie.
8 Digito debilitato, an dicatur debilitatũ mẽbrũ.
9 Digitus, an sit membrum.
10 Iudice condemnãte aliquẽ quod amputetur sibi manus, an intelligatur de dextra uel sinistra.

1 MEMBRVM *prædictum remanet debilitatum in dextero brachio.*) † Quid di
caẽ membrũ ad hoc ut dicamus membrũ
debilitatũ, & mẽbrũ dr̃ a metior, ris, qđ est
diuidere, & partiri, ẽm Hug. & sic membrũ
dr̃, quia corporis est pars, ẽm Bar. ĩ l. j. ff. de
pub. iu. vel ẽm Bar. Ang. & Im. ibi membrũ
ꝓpriè dr̃, ꝙ in corpore nr̃o hẽt ꝓpriam &
distinctã operationem, ut tãgit Arist. 4 me
taph. ad fi. vide oĩno Bal. in l. 3. C. de acc. in
ver. q̃ro hic, q̃d est membrum, & in ver. q̃ro
2 an pęna &c. † Quæro igiẽ primo, an digitus
sit membrum, nã vr̃ tex. in l. non sunt libe-
ri, coniuncta gl. ff. de sta. ho. ꝙ non, sed offñi
membri, dic ut ibi ꝑ Doc. & plene ꝑ Bar. &
Im. ĩ l. 2. circa fi. ff. de pub. iu. ꝓ hoc vr̃ cas⁹
in l. Offilius, ff. de ędi. edi. q̃a inter membrũ
& digitum poniẽ alternatiua, finalr̃ ibi Bar.
concludit ꝙ ꝓprie membrum est illud, &
sic ꝙ hẽat locum in statutis, qñ hñt diuersa
officia, vt pes ad ambulãdum, manus ad pal
pãdum &c. alia ãt q̃ coadiuuãt ista, vt digi
tus ꝓprie appellanẽ officia membrorum, nõ
aũt membrum, ẽm Bald. & Ang. ibi, nisi de
mente statuentis aliud appareat, ut puta si
statutũ dicit, si q̃s absciderit alicui mẽbrũ,
si mulier sibi abscindaẽ, q̃a si digitum absci
dit, silr̃ ei abscĩdeẽ ex relationib. qualitatũ,
vt l. nonnunq̃. ff. ad Tre. uel dic clarius ẽm
Bal. Ang. & Im. ĩ d. l. j. ꝙ sicut membrum ꝓ
priè dr̃, ꝙ in corpore nr̃o ꝓpriã & distinctã
hẽt operationem, ut tãgit Ari. in loco p̃alle.
sicut ẽt vr̃ in oculo q̃ est ad uidendũ, & ẽm
hoc ẽt viria dñr membrum, facit l. si q̃s ser
num, ff. de sic. & idem no. Bal. de membro vi
3 rili in l. 3. in fi 3. col. C. de acc. † Quæro, an
barba possit dici membrũ? rñdeo ẽm Ang.
& Im. in d. l. 2. ĩ fi. ꝙ hoc p̃t accipi duob. mo
dis, vno mõ ꝓ pilis, ut l. item apud Labeo-
nem, §. gñaliter, ff. de iniu. & hoc modo sum
pta non dr̃ mẽbrum, q̃a licet pili adhæreãt
capiti, tñ reuera sunt q̃d separatum à corpo
re, & nullã operationem hñt in eo. Scđo mõ
accipiẽ barba ꝓ mento, ut 10. col. de pa. ten.
& eius vio. §. si q̃s aliquem, & silr̃ non est
membrum, q̃a distinctã non hẽt operationẽ
in corpore, intelligitur ẽm eum, ꝙ non est
membrum instr̃ale, sed bene formale, quia
dat formã corpori, & sine illa parte corpus
esset deforme, imperfectum, ut l. si rem, §. j.
ff. de rei uen. uide Bal. in l. 3. C. de acc. in ver.
q̃ro quid sit membrum. Idem de labijs ẽm
eum in dicto loco, q̃a labia sunt ianua gut-
turis & palati, & idem iudicaẽ de ianua ꝙ
de anteriorib. ut l. si uitem, §. ad iannã, ff. q̃
vi aut clã. Idem dñt de dente, vt non sit mẽ
brum, sed existat intra membra, & non hẽt
ꝑ se operationem ꝓpriã, sed mediantib. alijs
4 membris, ut l. cui dens, ff. de ædi. edi. † Vtrũ
membrum aridum dicaẽ membrum? dic ꝙ
non quia non hẽt vitã membri, sicut nec o-
culus lymposus. si aũt hẽt vitã membri, sed
est sterilis, tunc dr̃ membrum, sicut dr̃ mu-
lier, licet sit sterilis, ut l. q̃riẽ, §. si de sterili, ff.
de ędi. edi. Ex quib. Ang. in d. l. 2. infert ꝙ
si quis debilitat alicui digitum, nõ dẽt puniẽ
ri de membro debilitato, nisi in consequen
tia manus esset debilitata ꝑꝑ digitum debi
5 litatum, de quo latius ĩ. dicã. † Et per p̃dicta
infert, an ꝑꝑ sterilitatem & membri debili
tatem dẽat fieri membri ꝑmutatio in alio,
de quo remittit ad no. per Doc. in auth. sed
6 nouo iure. C. de ser. fu. † Et sic vr̃ uelle, ꝙ si
statutum ĩponat pęnã amputationis man⁹
dextræ, ꝙ si illa sit arida, & nullã habeat vi
tã, ꝙ illa non debeat amputari, sicut si illã
non haberet, sed alia sit amputãda, & ut l.
2. C. ut ĩtra cer. tem. sed si dẽt aliqualem vi
tã membri, & sic ẽt vr̃ ibi sensisse Bal. Sed
Imo. ibi dicit, ꝙ imo vr̃ ex quo hẽt manũ
dextram, illa amputeẽ, arg. l. pe. ff. de pœ. &
ꝓ hoc facit ꝙ diciẽ in l. j. ff. ar. fur. cœ. quia
vitis arida an dicaẽ uitis ibi habeẽ, & ibi ui
de Bart. & similiter si statutum dicat ꝙ de-
beat manus amputari, sufficit illam ampu
tari, licet Cyn. contra in d. auth. sed nouo

iure. Sed Iac. & Bar. ibi tenent contrarium,
quia negari non potest, ꝙ q̃uis sit arida tñ
est ad corporis decorem, & vide Bal. & Flo.
7 in d. auth. Ex quo † Ang. infert, ꝙ si inquiri
tur cõtra Titium, ꝙ percussit Caium in bar
ba, cum barba dupliciter sumatur, vt supra
dictum est alio nõ docto, cum ruditer sit ꝓ-
bata inquisitio, non cõdẽnabit ꝑcussor tan
quã percusserit in facie, ita dicit quod de fa
cto vidit Berusij. Quod aũt s̃. dixi, ꝙ debili-
tato digito, nõ dicat debilitatũ mẽbrũ, esset
8 primo aduertẽdũ, † an digitus dicatur mem
brũ, & ut dixi s̃. lex vr̃ dicere, ꝙ nõ: sed offi-
ciũ membri, vt ff. de sta. ho. l. nõ sunt liberi,
in fi. & ibi Bar. & alij Doc. & ff. de ædil. edi.
l. Offilius. In contrariũ vr̃ c. p̃sbyterum, de
cler. ęgro. & in c. Thomas, de cor. vitia. quid
.n. si precioso pictori, vel scriptori pollex sit
abscissus, vel debilitatus certe tota manus
debilitata vr̃ l. idem Neratius, §. Iul. ff. ad l.
Aqu. ex quibus vr̃ inferri ꝙ largo mõ sum-
pto vocabulo, ĩ totu debilitato tali pollice,
vel simili, & manus siue membrum ꝑ conse
quens tanq̃ connexum debilitatũ esse vr̃, &
hoc si rigorẽ, vel asperitatem q̇s vellet seq̇,
verũ si q̇s vellet æquitatem seq̇ tunc iudi-
cio meo esset aduertendũ ad s̃. dictã distin-
ctionẽ, qualis esset ille digitus q̇ debilitat⁹
esset, nã si esset ille qui reddit quasi totã ma
nũ inutilẽ, tunc tenet tãq̃ membrũ sit debi
litatũ aliàs secus, vt patet ꝑ p̃dicta, ar. l. pecu
liũ, §. quadrĩge. ff. de le. 2. Et iõ isto casu tu
iudex hẽas iudiciũ medicorum, & in arte ex
pertorũ, cur stare dẽas, & scribi facias ĩ actis
vt l. 3. C. de re mi. li. 12. q̇ digit⁹ sit ille q̇ re
manet debilitatus. Et ꝑ cõsequens scire po
teris, an ex debilitatione talis digiti dicatur
manus debilitata, & etiã scribi facias in a-
ctis, an ꝑcussus sit scriptor vel pictor, vel si-
milis, vel non vt patet ex p̃dictis. Et de ista
mã vide Bal. in l. 3. in fi. 3. col. C. de acc. ubi
ẽt dicit ꝙ membrum genitale, q̇a hẽt distin
ctã operationem, dicitur membrum qđ no.

AVG. Tu aũt in hac materia adde, ꝙ Bal.
in ru. C. de indi. liber. dicit ꝙ homo hẽt 7.
mẽbra, s. pedes, tibias, coxas, inguẽ cũ vẽtre
cũ suis ĩterioribus, collo & capite ĩ quo est
facies, & dicit ꝙ ista appellãt membra maio
ra & sic Bal. ibi sentit, & in hoĩe aliqua sunt
mẽbra maiora, aliqua minora, cũ qua doctri
na possemus saluare oĩa supradicta. Sed A-
p̃lus recte locutus est de istis membris ad
Cor. j. c. 12. quem all. Ang. in l. publicorum,
ff. de pub. iu. & Bal. in l. data opera, C. q̇ acc.
in antep. col. & ibi Bal. d̃t ꝙ in corpore nr̃o
multa membra hẽmus, nõ aũt eundem effe
ctum hñt, & dicit ꝙ illa ꝓprie sunt membra
q̃ hñt in corpore nr̃o ꝑ seipsa principal̃r a-
ctum, vt manus, pedes, oculi, nasus & aures,
dum ergo Bal. ibi ponit oculũ ꝓ membro,
vel vasum, illa ꝓprie sunt parua membra,
& nõ maiora, membra, ꝑ ea q̃ s̃. dixi, & dicit
ꝙ mãmillæ mulieris sunt membrum, non
aũt mãmillæ hoĩs, q̇a mammillę mulieris
hñt officium suum, nõ aũt mãmillæ hoĩs.
Item genitalia hoĩs sunt membrum, & de
barba, & de labijs, an sit membrum, dicit co
gita, dicit tñ ꝙ digitus hoĩs non est mem-
brum. Sed debilitat membrum digiti muti
latio, per l. q̃rit. ff. de sta. ho. Sed aduerte in
9 ista materia ĩ q̃tum Doc. vñt dubitare, † an
digitus sit membrum, ꝙ Bar. in l. nõ sunt li
beri, ff. de sta. ho. dicit ꝙ si statuto cauet, ꝙ
si aliq̇s alicui aliqđ membrum amputauit,
ꝙ idem membrum sibi amputet. Mõ aliq̇s
abscidit alicui digitum, an puniri possit ex
forma statuti, & dicit ꝙ nõ, ꝑ tex. illum cũ
gl. q̇a digitus nõ est membrum: sed officiũ
membri, ꝑ tex. in l. Offilius, ff. de ędil. edi. &
dicit ꝙ iã semel de facto, fuit interrogatus,
& ita consuluit de facto, & licet Doc. hoc nõ
dicant. Adde ꝙ Bar. hoc cõsuluit ĩ cons. suo
196. ꝙ incipit, q̃ritur nunquid digit⁹ uocet
membrum, vbi concludit ꝙ digitus non est
membrum, & multũ se fundat sup illo tex.
in d. l. item Offilius, ff. de ędi. edi. vbi dr̃, ꝙ si
cui digitus abscissus sit, vr̃ q̇dem membri di
minutio, nã dicit ꝙ regula est, ꝙ vbi copu-
latiua orõ ponit inter diuersa, diuersa tñ
habet copulare, ꝑ gl. in rub. ff. de iu. falign.
Sed sic est ĩ d. l. idem Offilius, igit, nã dicit, si
ue ponat in vim disiunctiuæ, siue copulæ,
ꝙ habet intentum suum, q̇a necessario con
cludit esse diuersum membrum. Et dicit ꝙ
ita tenet Mar. Sil. & Odof. in d. l. non sunt li
beri. Et istã sñiam tenet Raph. Ful. & Sal. in
d. l. idem Offilius. Ang. vero in d. l. idem Of
filius, facit mentionem de doc. Bal. in auth.
sed nouo iure, C. de ser. fu. & ibi in d. auth.
Bal. ẽt approbat doc. Bar. ĩ d. l. 2. ff. de publ.
iud. q̇ limitando p̃dicta voluit ꝙ si de men-
te statuentis aliud possit cõiecturari, tũc ap
pellatione mẽbri ueniret digitus, & ẽt dẽs.
Puta qñ statutũ diceret, si quis abscinderet,
alicui

alicui membrum, ſimile mēbrum ſibi abſci
datur, quia ſi qs alicui abſcinderet digitū,
ſibi digitus tunc abſcindet. Et ita ēt voluit
Ang. in d.l. idē Offilius, approbās doctrinā
Bar. in d.l.2. & ſic ſemper Doc. ſecuti ſunt,
& magnifaciūt doctr. Bar. de qua doctri. ſē
per dubitauit, quia ſi in ſtatutis uerba pro-
prie dēnt capi, vt dnt Doc. in locis pall. quo
in iſtis odioſis extēdem⁹ hmōi ſtatuta con
tra regulā, odia. de reg. iur. Et nō credo ꝙ in
pūcto iuris poſſet ſuſtineri, ꝙ ſi digitus de
abſciſſus alicui, ꝙ ꝑꝑ ſtatutum ille digitus
dēat abſcindi. Adde ēt Alb. de Roſ. in q. ſta
tu. in 2. p. q. 24. quæ incipit, quid ſi ſtatuto
cauet ꝙ debilitās alium in mēbro, qui dicit
ēt ꝙ digitus nō eſt mēbrum, dicit tn̄ ꝙ ſi ex
debilitatione digiti debilitaretur tota ma-
nus, ꝙ cōtingit ſæpe ex debilitatione polli
cis, tunc locus eſſet pęnæ ſtatuti. Et hoc ēt
voluit Ang. in d.l.2. & de materia ꝑ Bal. in
c.j. de no. for. fideli. & tene menti ꝙ appella
tione membri intelligit de manu. Vn̄ ſi ſta
tutum dicit ꝙ amputaret alicui mēbrum,
intelligitur de manu, vt dicit Bal. in l. data
11 opera, circa med. C. qui acc. † An autem in-
telligatur de dextra vel ſiniſtra ſi iudex cō-
dēnat aliquē ꝙ amputetur ſibi manus, vide
omnino ꝑ Ang. in l. ab executore, ff. de app.
adde Mod. de materia in c. cū ex iniuncto,
extra de hær. Adde tn̄ ꝙ de materia ꝙ pro
prie dicatur mēbrū, habes recurſum ad di-
cta Bal. in publicorum, ff. de pub. iud. licet
pauci Doc. hēant, illā lect. qui Bal. allegādo
Bar. in tract. minoricarū, multū elegāter lo
quitur de naſo, ore, tibijs, capite, labijs, bar-
ba, dente, digito, & quid eſt mēbrum inſtra
le, quid formale, & quid de membro debili
tāto, an dens ſit mēbrum. dic qđ no. Bar. in
conſ. ſuo 101. & quid de manu, an ſit mem
brū. ibi vide ēt Bar. in cōſ. 167. qui ponit de
digito, an ſit mēbrū, & dicit ꝙ non, & ibi
dicit ꝙ ſi digitus ex ꝑcuſſione mutauit for
mā, ꝑꝑ hoc nō dr̄ ꝙ digitus ſit deperditus,
de oībus iſtis latiſſime poſuit materiam d.
Cata. in tra. ſynd. q. 134. & idem d. Catal. q.
161. dicit appellatione capitis continetur
collū, in ſtatutis etiam pœnalib. & all. Bal.
ibi vide. & vide do. Nel. in trac. bannit. in 2.
par. 2. temp. in q. l. j. & ibi qn̄ digitus dicat
mēbrū qd de mēbro arido, & de alijs mem-
bris, & vide in q. 62. in dubio quid cōtineat
appellatiōe mēbri, de quo mēbro ītelligat.

S V M M A R I V M.

1 *Defendere ſeipſum non tantum eſt licitū ſibi, ſed etiam cuilibet de populo licet defendere offenſum.*

2 *Defendens alium ſi uult euitare opiniones doctorum quid facere debeat.*

3 *Defenſo pro rebus, an ſic ſit licita ſicut ꝑ perſona.*

4 *Defendere conſanguineum an liceat.*

5 *Defendere offenſum, an quilibet cogatur q illū tueri poteſt.*

E*T dictus Titius ſe defendendo percuſſit di-*
ctum Caium cum uno cultello in manu dex
1 *tra, ex qua ſanguis exiuit*) † Aduertas quòd
non tm̄ ſibimet licet defendere, vt l. vt vim,
ff. de iuſt. & iu. & ibi Bar. & Bal. & alij. & in
l. ſcientiā, § qui cū aliter, ff. ad l. Aqui. & ibi
Flo. cū moderamine tn̄ inculpatæ tutelę, vt
l. j. C. vnde vi. & ibi gl. Cy. Bar. & Bal. & Sal.
ſed qualiter intelligatur iſtud, cum modera
mine, ſtatim j. dicā: Sed etiā cuilibet de po-
pulo licet defendere offenſum, vt elegāter
no. Bar. in l. ſi qs in ſeruitute, in fi. ff. de fur.
& in d.l. vt vim, in verſ. q̄rit gl. qd &c. ꝙ ibi
gl. & Cy & Pet. in d.l. j. C. vnde ui. facit opti
me tex. in c. dilecto, extra de ſen. excō. in vi.
2 ver. & quidem cum liceat. † Sed aduertas ad
tollendas omnes opi. Bar. cōſuluit in d.l. ut
vim. in d. ver. q̄rit gl. ꝙ ille tertius defendēs
faciat ſibi mandari ab iniuriā paſſo ꝙ ipſū
defendat ſe ēt acclamando & dicendo, ac-
a currite, *a* accurrite, adiuuate, & ſimilia ver-
ba, vt no. Bal. in l. j. C. vnde vi, & tunc defen
dendo ſm oēs, defendens non tenetur, arg.
l. Gracchus, C. de adul. qđ dicit Bar. eſſe no-
3 tādū in practica. † Quæro, an ſic ſit licita de
fenſio pro rebus meis ſicut pro perſona. dic
b ꝙ ſic, *b* vt l. 1. & ibi gl. & Doc. C. vnde vi. &
4 Bar. in d.l. vim. Quæro, an liceat defendere
conſanguineum. dic ꝙ ſic vt l. lex Corne. in
priu. ff. de iniu. & ibi gl. Bar. & ī d l. vt uim,
& Doc. īd. l. j. C. unde vi. Flo. ī d.l. ſciētia. §.
qui cum aliter. & Sal. in l. j. de rap. virg. ꝙ
eſt intelligendum etiā ſi mihi non mandat
per cōſanguineū meū, quia mea intereſt. l.
5 j. 2. & 3. C. de lib. cau. † Quæro, cum licitum
c ſit culibet extraneo *c* defendere quēlibet de
populo, vt ſupra dictum eſt, an q libet q po
teſt, cogatur adiuuare & defendere illū cui
infertur iniuria. Bar. & Doc. in d.l. vt vim.
dicunt ꝙ non, pro quo allegant gl. in c. quā
to de ſent. excom. & tex. in c. dilecto eo tit.
in vi. & eſt caſus etiam, & ibi Doct. in l. me
tum.

tum, §. sed licet, ꝙ me.cau. nec si ille potuit opē ferre & nō tulit, dr̄ te offendere, ut est tex. & ibi Bal. & Raph. in l. filio pater, ff. de leg. j. licet non p̄stando auxiliū cum possit & negligit videatur iniuriāti fauere, ac esse particeps huius culpæ, ita dicit ad literam tex. in c. dilecto, de sent. excom. in 6.

ADDITIONES.

a ¶Accurrite. *Adde Bar in l deuotum, C de met. li. 12 vbi quod si aliquis vult me expellere de possessione mea uel amici mei, quod vicini et peregrini possunt percutere volētem me expellere, & uide Pau. de Ca in cōs 194. in primo impressis, ubi quòd non permittitur defensio amici, nec uicinis, quando offensio est licita Ber.*

b ¶Quod sic. *Adde tu tex. in l. 4 §. 1 duodecim tabularum, ff. ad leg. Aqu. et Bal. in l. si allegas, C. de sic. adde tamen quod pro re nō licet occidere, sicut pro persona, quando res est ualoris à duobus aureis inf ita in specie Mathe. no. 135. & limita etiam ut per Bar. in fure nocturno: Item limita non habere locum in clericis, nec personis ecclesiasticis, quia non licet occidere pro defensione rerum suarum, tex. in c. suscepimus, extra de homic. et sunt verba Ias. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iu vide Frāc de Are. in cons. 8 o ubi quod pro defensione rerum non licet occidere, & si occidatur, puniatur quis de excessu, de quo etiam per Cep. in cons. 19. Ber.*

c ¶Cuilibet extraneo. *Adde tu & uide in glo. §. iuris pracepta. Insti. de iusti. & iu. per Mod. in c. 1. de off. deleg.*

AVG. Tu aūt in hac materia adde Bar. in l. prohibitum, C. de iu. fis. lib. x. qui dicit, ꝙ ibi vr̄ casus, ꝙ illi tm̄ possunt resistere insultanti, qn̄ eorum interest, dicit tn̄, ꝙ si sunt amici, insultatus pōt ipsos conuocare, & ēt sine conuocatione possent venire amici, & vicini, per l. j. §. igitur, ff. de vi & vi ar. dicit tn̄ ꝙ ad hoc, vt oppressis citius succurratur consuetudine inuentū est, ut oppressi exclament, succurrite, succurrite, ex quo vr̄ oēs audiētes cōuocare. Et de materia vide Inn. in terminis, q̄ ponit quid de cōsanguineis, & quid de extraneo, in c. si verò. lo j. extra de sen. exc. & ibi per Mod. & per gl. bonam, 23. q. 3. c. non est inferenda, ubi bonus tex. quæ gl. ponit, an cogatur quis defendere, & Bar. in l. metum §. sed & licet, ff. qd̄ me. cā, & vide Doc. in c. delicto, & dicit Bal. in d. l. vt uim, ff. de iusti. & iu. ꝙ ēt inimicum meū possum adiuuare, si est insultatus ab alio, & allegat istā rōnem, quia p̄p iniuriā quæ fit inimico meo, offenditur res publica, ergo q̄libet de populo potest propulsare illam iniuriā, & vide Bal. in l. raptores, C. de epi. & cler. qui dicit, ꝙ si adiuuādo consanguineū meum occidā aggressorē, ꝙ non teneor, & remitti ad no. in c. j. de pace ten. vide aliqd per Ang. in l. j. §. si serui, in fi. & in §. occisorū, ibi in §. si sibi manus, ff. ad Silla. Et oīno in hac materia adde pulchra verba Ang. in l. j. in j. col. C de rap. virg. qui dicit, ꝙ illa clamatio requiritur p̄p extraneos, qui veniāt ad adiuuandum, sed non requiritur in propinquis. Adde Bal. in l. j. §. si in eo. ff. ad Sil. Adde d. Abb. in c. olim, extra de restit. spol. Aliquid per Ang. in l. is qui aggressorem, C. ad leg. Corn. de sica.

6 *Statuto permittente vulnerato competente uindictam contra vulnerātem, an tale ius uindictæ possit alteri demandari.*

6 ANG. † Quæro, statutum permittit vulnerato contra vulnerantē competentē vindictam, an tale ius vindictæ possit alteri demandari. Bar. no. in Auth. de pace iur. fir. in §. iniuria, dicit, ꝙ non, & idē no. in l. ut vim, ff. de iust. & iu. Et prò hoc facit ęqua ratio, quia si statutum demonstrat specialem personam, a qua debet fieri vindicta, ergo ius specialiter concessum tali p̄sonæ, alteri cedi non pōt, pro quo facit tex. optimus, in l. seruus si hæredi, in ratione sui, ff. de sta. lib. facit quod notat Cy. in d. l. j. circa vlti. q. C. vnde vi. vide qđ no. Bar. in simili in l. j. in fi. cum l. qui viam, in prin. ff. de ope. no. nun. & l. Gracchus, C. de adul. & quod no. glo. in l. cum fundum, in fi. ff. de vi & vi ar. & dixi s̄. in glo. super verbo, che hai adulterato la mia donna.

AVG. Tu aūt in hac materia adde Ro. in l. si quis in graui, §. si maritus, ff. ad Sill. & Bal. in repe. l. j. C. vnde vi, in 15. col. & Bal. in l. accusationis, C. ꝙ me. cau. & Bal. in l. ad officium, post Cy. C. cōi diui. & Pau. de Ca. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matr. Sed aduertas, ꝙ Bal. in l. Gracchus, C. de adult. per illum tex. dixit cōtrarium, ubi pater qui pōt propria autho. occidere adulterum, pōt hoc mandare filio qui impune interficiet. Sed aduerte, quia pōt rn̄deri ad illum tex. ut rn̄det Bar. in l. non solum, §. si mandato, ff. de iniur. in versi. secundo q̄ro.

quia

quia verũ ꝙ non põt alteri demandari, nisi filijs. Sed adde Ro. in l. j. §. fi. ff. de ope. noui nun. qui pro opi. Bal. alleg. casum in l. metum. la grande, §. sed & licet, ff. ꝙ met. cau. Sed in hac materia non recedas ab opi. cõi. Nec obst. ille tex. alle. à Ro. quia late rñdeo in addi. meis quas dedi in d. l. 1. §. fina. ff. de ope. no. nunc. dic ut ibi dixi, & dixi s̃. in illa gl. che hai adulterato la mia donna.

7 *Defensio quando dicatur cum moderamine inculpata tutela.*

8 *Fugere non potens quin percutiatur ab aduersario, an licite possit aduersarium interficere.*

9 *Probari quomodo possit aliquid factum fuisse ad sui defensionem, & quomodo faciet articulos.*

10 *Articuli ad probandum quod fecit ad sui defensionem.*

11 *Præsumitur quis in discrimine vitæ cõstitutus, eoipso quod sibi terror infertur cum armis.*

12 *Probato quod cum armis fecisti insultum contra me, lex præsumit quod eram constitutus in discrimine vitæ.*

13 *Probato quod tu cum armis insultasti me, satis dicor probasse quod occidi te ad mei defensionem.*

14 *Coniecturis probatur quod quis fecerit ad sui defensionem.*

15 *Insultatum posse cũ armis offendere insultantẽ, intelligitur quando insultus factus fuit cum armis euaginatis.*

16 *Defensio satis est probata si testes dicant & deponant quod uiderunt Titium occidisse Caium ad sui defensionem.*

ANG. Dixi ꝙ licita est defensio cũ moderamine inculpatæ *a* tutelæ, quõo intelligã-
a tur dicta verba. gl. in l. j. C. vnde vi. multum laborat, sed Bar. ibi, & in l. furem, in fi. ff. de sica. dicit, ꝙ dr̃ inculpata tutela, qñ aliter se defendere non põt, ut est tex. in d. l. scientiam, §. qui cum aliter. & in dictis locis per d. l. lege. intelligit si aliter se defendere non põt sine periculo rerum siue personæ: vnde nõ dẽt pati ꝙ damnificetur in aliquo, si damnum esset irreparabile. aliàs secus, vt d.
8 l. furẽ. † Ex quo ẽt infert, ꝙ si non possem effugere quin me percutias, nisi te interficiã, licite possum te interficere, q̃a cum quælibet iniuria personalis sit maior quacunque reali, ut l. in seruorum, ff. de pœn. & ꝑꝑ realem irreparabilem possum te interficere, ut d. l. furem ergo fortius ꝑꝑ ꝑsonalem. facit gl. de resti. spo. c. olim. lo 1. ad fi. gl. fi. & extra de homi. c. significasti. de quo ibi oĩno vide, & istud etiã dicit Flo. in d. §. qui cum
9 aliter in prin. † Quõo aũt posset probari factum ad sui defensionẽ, de hoc habes gl. ordi. in cle. 1. de homi. in gl. 1. & ibi Pe. de Anch. q̃ vr̃ velle ꝙ necesse sit ꝙ articuletur & probetur ꝙ iste erat arctatus & angulatus ita & taliter, ꝙ neq; clamare, neque fugere, vel aliter se iuuare poterat, & per circunstãtias debebit hoc probare, q̃a in foro contentioso sibi asserenti non credit̃. Sed ẽt aliud articulare, & probare dẽt, uidelicet ꝙ nõ potuit cum suo honore, & saluatione euitare insultũ: alias imputaretur ei cur non euitasset, ut maius malũ euitaret, ut ff. ad l. Aqui. l. quemadmodum, §. si nauis alteram, & ibi
10 Flo. † Ex hoc infertur ꝙ ẽt dẽt articulare, ꝙ per illã aggressuram fuit in discrimine vitæ constitutus: tũc vr̃ ei statim licere aggressorẽ occidere, vt in l. is q̃ aggressorẽ, C. de sica. & ibi no. & Bar. in d. l. scientiã, §. qui cũ aliter. dicit facias articulũ ad probandũ defensionẽ cautè, q̃a nõ sufficit dicere ꝙ ipse fuit aggressus, vñ tu ꝑcussisti eum. Sed dicas ꝙ tu aliter te tueri nõ poteras: nec ab eo
b euadere *b* nisi cũ vi repelleres: qđ bene no.
11 † Et aduertas ꝙ qui ꝑsumitur in discrimine vitę cõstitutus eoipso ꝙ terror infertur cum armis, ita sentit notabiliter glo. in l. 5. ff. ad leg. Aqui. & ibi Bar. no. dicit in princ. ꝙ eoipso ꝙ probo, ꝙ aliquis ueniebat contra me cũ cultello, ꝙ ego occidi eũ statim, probata

ADDITIONES.

a ¶ Moderamine inculpatæ. *Adde tu an licitum sit cũ moderamine offendere Cardinalem pro tuitione corporis. Io. And. in c. fi. de pœn. dicit quod sic, & Ang. in l. ut uim, ff. de iusti. & iu. & quãdo dicatur fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, uide Cep. in cons. 42. & cons. 44. Bal. consi. 202. in 4. uol. vbi dicit quod defendens dicitur potius pati quam agere, & vide Alex. in cons. 109. in 1. uol. ubi ꝙ non requiritur necessario ꝙ testes dicant, quod aggressus non poteras euitare mortem, sed sufficit quod dicant quod non poterat euadere iniuriam personalem. & ibi allegat Bar. in cons. inci. Vanutius. & quod etiam sufficit si testes deponant de crudelitate licet in alijs non valeat dictum testis de crudelitate. B.*

b ¶ Euadere. *Adde & uide Ias. & Mod. in d. l. ut vim, ff. de iusti. & iu.*

probata est mea defensio, ut ibi est casus cũ gl. & hoc etiã tenet Bal. in l. 1. C. vnde vi. in lectura ordinaria illius l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aqui. & ibi ēt Bar. dicit, qñque ego percutio te anteq̃ me percutias, qñ es in actu percutiendi, tunc in dubio videor facere ad defensam, & hoc modo pōt intelligi ibi glo. qñq; quis est percussus, & tunc non licet repercutere ēt incontinenti. q̃a hæc esset uindicta, quia iã habita offensa euadi nõ pōt, nisi forte ꝑcuteret euadens alias offensas, quas aduersarius volebat infligere de nouo. Si vero non apparet q̃ per-
a cussio *a* p̄cesserit, dic vt non. in d. l j. C. vnde vi. Et hoc casu pōt intelligi qñ pręsumatur culpa in eo qui prouocauit. facit l. 1. §. cum arietes, ff. si quadr. paup. feci. dic. De hoc ēt vide Sal. in l. 2. C. de sica. In tñ ꝙ Inno. in cap. si vero, de sen. exc. dicit ꝙ sufficit probari ꝙ probabiliter dubitari poterat de offensione vt defendens se excusaret, ar. d. §. qui cum aliter. & l. sed & si q̃cunq; in prin. ff. ad leg. Aqui. & C. qñ lic. se si. iu. vin. l. 1. & d. l. is q̃ aggressorem qđ no. Et p̄dicta ꝓcedunt nisi sit miles insultatus à rustico, vel robustus à debili, ita ꝙ sine dedecore fugere non poterat, si occidat illum rusticum non punietur.
b quia vr̃ se aliter tueri non posse, *b* arg. ff. de condi. in sci. l. si filius & ita dicit Dy. & Bar. & Cy. & Ang. & Bal. in l. 1. C. unde vi.

ADDITIONES.

a ¶Quæ percussio. *Adde & uide Cep. in cõs. 41. ubi ꝙ habẽs plura uulnera præsumitur ꝙ passus fuerit aggressurã, alleg. Car. in cle. 1. de hom. B.*

b ¶Tueri non posse. *Adde quando quis teneatur fugere, & uide Bal in cons. 202. in 4. uol Cep in cons. 42. & d. Alex. in cons. 76. & cons. in 1. uol. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia, adde ꝙ in theorica & in practica melior decisio nõ pōt allegari quã decisio Bal. & Ang. in quodam suo cõsilio, ubi ambo in ciuitate Venetiarum consuluerunt & uictoriam obtinuerunt, quia captiuus euasit à pęna mortis ut de oĩbus istis fecit mentionem Ang. in l. is qui aggressore, C. ad legẽ Corne de sica. qui dixit ꝙ ibi erat tex. & gl. sing. no. q̃ coniuncto tex. tradit aduocatis formam practicãdi cũ volunt defendere accusatum p̄tendentes eum nõ debere puniri, eo ꝙ omnia fecit ad sui defensionem. Debere. n. articulare ꝙ accusator armatus ta'i loco & tp̄e cum talibus armis, insultum fecit & impetũ contra accusatũ, causa eum percutiẽdi cum dictis armis, tunc dictus accusatus uidens se sic insultatum, & in uitæ discrimine constitutũ eisdem loco & tp̄e vulnerib. in dicta accusatione descriptis, percussit accusatorem, & dicit, ꝙ ista est recta practicandi forma, q̃a te coarctas ad locum & tps, & vulnera in accusatione descripta, & ita te coarctando deducis ꝙ cum eras in discrimine uitæ constitutus per dictum insultum, tu percussisti & dicit ista practica est bona, qñ accusatus percussit post insultũ anteq̃ percuteret. Sed si accusatus fuisset primo percussus non licuisset ei repercutere ꝑcussorem nisi ꝓp timorem geminandę percussionis, & isto casu ista est practica articulandi ꝙ accusator armatus insultauit & percussit, & cũ se iterum ad percutiendum pararet, dictus accusatus dictum accusatorem percussit vulnerib. in dicta accusatione descriptis. Et hoc mõ habebis practicam ad defensionem q̃ aduocati nesciunt articulare, q̃a dicit Ang. Et ꝙ nesciunt eam concludenter deducere. Et subdit ꝙ non dēmus illud intueri, ꝙ insul-
11 tus poterat fugere. nam sufficit solum sibi ꝙ insultatus est, & ꝙ erat in periculo, & dicit ꝙ de hoc est casus in d. l. is q̃ aggressorem. & in d. l. proxi. q̃ hoc clarius probant q̃ aliqua lex q̃ sit in iure. Vñ dicit ꝙ non sentit illis tenentib. tenet̃ fugere, si fuga nõ est uerecundia sibi, q̃a nullo casu tenet̃ per has ll. cum sibi suffecerit esse in dicto discrimine. & alleg. Bar. hoc voluisse. & dicit ꝙ hoc putat uerũ & æquũ. Et dicit ista menti esse tenẽ. quia lucraberis multã pecuniã. Et sic mi-
12 rabiliter no. † ꝙ eoipso quòd ꝓbo, ꝙ cũ armis fecisti insultum contra me, lex p̄sumit ꝙ erã constitutus in discrimine vitę, & ista ēt approbauit Ang. in l. 1. C. unde vi. Tene tñ menti quòd ille q̃ primò percussit me, & insultauit, vr̃ habere animũ repercutiendi in dubio, & hoc optime ꝓbat Sali. in d. l. is qui aggressorem. & Bal. in l. vt vim, ff. de iusti. & iu. & dicit Bal. in l. 1. C. vñ vi. ꝙ hoc ẽ verum durante rixa, ꝙ ille qui percussit, vr̃ habere animum repercutiendi. Et nota ea quæ dixit Bar. in l. sed si quacũq; ff. ad leg. Aquil. qui dixit, ꝙ si occido aliquem veniẽtem contra me cum cultello, dicor fecisse ad mei defensionem. Plus dixit Bald. in l. lege,

lege,ff.loc.in addi. ꝙ si video inimicū meū
parantē se vt me offenderet, possum ego ꝓ
rūpere ad offendendū ipsum anteq̄ aggre-
diat̄ me. Sed istam doctr.Bal.nō puto verā
pro nunc,& gl.23.q.j.in summa, vult,ꝙ si
q̄s vim factā repellat potius p̄sumi dēt , ꝙ
cā defendendi q̄ vlciscendi hoc fecerit. Iu-
ra.n.multum ꝑsequunt̄ autorē rixæ,& illū
q̄ primo insultat aliū, adeo ꝙ Bal.in l.is q̄
aggressorē,C.ad l.Corn.de sic.dicit ꝙ ille q̄
est insultatus,in dubio lex semꝑ p̄sumit,ꝙ
q̄cq̄d facit faciat ad sui defensam:& ita di-
cit Bal.ꝑ illum tex.in l.j.§.cum arietes,ff.si
13 qua.pau.fe.di.†Ex quib.colligo q̄d eo ipso
ꝙ ꝓbo ꝙ tu cū armis insultasti me,satis di
cor ꝓbasse defensionē meam, s. ꝙ occidi te
ad mei defensionē,q̄a ego qui sum insulta
tus, habeo p̄sumptionē iuris pro me,ꝙ po-
stea ego insultatus quicquid facio,facio ad
mei defensionem , & hoc modo lex p̄sumit
q̄d insultatus erat in periculo, iuxta illud
vulgare. (Homo assaltato mezo ꝑso ò mor
to.) Vires.n.multomagis excellunt,& exce-
dunt in ꝑsona illius qui aggredit̄ alium, q̄
in ꝑsona illius qui aggressus est , q̄a insul-
tās est p̄uisus,insultatus vero nō. Et iō re-
cte uoluerunt doctores ꝙ cōtra insultātem
aliū,& autorē rixę ista p̄sumat̄.Et si diceret̄
ꝙ do.Ant.de But.in c.olim, in 18.col.dum
disputat istā materiā extra de resti.spol.di-
cit allegando Bar.ꝙ ad probādum defensio
nem illius qui occidit alium,tēstes nō dēnt
deponere ꝙ aliter euadere non poterat, sed
ꝙ aliter non poterat iniuriam defensare,ni
si illū ꝑcussisset.Et Bal.in l.j.C.de cōfes.cir-
14 ca med.dicit † ꝙ ad probandum ꝙ quis se
cerit ad suā defensionē, probatur per conie
cturas:& ita dicit Pet.de Anc.in cle.j.de ho
mic.& dicit ꝙ ibi est gl. quia intelligo p̄di-
cta militare ubi non apparebit quis primo
fuit ille q̄ aggressus est alium, q̄a tunc op⁹
est ꝙ ista probentur,sed vbi apparet de ag-
gressore, eo ipso ꝙ probo ꝙ tu in illo loco
& tꝑe quib.aggressus es me cum armis eua
ginatis,ego offendi te,probato insulto tuo
cū armis,licet in illo loco & tꝑe statim vul
nerauerim te,vel occiderim te,statim dr̄ ꝓ-
bari defensio mea, q̄a signū est q̄d ī illo lo-
co & tꝑe insultus erat in periculo vitæ vel
alicui⁹ iniurię ꝑsonalis ꝑ p̄dicta,dicat Bar.
quicquid velit in l.scientia,§.q̄ cum aliter,
ff. ad l.Aq̄l.quia expresse contrarium dixit
in l. sed & si quacunq;,ff.ad l. Aq. & in ter-
minis hoc dicit Pet.de Anc.ī cle.j.de homi.
qui dicit ꝙ gl. Accur.Ber.& Io. in decr.hoc
voluerunt,& sic no.tu, ꝙ in practica à glo.
15 nr̄a nō est recedendū.†Et hac intelligo ve-
ro qn̄ insultus est factus cum armis euagi-
natis, vbi āt q̄s aggress⁹ est me sine armis ,
sed cū pugno,& ego hēbam arma & ꝑcussi
eum, dic vt dicā j̄.in seq.q. q̄ incipit,quidā
insultauit me cum baculo. & hoc est quod
dixit Bal. in l.j.C.vnde vi.q̄ dicit ꝙ aduoca
ti volentes ꝓbare defensionem alicuius,fa
ciunt vnū articulum de arctatione loci,s.ꝙ
ille q̄ erat ita arctatus in illo loco , ꝙ alias
nō poterat euadere:nā dicit allegando Bar.
ꝙ hoc non est necessarium,q̄a sufficit pro-
bare insultum & terrorem armorum, quia
quicq̄d postea est factum, dr̄ factum ob de
fensam.licet Bal.in l.j.in fi.C.qn̄ lic.se sine
iudi.vindi. dicat ꝙ ille qui minatur mortē
alicui,pōt in ipso actu ab ipso occidi, quia
non debet expectare primo percuti, melius
est. n. occurrere in tempore q̄ post exitum
vindicare , & quia illata percussio non pōt
reparari.intelligo ergo ista, qn̄ ille erat in
actu percutiendi, quem cum difficultate il-
16 le poterat fugere. † Et aduerte,q̄a satis est
probata defensio , si testes dicunt & depo-
nunt ꝙ viderunt Titium occidisse Caium
ad sui defensionem,vt voluit Bar. in consi.
suo 5.quod inc. quidam Nassiolus. & de il-
lo consi.facit mentionem Salic.& eum ap-
probat in l.solam,C.de testi.quod no. sing.
Et de omnibus istis vide Sali.in l.1.C.vnde
vi.& vide do.Catal. in tract.syndic. q.197.
qui dicit in fi. illius quæstio. ꝙ probatur ꝙ
quis fecit ad sui defensionem, ēt per conie-
cturas:& alleg.Bal.ita dixisse in l.1.C.de cō
fes.Dicit tn̄ Rom.ī sin.suis primi anni, 26.
alle.Bal.ꝙ licet quis probet se occidisse Ti-
tium ad sui defensionem debet probare ꝙ
ad sui defensionem necessariam hoc fecit ,
& non probatur necessaria defensio, nō ob
tinet, & allegat Bal.hoc voluisse.

17 *Insultans modum excendens in se defendendo, ut puta, vulnerando, potuit se defendere, & tamen occidit, an puniatur de occiso uel de excessu.*

18 *Inquisitus potest probare per fratrem propriū ꝙ fecit homicidium ad sui defensionem, triaq; sunt quæ requiruntur in defensione.*

19 *Excedens modum in se defendēdo quando puniatur in tantum, quantum excessit.*

Defen-

20 Defensio qũo intelligatur fieri incontinenti.
21 Insultus factus fuit contra me sine armis, an possim me cum armis defendere.

17 ANG.†Aduertas ẽt quia s̃.dixi, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ꝙ si insultatus modũ excedit se defendẽdo, vt puta uulnerando, potuit se defendere, & tñ occidit, an puniatur de occiso. & dicas ꝙ debet puniri
a solum de illo excessu. *a* casus est sing. in l. si adulteriũ cum incestu. §. imperatores, ff. de adul. & C. co. tit. l. Gracchus, & hoc vult Io. And. in Spe. de homi. in rubr. & in c. significauit, de pœ. & remis. & Bald. in tit. de pace te. & eius vio. in vsib. feu. Qđ est verum qñ excessus est punibilis, vt in d. gl. ĩ d. c. olim. Debet ẽt talis se defendens articulare, & ꝓbare, ꝙ hoc fuit incontinenti, & non ex interuallo, quia aliter diceretur vltio nõ defensio, quę vltio non est permissa, ut no. in d. l. vt vim. Et dĩ fieri incontinenti, uel ex interuallo iudicis arbitrio, attenta qualitate iniuriæ & facti personarũ, vt l. 3. §. cum igit̃, ff. de vi & ui ar. Ac ẽt dẽt articulare & probare ꝙ ante factum, & non post factum se defendit, vt no. tex. de homic. extra in ca. significasti, & Bald. in d. l. j. C. vnde ui. uersi. extra op. ꝙ ante &c. intelligit̃ qñ esset tale factum, qđ reuocari non põt, nec in pristinum statum cõtraria via reduci possit, q̃a tunc incõtinenti post factũ licet, sed nõ ex
18 interuallo, vt d. §. cum igitur. †Et tene mẽti, & nunq̃ excat mentem tuã, ꝙ ẽt iste inquisitus põt probare per fratẽ ꝓprium, ꝙ fecit homicidiũ ad sui defensionem. ita dicit Bal. & Sal. in l. parentes, C. de testi. quia fiscus tractat de pœna & lucro odioso cum aliena iactura, igitur, vt l. si quis vxori, §. 1. ff. de fur. Quæro ergo quid importent dicta verba, cum moderamine &c. gl. & Doc. in d. l. 1. C. vnde vi. dicunt multa. Sed Bal. ibi in ver. q̃rit gl. in quo cõsistat &c. concludit ex d. gl. triplicẽ cõclusionẽ. Primo ꝙ in defensione requirat̃ factorum ęqualitas, ex quo sequit̃ ꝙ aggressus sine armis non põt vti armis, nec armis percutere. Scđo requirit̃ tp̃is vicinitas, vt dictum est. Nam vt simul fieri dicant̃, oportet vel simul fieri in ipso cõgressu vel successiue immediate uel quasi immediate, ut d. §. cum igitur. Tertio ꝙ talis & tãta sit expulsatio quanta est necessitas defensionis, hęc nãq; moderata defensio non plus faceret q̃ oporteat &c.

ADDITIO.

a ¶Illo excessu. *Adde d Fran. de Are. in cõs. 80. Pau. de Cast. in cons. 190. incip. in causa carceratorum. Pet. de Anc. in cõs 285. Bal. in cons. 430. in 1. volu. & cons. 102 ĩ 2. uol. & Fran de Are. etiam in cons. 34. & Cep late in cõs. 29. & d. Alex. in cons. 76. & in consi. 109. in 1. uol. & in cõsi. 24. & in consi. 136. in ij. uol. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde ꝙ vera est ista cõclo, ꝙ si insultatus modum excedit in se defendendo, punit̃ de excessu tm̃, & sic de quanto & non de toto, sic pœna extraordinaria punitur & nõ ordinaria, & hoc pulchre declarat Bal. in l. vt uim, ff. de iust. & iur. qui dicit ꝙ quis põt excedere modum, aut ex dolo, & tunc plus punitur, aut culpa lata, & tũc minus, aut leui & minus. Aut culpa leuissima, & hoc voluit Bal. in c. 1. de pace iu. fir. quia ille q̃ est in instãti periculo & pęna magna & metu, quicq̃d facit, non dĩ facere animo deliberato, quia motus dolore nõ est in plenitudine intellectus, & d. Bal. in d. l. vt vim, ꝙ ille q̃ est aggressus non põt habere stateram in manu, & iõ si excedit modum in se defendendo non punit̃ nisi in tm̃ in quantum excedit, & si extraordinarie punitur, & hoc ẽt voluit gl. 23. q. j. in sum. & Pe. de Anch. in cle. j. de homici. & But. in c. significasti, de homici. Et hoc expresse declarabitur per exẽplum j̃. In illa q. q̃ inci. quare Titius vulnerauit Sciũ, & statim aufugit. Tene tñ menti prædicta,
19 & tempera, † ꝙ verũ est, ꝙ ille qui excedit modũ in se defendendo, punitur in tãtum quantum excessit. Hoc verum si ex proposito excessit, secus si culpa sic insultatus fuit in dolo. ita reperio Pet. de Anc. hoc voluisse in d. cle. j. de hom. in fi. tertij notabilis, licet Bal. alleg. dixerit in d. l. vt vim. In dubio aũt non præsumitur, dolus, sed culpa in eo, q̃a faciendo actũ licitum excessit modum, ista est pulchra theorica Sal. in l. Gracchus, C. de adul. in illa q. qñ iudex torquendo occidit aliquem. Sed quis se defendendo facit actum licitũ, q̃a vim vi repellere licet, d. l. vt uim, ergo si excessit modum defendẽdo potius pręsumitur culpa quã dolus. Credo tñ ꝙ in dubio ista remittuntur arbitrio iudicis, qui diligẽter oĩbus cõsideratis indicabit, an ex culpa lata uel leui uel ex proposito, per doctrin. Bald. in d. l. ut uim, cogita.

†Adde

20 †Adde ēt inquantum tactum est, ꝙ opus
est, ꝙ incontinenti fiat defensio, qđ Ro. in
d.l.j.§.qui præsens, ff.de verb.obl.dicit, qđ
iura q̄ dn̄t, vim vi repellere licet, dummo-
do incōtinenti fiat aliqñ si fiat post sex mē
ses dr̄ incontinenti per decennium, puta si
vnus magnus dn̄s uel potens expellat vnū
inferiorem, nam licet ēt in decennio recu-
perare possessorem suum, & dicetur facta
incōtinenti. alle. Hugo. ita dixisse. 1. dist. in
§.ius naturale. de quo dicto facit festū Bal.
in l.fi.C.de his qui à nō dn̄o, de ista dictio
ne incontinenti, dic vt latissimè vltra oēs
Doc. dixi in d.l.j.§.qui p̄sens, ff.de ver.obli.
21 †Et in quantum s̄.dictum est, qūo dicatur
factum cum moderamine inculpatæ tute-
le, & dictum est, ꝙ si sine armis in me insul
tum fecisti, ego armis non debeo me defen
dere, & ita limita istam materiam, vt dicā
j.in sequenti gl.in tex. & additio. quia pōt
esse ꝙ defensio licita erit cum armis, licet si
ne armis in me insultū feceris, ut ibi vide-
bis. & de istis uide d.Abb.in c.olim. ext.de
rest.spol.qui disputat in quo cōsistat istud
moderamen inculpatæ tutelæ. Sed d.Ant.
de Bu. ibi latius disputat. Concludit tñ ibi
d.Abb. tandem ꝙ ista relinquunt arbitrio
iudicis. Et uide ea q̄ multum eleganter scri
psit Ro. in sing. suis primi anni sing. 4. qđ
incipit, an si quis excesserit modum.

22 *Insultauit me qu is cum baculo ego ne percute-*
rer, eum cū gladio feriui, uide mortuus est, quæ-
ritur an debeam puniri.
23 *Insultum fecit Caius contra Titium, a cuius fa*
cie poterat aufugere, non aufugit, imo Caiū per-
cussit, an teneatur Titius.
24 *Pisanus vel Perusinus qui sunt bellicosi, & q-*
bus esset verecundia aufugere, si fuerit insulta-
tus & fugere possit, an fugere debeat.
25 *Robusto uolente percutere debilem cum pugno,*
an debilis contra robustum poterit uti gladio.

22 ANG. †Ex his infert ibi Bald. ad q. Qui-
dam insultauit me cum baculo, ego ne per
cuterer cum cum gladio feriui, unde mor-
tuus est, quæritur, an debeā puniri. in quo
concludit ₰m gl. in d.l.j. videlicet aut insul
tatus poterat aliter quā cum gladio se de-
fendere, & tunc punitur, aliàs non, alle. no.
in l.2.C.de sic. In dubio autem cum fuerit
insultatus cū armis, quia fustes sunt arma,
p̄sumitur ꝙ sine armis se defendere nō po-
tuit. Et ēt Bal. ibi infert. pone quidam fecit
contra me insultum sine vllo gn̄e armorū
volens mihi dare vnam maxillatam manu
vacua. ego ne percuterer, gladio ipsum in-
teremi, an puniar. Et distixit, aut cōstat ꝙ
poterā aliter me defendere, & tunc teneor,
quia nō seruaui modū defensionis, sed vim
dictam assumpsi, aut constat ꝙ ego nō po-
teram euadere quin cum vituperio percu-
terer, & tunc licitè feci, nam si hoc licet ꝓ
rerum defensione, vt d.l.j. ergo fortius ꝑ ꝑ
personas & corpus nr̄m ꝙ dignius est, vt
l. in seruorū, ff. de pœ. aut dubitatur, & tūc
in dubio p̄sumitur ꝙ alia uia patuerit de-
fensioni inter pares. Sed si insultās esset ro
bustus, & ego senex, tunc p̄sumitur ꝑ ꝑ an-
norum inæqualitatē ꝙ nō potuerim aliter
me defendere, ₰m d.gl. vnde multæ circun
stantiæ sunt ponderandæ, vt ex p̄dictis pa-
23 tet. †Quærit Bal. in d.l.j. ver. pone quidam
fecit insultum &c. quidā cōtra me fecit in-
sultum, à cuius facie poterā aufugere, non
feci, imo eum percussi, an tenear. Et conclu
dit, aut uiolentia infertur circa res ad earū
occupationē vel destructionē, & non debet
quis fugere, quia fuga trahit secum pericu
lum circa res, vt l.j.§.si quis aūt, ff. de vi &
vi arma. aut circa personas, & tūc aut fuga
importat periculum salutis, quia inimicus
est sibi ad spatulas & terga vertendo de fa
cili posset vulnerari, & non dēt fugere, imo
salutē suam tueri, vt d.l. sciētiam, §. qui cū
aliter, ff. ad leg. Aqui. aut fuga importat pe
riculum honoris, & tunc idem ₰m Iaco. de
Are. quia quilibet honorē suū debet tueri,
& cum lucro p̄ferre, vt ff. si quis omis. cau.
te. l. Iul. Ex quo etiā Bar. ī d.l.j.C. vnde vi.
24 & ibi Cy. dicunt, †qđ si esset vnus Pisanus
vel Perusinus qui sunt bellicosi, & verecun
dia esset aufugere, ꝙ non debet fugere, se-
cus si eēt alterius patriæ, vbi hoīes nō sunt
ita bellicosi, quia non esset dedecus aufu-
gere, & tūc aut fuga periculum nō impor
tat, sed cautelā quandam, tunc dēt quis au
fugere, quia sibi nō nocet & alteri ꝓdest,
vt ff. de aqua plu. arcē. l.2.§ item nauis. Et
bene aduertendū est ꝙ illud quod dixi s̄. de
honore intelligitur ēt de leui, qm̄ leuis ho-
nor est curandus, facit ff. de iniu. l. iniuria-
25 rū, §. si quis de honore. † Quid si robustus
vtitur contra debilē tantummodo pugno,
nūquid debilis possit vti gladio, gl. in d.l.
j. dicit ꝙ sic, & idem tenet ibi Cy. Barto. &
Bal.

Bal.in versi.sed pone, robustus.

AVG. Tu aũt in hac materia adde in quã tum s̃.tactũ est: an si me insultasti sine armis, sed cum pugno, an possim te occidere impune cum armis. Aduerte ꝙ dico ꝙ possibile est ꝙ impunè cum armis possem te occidere isto casu, & dicor fecisse ad mei defensionem: & hoc est si accusatus probaret per testes, ꝙ ipse occidens alter non poterat euitare illum pugnũ: quia si aliter illã iniuriam non poteram euitare, nisi te occidam, hoc possum. & hoc colligo ex doctrina Bar.in l.furem, ff.ad leg.Cor. de sic. qui voluit, ꝙ si ꝓbo fecisse ad mei defensionẽ si interfeci te, probando, ꝙ aliter non poteram euitare illam iniuriam realem, nisi te interficerem, quia si pro reb. hoc licet, multò magis pro personis, & hoc est ꝙ dixit ẽt multum eleganter An.de Bu.in c.olim.extra de rest.spo. qui ipse examinat istam materiã, qui dicit, ex his apparet ꝙ Bar. vult, ꝙ testes ad probãdã defensionem nõ dẽnt cõcludere & deponere, ꝙ aliter euadere nõ poterat, sed ꝙ aliter non poterat iniuriam defensare, vel euadere illam iniuriam ꝑsonalẽ. Vñ si sum in vno angulo, vbi ꝑstrinxisti me, & uis dare vnã maxillatã mihi, & ita prope me eras, ꝙ cũ pugno poteras me percutere, nec poterã euadere ꝗn me percuteres, ego ne me percuteres capio unũ gladium quẽ habebã ad latus, & te percutio & interficio, tũc isto casu dicor fecisse ad mei defensionẽ per p̄dicta. Bene uerũ est ꝙ isto casu opus est, ꝙ ista probent̃ ꝙ aliter non poterã euadere illã iniuriã, nisi te gladio ꝑcussissem, ut dictũ est. & in hoc facio differentiã inter illũ casum, qñ tu insultasti me cum armis euaginatis, & hic occido te, ꝗa isto casu non opus est ꝙ ista probentur, sed sufficit ꝓbare, & articulare id qđ s̃. dixi in addi.in hac eadem gl.q̃ incipit, dixi qđ licita est defensio cũ moderamine inculpatę tutelæ, secus qñ occido in casu qõ. nostræ, quia opus est probare hoc per testes qđ dixi s̃. & hæc nota. Nec huic conclusioni obstat qđ ego dixi s̃ qđ ad hoc ut ꝗs dicatur non excessisse modũ, opus est qđ arma sint æqualia, pugnus cum pugno, si cum armis paruis & non inhastatis tantundem debet esse ex parte defendentis se, quia prædicta non militant ubi offensus esset ita coarctatus ab autorę rixę, & sic ab insultantę, quod nisi insultatus gladio se defendisset & percussisset illum autorẽ rixæ. licet aggressor arma nõ habuisset & uoluisset cum pugno dare sibi vnã maxillatã, aliàs insultatus nõ posset euitare illam iniuriam personalẽ, & hoc ꝓbatur ex his quæ s̃. manifeste decidi, & maxime ꝑ do.Bart.in l.furem. & melius in l.j.C.vnde vi.& do. Anto.de But. in d.c. olim. vbi do.Ant. ẽt multum eleganter disputat, an quis teneatur fugere, si est insultatus, ubi uide, & per Ang. elegãtissimè in l.is qui aggressorem, C.ad legẽ Cor.de sic. & per Ang.in l.j.C. vnde vi. & ibi per Sal. vltra omnes. & per Bal.in l.ut uim, ff.de iusti.& iure, & probat in l.1.C.unde vi.

26 *Insultatus an debeat expectare se percuti.*

26 ANG. † Quærit ibi gl. an debeat expectare se percuti, & rñdet qđ non, q̃ sequuntur Doct.ibi, & Bal.in uer.quęrit gl.utrum quis &c.quia melius est ante cãm vulneratam occurrere, q̃ postea remediũ quærere, vt l.j.C.qñ vnicuiq; se si.iu.vin.& l.fi.C.in quib.cau.in integ.resti.nõ est nece. Itẽ non est remediũ cũ nec reparari possit, ut C. de app.l.si quis.facit qđ no.Bar.ĩ l.5. in prin. & l.si ex plagis, §.tabernarius, ff.ad l.Aqui. & s̃.dixi. Quærit ẽt ibi gl. an debeat expectare aliquẽ actum fieri ab offendẽte, & gl. dicit qđ sic. debet enim expectare se insultari & armis, & clamore terreri, nec põt ꝑuenire omnia ista, quia qui primo incœpit rixam, ille est qui primo põt offendi, ut ff. ad l.Aquil.in d.§.tabernarius, & ibi Bal. & Flo.& ita dicit Bal.in d.l.j.vers.sed nũquid debeat expectare &c.

quasi robaria fuit commissa de rebus hære
ditatis ad filios banniti pertinentibus. sed,
ipse Alb.nō stat in ipsa opinione, quia alle
gat ꝙ rei hæreditarię non pōt dici commis
sa robaria sicut nec furtū, ex quo ī hęredes
non

non transit possessio sine apprehensione, &
hoc probatur in l.cum hæredes, ff.de acq.
poss. coniuncta l.hereditarii, ff.de acq. pos.
An autem prædicta militent qñ incontinē
ti & in flagranti crimine fit dicta spoliatio,
vide dicta Albe.de Ros.in d.q.ex cuius ver-
bis poteris habere decisionē, & certe in ista
9 materia placet mihi ista sua decisio.† Et te
nementi ꝙ si bānitus derobatur post mor-
tem, cum hæreditas non est adita, talis com
mittit crimen expilatæ hereditatis, vt dixit
Sal.in d.l.qui sepulchra. Dicit tñ Bal.in l.
de his, C.de fur.ꝙ talis nihilominus dēt fur
ca suspēdi sicut famosus latro. Sed Sal.ī d.l,
de his, reprobat Bal.ibi & Ludo.Ro.in l.ge
rit, ff.de acq.hær. dicit, ꝙ cum hæc quæstio
fuisset de facto, iudices secuti sunt opi.Bal.
ꝑꝑ auth.suam, sed dicit Ro.quòd opi.Bal.
non est vera de iure, & sic Ro. ibi reprobat
Bal.& bene, quia cum supportatione rōnes
Sali.concludunt contra Bal. & dicam infra
in vlt.q.in addi.meis, vltimo loco factis in
hac eadem gl. Et si recte ponderentur ver-
ba Albe.in d.q.ibi Albe. sentit & alia pena
datur expilatori hæreditatis, quòd alia pœ.
datur furi, seu robatori, & si statutū loqui-
tur de vno crimine, non infertur ad aliud,
& vide Pau.de Cast.in cōs.suo 31.in fi. qui
dicit limitando prædicta, ꝙ si bannitus qui
occiditur statim derobatur, hoc pōt fieri,
secus si ex interuallo ante q̃ deueniant ad
illos actus, & ibi cōcludit ꝙ casu quo quis
ante hæreditatem aditam committeret cri
men expilatę hereditatis, ꝙ ista est pena ex
traordinaria, & faciūt pulchre nota. ꝑ Bar.
a in cons.suo 173.*a* quod incipit statuto Ca-
stri plebis cauetur, qui ponit de statuto, ibi
vide an furtum dicatur maleficium perso-
nale, & bene faciūt no.ꝑ do.Catal in tract.
syndic.q.148.qui ponit, an corpus mortui
possit furari vel vulnerari, vel in delinquē-
tē habeat locū pœna furti, vel statuti ꝑ qđ
bannitus potest offendi, ꝙ poterit occidi,
& dicit ꝙ non, & vide do.Nellum in tract.
bannit.in 2.parte vltimi temporis, q.3.vbi
latissimè loquitur, ibi disputat an recte Al-
be.de Ros.in q.statu.s.allegata locutus sit,
10 ibi oīno vide. † Et adde in hac materia in
quantum dictum est, ꝙ fur si est manife-
stus, incidit in penā quadrupli, fur vero nō
manifestus ī duplū. Adde ꝙ cōtra istā doct.
tex.ī l.mācipia.C.de ser.fug. vbi fur nō ma
nifestus aliter punit, sed gl.dixit ibi, ꝙ erat
spāle ī illo casu, sicut est ēt spāle ī alio casu
ī l.Christianis, C.de pag.& ēt gl.Inst.vi bo.
rap.allegauit illam l.ibi in d.l.Christianis,
& gl.Inst.de obl.quę ex deli.in §.pena qua
drupli.Itē in q̃tum dictum est, ꝙ ad hoc vt
qs dicatur fur manifestus, non reqritur ap
pręhensio. Adde ꝙ de hac conclusione non
opus est allegare Doct.sed tex.in ꝓprijs ter
minis habemus Insti.de fur.in §.furtū, vbi
imperator diffinit ibi furtū manifestū a nō
manifesto, & in effectū cōcludit qđ fur dr
manifestus si fuit repertus cū re furtiua, vel
fuit visus ire cū re furtiua, & sic ibi tex.loq
tur ꝑ disiunctiuā vel, & ibi hēmus meliorē
tex.de iure. Itē circa intellectū l.interdū, §.
qui furē, ff.de fur.quare ibi illa pena dupli
vel quadrupli remittatur ex eo, quia duxit
furē ad p̄sidē, oīno vide dicta Sal.ī l.j.C.qñ
ciui.act.p̄in.cri.in vlt.col.vbi multū elegan
ter loquitur declarādo ibi illā gl in d.l.quę
11 allegauit d.§.q furē.† sed cōsidera quòd vr
quòd decisio d.Ang.hic sit falsa, in q̃tū vo
luit ꝙ iudices possint condemnare furē ad
furcas, & ad restitutionē rerum, qa in vno
& eodem libello nō possunt ciuilis & crimi
nalis intētari.d.l.j.sed vide ibi Ang.ī fi.mul
tū elegāter loquētē, q allegando d.§.qui fu
rem, dicit ꝙ dicet ciuilis vel criminalis non
possit intētari in eodē libello, tñ hñ pōt qs
in iudicio crīaliter accusari, & officio iudi-
cis petere restitui dāna & interesse & expen
sas, vt l.q crimē, C.qui accu.non pos.& l.ꝙ
euitandi, C.de cō.ob tur.cau.& l.pe.ff.de ca
lū.& l.medicos, ff.de var.& extraor. cog.&
in corpore, de q̄st.§.si vero aliqui. ī corpore
de mād. prin.§.si vero delinquētes, & ī cor
pore, vt litigantes iurent, §.& hęc quoq;, &
allegat ēt §.qui furē, & ita dicit ꝙ practicat
ꝙ in libello crīali cōcludit delinquentē ex
delicto cōdēnari & puniri ſm formā iuris,
& statutorū cū restōne dānorū, & interesse
& expensarū, & cum restitutione rerū abla-
tarū. Et adde tex.in l.si res.C.vi bon.rap.&
ibi gl.& Sal.& Doc.vbi ponunt & an cōdi-
ctio furtiua cōpetat contra heredem defun
cti. Et adde Mod.in locis s.allegatis per d.
Ang.vbi multum eleganter loquuntur.

ADDITIO.

a ¶Bar.in cons.suo.173.*Adde quòd aliàs est nu*
mero 188.Ber.

12 *Fures de iure mortui, an damnari debeant.*

12 ANG.† Et no. bene, ꝙ de iure nō reperio
a ꝙ pro furto qui dēat mori, *a* nisi fures craſ
ſatores, & inſignes latrones, vt l. capitaliū, §.
famoſos, & ibi Bar. ff. de pę. vel ſi eſt fur no
b cturnus, *b* & aľr nō poterā defendere, aut ꝑ
ſonam meā vel familię meę, vel bona mea
vel ēt furē diurnū, qui ſe telo defendat, & ſi
ne diſcrimine perſonæ meæ, vel familię de
fendere nō poterā, tunc licet mihi cū impu
ne occidere, ut eſt tex. & ibi gl. ī l. furē, ff. de
ſic. & in l. itaque, §. lex, ff. ad l. Aq. & ibi Flo.
& Sal. in l. ſi vt allegas, C. de ſic. ꝙ eſt verū
ſi immineret ꝑditio rei magnæ, ſecus aūt ſi
rei uilis, quia tunc mihi nō liceret occidere
furē, nocturnū ēt telo defendentē, imo nec
vulnerare, caſus eſt ſingularis & peregrinus
vbi hoc ꝓbatur, in l. ſi ex plagis, §. taberna-
rius, ff. ad l. Aqu. Pro quibus oībus & maxi
me pro craſſatoribus, & furib. inſignibus, iu
dex pati nō dēt aliquē aduocare quorū fera
& ꝑiculi ſui neſcia feruet inſania, l. ꝑ oēs,
C. de defenſ. ciui. Et ſic rľr de iure cōi pro
furto nō eſt pœna mortis, niſi uno caſu vi-
delicet, in l. pe. ff. de cōd. ob cau ſed forte il-
lud fuit de facto, vel forte ibi ſpeciale, quia
fur erat vilis perſona, ſ. ſeruus, uel dic vt ibi
no. Doc. & vno alio caſu, ſ. in Auth. de pa. te
nen. §. ſi qs quinq; ſolidos, ſed ibi dr̃ eſſe ſpe
ciale ꝑꝑ fractionē pacis, & alio caſu, qñ mi
niſtrator publicus, pecuniā publicā uel qs
rē ſacrā vel religioſā furto abſtulerit, q capi
tali pęna punit̃, vt eſt tex. Inſt. de pub. iu. §.
itē l. Iul. pecu. ſed de iure nouo fit mēbri ab
ſciſſio, ut ī auth. ſed nouo iure, C. de ſer fu.
ſed cōiter ꝑ Italiā vigent ſtatuta q̄ ſeruan-
da ſunt, vt notat ēt Bal. in d. auth. ſed nouo
iure, verſ. ſed adde, qđ furta & alia &c. Nā
vt plurimum ſtatuta dñt, ꝙ pro primo fur-
to fuſtigetur, pro ſcđo fuſtigetur & mitte-
tur vel bullet̃, pro tertio autem ſuſpendat̃.

AVG. Tu aūt in hac materia, adde ꝙ Gā.
in tract. malefi. ſub rub. de fur. & latronib.
vltra oēs diſputat iſtā materiā in ver. nunc
videamus, q̄ pœna ſit furibus imponenda,
& ibi dicit, ꝙ de iure cōi ſi fur nō eſt famo-
ſus, & clā furtum faciat, dicit ꝙ fuſtigatur,
vt in Auth. ut nulli iud. §. pe. & vide Doct.
quæ autē ſigna eſt in auth. ſed hodie, C. de
ſer. fu. Si aūt eſt famoſus, & tūc dēt ſuſpen-
di, d. l. capitaliū, §. famoſos, ff. de pę. Si aūt
palā quis furatur & eſt famoſus, tunc furca
ſuſpendatur, d. §. famoſos, ut ſunt derobato
res ſtratarū. Si autem palam delinquat dero
bando & non eſt famoſus, & tūc aut ſemel
tm̃ derobauit, & tunc punit̃ l. Iul. de vi pu-
bli. vel priu. ut Inſt. de pub. iu. §. itē, l. Iul.
Si aūt bis aut ſæpius, & tūc punitur furca,
vt l. capitaliū, §. trāſgreſſores, ff. de pœ. & di
cit hoc eſſe ſeruādū de iure cōi, & Rom. di-
cit tñ ꝙ de iure Lombardorum aliter fit,
q̄a pro primo furto fur amittit oculum,
pro ſecundo naſum, pro tertio ſuſpenditur,
dicit etiam in pe. col. ꝙ furtum aliter puni
tur, & tertio mō ꝑ l. Federici Imperatoris,
q̄a ſi quis quinq; ſolidos fuerit furatus la-
queo dēt ſuſpēdi, & ſic ut vides ꝑ tres leges
criminaliter furtum punit̃. Primo per leges
Romanorum. Secundo per leges Lōbardo-
rū. Tertio ꝑ l. Federici. Sed ſubdit ibi Gan.
hodie quas leges ſeruabimus, dicit ꝙ gl. or-
di. in c. j. de pace iur. fir. in §. iniuria ſeu fur
tum, dicit furtum puniri ſm̃ iura cōia, non
ſm̃ legem Lombardorum, vel dicit, dic qđ
hodie punietur ſecundum formam dicti §.
ſi quis quinque ſolidos. Sed dicit quòd ho-
die de conſuetudine, hoc non ſeruatur, qđ
fiat punitio per iura communia ſed fit ſm̃
leges Lombardorum, & hoc tam in Lom-
bardia quàm in Tuſcia, licet multæ ciuita-
tes ſuper hoc habeāt multa ſtatuta quę ſer
uanda ſunt & hæc Gan. Bal. vero in auth.
ſed nouo iure, C. de ſer. fug. dicit ꝙ hodie de
conſuetudine non ſeruatur d. §. ſi quis quin
que ſolidos, & hoc eſt verum, quia ſtatuta
ſunt hodie per totam Italiam aliter pu-
nientia furta, vide Doct. maxime do. Abba.
poſt gl. in c. inter alia, extra de immu. eccle.
in 11. col. & do. Catal. in tract. ſyndi. q. 139.
qui

ADDITIONES.

a ¶Debeat mori. *Adde tu quęſit pœna furti de iu re cōi & vide Cep in rep. auth ſed nouo iure, C. de fur. & iu conſ. ſuo 36. & conſ. 41. & ibi qua liter puniatur fur, qui ſubtrahit pecuniam com munis & uide Raph Ful. in conſ. 150. & 157. Alex. in conſ. 5 & in conſ. 135. in 1. vol. & in cō ſi. 113. in 4. vol. Pau. de Caſt. in conſ 350. in 2. par. in 2. impreſſis.*

b ¶Nocturnus. *Adde tu & uide Alex. de Imo. in conſ. 138. in 1. volum. Ber. & de hoc etiam per Alexan. in conſilio 141. 1. verſ. 4. non uidetur in 2. vol.*

qui ponit intellectũ d.§.si quis quinq; solidos. Adde tñ oĩno bonam gl.in c.1.de pace iura.fir. in d.§.iniuria seu furtũ.& Ang.in l.fi.ff. de fur. qui dicit ꝙ late posuit istam materiã in auth.sed nouo iure,C.de ser.fu. in repeti.Paduana.& uide Ang. in d.auth. sed nouo iure notabiliter loquentem in lectura sua.& Io.An.in add.Spe. in ti.de fur. in ru.& vide gl.23. q.3.§. si quis fortitudinẽ.Et in hac materia multa allegat Alb. de Ros.in d.auth.sed nouo iure. & multas decisiones allegat,& allegat bonũ tex.de iure cano. & ibi vide Doc. in c. tua nos,§.fi.ext. de homici. & vide qũo respondet ad illum tex. in quibus tñ casibus licet occidere furem, vide Ang.omnino in d.l.si ut allegas, & Doc.maxime do.Ant.de But in c.olim, extra de rest.spo.in 18.col.& Ang.in l.1.C. vnde vi. qui dicit ẽt ꝙ in his casib. in quib. dictũ est licere occidere furẽ, habet locũ si fu tũ erat magni ualoris,secus si parui, qđ dicit relinquendũ arbitrio iudicis. De materia vide aliqua per Pau.de Ca.in cons.170. in fi. An aũt prędicta militẽt qñ vnum furtum esset enorme,dicam j. in se.q.& ibi vide qui dicãtur fures latrones. Et qui dicantur famosi latrones.& Bar.in d.§.capitaliũ, melius per Ang.in d.auth.sed nouo iure.in reportatis Paduæ,& Ang.ĩ l.aduersus,ff.de sepul.vio.d.Catal.ĩ tra.syn.q.149.in illa q. vbi tractat materiam qñ fur in vna ciuitate fecit furtum,& in alia postea furatur.ubi vr̃ velle ꝙ pro multis furtis paruis non dr̃ famosus fur.Sed ad hoc ut dicatur famosus requiritur ꝙ cũ armis hoc fecerit,ibi uide.

13 *Furtum quãdo dicatur vnũ, & sic quãdo dicatur primum secundum & tertium furtum.*

13 ANG. † Nunc sumpta occasione aliquid de furtis dicamus ad statutorum declarationem.Et primo qñ dicar̃ primum,ẽm & tertium furtum. Rñdeo,vnũ furtum dr̃ ꝙ de vno loco vno contextu siue uno tempore fit, etiã si plures res furentur, tñ dr̃ vnum furtum ita dicit Bar. in l.eum qui,§.idem respondit,ff.de fur. & sic tanq̃ unum furtũ commiserit punietur,licet plures res sit furatus.Tñ singulariter dicit gl.in d.l.capitaliũ,§.famosos.ꝙ isto casu pro uno furto ueniam meretur a furca.& no.Bal. in d.auth. sed nouo iure.in uersi.ulterius quæro nunquid &c.quod est uerum ẽm Bal.nisi furtũ sit magnum,quod alias pręualeat pluribus furtis paruis,tunc licet statutum prohibeat furẽ suspẽdi,nisi pro tribus furtis. Iuridice tñ pro vno magno poterit suspendi, ita ibi dicit in ver.nota de pęna &c.& alle.l.si qs, ff.de excu.tut.& ẽt quia ꝑꝑ delicti enormitatem permissum est leges trãsgredi,ut no. Inno.in c.1.de constit.quod no quia ita semel practicaui Perusij dum ibi assiderem.

AVG.Tu autem in hac materia, adde ꝙ ista sñia Bal.mihi nõ placet, & si recte cõsiderãtur omnia iura quæ dicunt ꝙ fur furca debet suspendi, non habent respectũ ad quãtitatem furatam,& sic ad ipsum furtũ. Sed ad alia extrinseca,& ideo Bald.in auth. sed nouo iure, C.de ser.fug. in ver.vlterius q̃ro, nunquid plura furta in eodem loco & tempore dicit ꝙ statutum qđ punit furem furca pro tertio furto,ꝙ mens statuti est ut grauius puniat furem, ꝑꝑ consuetudinem delinquendi, & sic Doc. non habent respectum ad quãtitatem,sed ad animum delinquentis, hoc est ad iterationem delicti, ꝙ grauius punitur ꝑꝑ ipsam reiterationem, ut in furto dicit glo.de pa.iur. fir.§.iniuria seu furtum.& ita obseruarẽ si iste casus mihi obueniret de facto. Nec obstat doctrina Inn.in d.c.j.quia ista nõ est ita urgẽs causa ꝙ imponatur pęna mortis ubi aliàs imponi non debet,an sit unum furtum uel plura furta, uide Bar. in l.inficiando,§.infans,ff. de fur. Sed Bal.in c.j.§. furtum.in princ.de pace iur.fir. vr̃ velle ꝙ ꝓ primo furto enormi fur possit furca suspendi. & sequitur do.Abb.in c.inter alia.extra de immu.eccl. in x.col. quia ex causa licitum est transgredi leges & statuta, & ita econuerso consuluit Lud.Ro.in cons.suo 469. ꝙ si per statutum quis pro leui furto debet suspendi,tamen si iudici uidebitur, poterit iudex minuere illam pœnam statuti, & commutare in aliam pœnam minorem citra mortem.

14 *Fur alias passus pœnam primi, & secundi furti puta quia fustigatus mitratus uel bullatus, postea fecit tertium furtum, an pro isto tertio poterit suspendi.*

14 ANG.†Quæro,si aliàs fur passus fuit pęnam primi & secundi furti,quia fustigatus mitratus uel bullatus,postea fecit vnũ furtum qđ est tertiũ in ordine, an pro isto tertio possit suspendi,& vr̃ ꝙ nõ,quia pro primis tã punitus est,igitur &c. ut l.licet,§.1. ff.nau.caup.stab.& l.segatus, ff.de accu.In

contra-

a contrarium vr̃ ꝙ debeat suspendi, *a* quia in crĩe perseuerauit, igitur &c. vt l. seruos C. ad le. Iul. de vi publ. & in l. 3. C. de epis. aud. & l. capitalium, §. solent, ff. de pœ. & ita tenet Vbertus de Bobio. Idem credo si de dictis primo & secundo furto habuerit grãm à dño loci, quia priuilegium non meretur, q̃a concessa sibi abutitur potestate, 84. dist. c. vbi, & ff. de pecu. leg. & ff. de neg. gest. l. q̃ siue, & l. iudæos, & ibi gl. C. de iudæis. Et ꝓ hoc facit, quia prima furta fecerunt eum notoriè & manifestè furem, ut l. emptorem, in prin. ff. de actio. emp. Ergo ut publicus & manifestus fur põt furcis suspendi, ut d. §. famosos. Nam furta vel aliàs vel alibi commissa qualificant furtum factum hic, ut acrius puniatur & suspendatur: ita dicit Bar. in l. si cui, §. fi. ff. de accu. Et hoc etiam vult Bal. in auth. sed nouo iure, C. de ser. fug. in ver. sed dubitatur. Sed contrarium tenet Io. And. in add. Spe. in rub. de fur. & Sal. in d. l. seruos, dicit plus, ꝙ etiam furta & numerus furtorum hic commissorum, vt si statuto cauetur ꝙ pro tribus furtis suspendatur, & alibi commisit duo furta, & hic unum tm̃, tamen verum est dicere quòd tria furta cõmisit, & sic suspendetur, quod no.

ADDITIO.

a ¶Suspendi. *Adde quòd imo duo furta punita aggrauant tertium ita Ro. in cons. 236. ubi dicit esse tex. no. in auth. qui semel. limitat tamen ꝙ prędicta non procedunt, vbi de duobus primis furtis fuisset penitus absolutus, quia hoc casu nõ aggrauaretur tertium, & ibi ꝙ stante statuto quod notarius pro trina annotatione dicatur priuatus, quod si fuit bis annotatus & absolutus, qđ ꝓ tertia annotatione non priuabitur, & quãdo furta alibi cõmissa aggrauent tertiũ furtum in loco fori, uide Bal. in cons. 374. in 4. vol quod tertium furtum aggrauetur per duo alia furta praecedentia, uide Pau. de Cast. in cons. 350. in nouis.*

AVG. Tu aũt in hac materia adde Gãd. in tract. malefi. sub rub. de furibus & latronibus, in illa qõ. q̃ incipit, sed pone pęnam fore impositã furi ꝓ primo & secundo furto, qui allegando dictum Vber. de Bobio tenet ꝙ licet fur sit punitus ꝓ primo & secũdo furto, tñ pro tertio debet mori, quia lex dicit, quòd ꝓ tertio moritur, non ꝓ primo & secundo, & ibi etiam Gand. subdit illam aliam qõnem de eo qui alibi commisit duo furta & hic tertium an furta alibi commissa aggrauent delictum & in effectu concludit ꝙ non, & exclamat contra potestates ita feroces, qui pro furtis alibi commissis volunt punire furẽ in suo territorio. Ang. aũt in d. l. si cui, §. fi. dicit ꝙ de cõsuetudine seruat̃, qđ furta alibi commissa aggrauant delictum. Et de materia adde dicta Bal. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ꝑ Iac. de Bel. ĩ Auth. ut nulli iudi. §. si quis vero comprehensorum, & vr̃ esse de mente Bal. in auth. qui semel, C. quo & qñ iud. Adde Alb. de Ros. latius disputasse istam materiam in 3. par. statut. q. 39. Pe. de Anch. in cle. j. ext. de pœ. expresse approbat d. Bar. in d. l. si cui, §. fi. ff. de accu. & vide Sal. in l. 3. C. de epis. aud. Et in hac materia teneo ego opi. quam tenui s̃. in gl. in verbo (existens Flórentiæ,) in addi. j. q. & certè rigorosa est opi. Bar. dicit tñ do. Catal. in tract. synd. q. 149. quòd cum aliàs habuisset istam quæstionem de facto euasit furem, qui in alieno territorio alia furta fecerat, ut illa furta alibi facta non connumerentur in numero furtorum.

15 *Fur commisit furtum Florentia, furtum Bononiam portauit, an possit de tali furto puniri Bononiæ.*

15 ANG. † Quæro, quid si fur furatus fuit Florentiæ, & furtum huc. s. Bononiam portat an hic possit de furto puniri? Bar. posuit in plurib. locis istam suam opi. quę multos suspendi fecit, & q̃ ego semper secutus fui in practica, videlicet, ꝙ sic, & ita dicit in d. l. fi. abducta, C. de fur. & in l. sed nec, ff. de condi. fur. & in l. si dñium, ff. de fur. nam sicut mutatione dñij noua nascit̃ actio furti, ut d. l. si dñium, ita etiam mutatione territorij ad vindictã publicam, facit l. si furem, ff. de sta. ho. Sed cum casus occurrisset de facto do. Bononienses cõsuluerunt contrarium, qđ cõsilium ĩcipit, q̃dã scholaris &c. & mouent̃ ipsi his rõnibus. Primo ea regula vulgata, s. ꝙ ex assidua contractatione non nascit̃ noua actio furti, ut l. ei qui, ff. de fur. & ibi Bar. nõ ob. l. si dñium, quia ex mutatione dñij, tunc noua contractatione nascitur noua actio furti, quia in persona noui dñij nascit̃, in quem cadit furti diffinitio quæ est ut res aliena inuito dño non contractetur, sed in casu nostro non contractatur, nisi priore possessore & dño inuito, cui non

potest

potest nasci noua actio furti, vt d.l.ei qui. Tertio q̄a a dicta regula l.ei q̄ recedetur ex mutatione dñij, vt d.l.si dñium, ergo est casus exorbitans, igit̃ contra regulã non dẽt extendi ex mutatione territorij. Quarto ꝓ d.l.ei qui, non dat̃ parti ex assidua contractatione noua actio furti, ergo nec reipub. vt l.non solũ, §.quanq̃, ff.de iniu.& ibi Bar. Quinto fur nõ visus ad locũ destinatũ portare res, non est manifestus, licet postea mutato proposito alio res transferat & videat̃, vt l.3.cum l.seq.ff.de fur.ita in casu nr̃o ex mutatione loci noua actio nõ nascitur, nec persona mutatur, nec qualitas furti. Sexto põt adduci in Auth.vt nulli iu.§.si quis vero comprehensorum, vbi fit remissio ad locum delicti, quæ non esset necessaria si in loco in quo portauit furtum, posset puniri. Sed do.Fran.de Albergottis de Aretio solennis Doctor tenet opi.Bar. pro qua alle. l.inficiando, §.infans, ff.de fur. ita ẽt refert & tenet Anto.de But.in c.j.de rapt. & illud est tenendum & obseruandum, & maxime vt vitium furti non frequentet̃, & ẽt vt seq̄t Bal.in c.j.§.iniur.de pa.iur.fir.col.10. & in d.l.si abducta, & in auth.sed nouo iure, C. a de ser.fu.& pro opi.Bar.adducit d.Salustius de Perusi.eius nepos ex filia in d.l.si abducta, tex.in l.verum, in prin.ff.de mino.& in l.j.C.de noxa.& in l.3.in princ. ff.rer.amo. & gl.in d.l.de his, C.de fur.in quibus ꝓbatur ꝙ ex noua mutatione personæ, quia de seruo fit liber, & de vxore desinit esse vxor, tunc ex noua contractatione oritur noua actio furti, ita in casu nostro insurgit mutatio status furis ex mutatione territorij. Nõ obstãtes Doc.Bonon.allegatæ contra Bar. quia prima rõ tollit̃ ꝑ eundemmet Bar. q̄ regula d.l.ei q̄.non hẽt locum nisi mutetur a dñium, nec ẽt facit secunda rõ, quia negat̃ ꝙ lex q̄ dicit ex noua contractatione oriri actionem furti, sit contra regulas iuris. Imo dicit do.Salustius ꝙ est cõtra regulas iuris. Propterea põt extendi quantuncunque pœnalis, q̄a hoc facit lex antiqua, scilicet regula d.l.furti. Item tertio potest dici qđ nulla fiet extensio si respectũ hẽs ad vniuersum dominium quod est vniuscuiusq; ciuitatis, & in qua furatus est & in quã postea se contulit fur. nec ob. tertia rõ, nã nihil repugnat vt dicamus furtũ esse factũ q̄a facta est contractatio inuito dño, & tñ actio furti non datur sibi ꝑ ꝑ nouam contractationem, sed dat̃ reip. vbi furtum portauit cum ex illa noua contractatione nouiter offendit̃, cum regula sit ꝙ actio furti det̃ illi cuius interest furtum non fieri, ut l.manifestissimi, C. de fur. nec ob. no. in §.quanq̃, quia negari põt assumptum, quia vr̃ contra l.falsi.C. de fal. & Bal.tenet oppositum in l.fi.C.de fur. Nec ob. quinta rõ, quia tollit̃ ex eleganti doctrina Bal.in d.§.iniuria, de pac.iur.fir. Nec ob. §.si quis vero comprehensorum, quia põt dici ꝙ non habeat locum in fure, qui nouiter contractasset, nã à iudice loci in quo est facta noua contractatio non põt peti quod fiat remissio inuito suo iudice nouiter offenso cum ipse velit ex delicto cõmisso in suo territorio punire. Sed in §.si q̄s uero, in secũdo loco nullum delictum commisit, merito dẽt facere remissionem ut puniat̃ ꝑ indicẽ quem offendit. Et tñ bene aduertas qđ ꝑdicta ꝓcedunt si huic apportaret rem furatã, secus si apportaret eius pretium, q̄a de dicto pretio non dr̃ committere furtum, nec tenetur furti, ut est tex.& ibi no.in l ꝑ nias, §.fi.ff.de fur. quod singulariter no.

AVG Tu autem in hac materia, a adde quòd in quantum opi.Bar.esset vera, tamẽ primo limitatur vt procedat si intermedio conditio furis mutata fuerit, quia de seruo liber fuerit in itinere. Ita limitabat Ang. istam materiam ĩ d.l.si dñium. Aliã limitationẽ dabat. Ang.in l.si dñiũ, vt opi.Bar. ꝓcedat si in ipso initio fur fuit ꝓpositi, vt in aliũ territoriũ se transferret suę securitatis cã exemplũ ponit. Pone in subtrahentibus in

ADDITIO.

In hac materia. *Adde tu vltra ea quæ ponit hic dictus Augusti. quòd ꝓ opinione Bar. facit quod voluit Spe.in ti.de compe. iud.adi.§ 1. ver. sed quid si Lucanus, & sequitur Pau.de Ca. in cõs. 471. incip. viso casu proposito, in nouis ubi quod si fur res furatas exponat uenales prope aliqđ cæmiterium quod ratione mutationis territorij dicitur sacrilegus, & confugies ad ecclesiã potest extrahi, adde tamen quod Fulg. in cons 148. refert pluries consuluisse contra Bar. ubi vide, & adde quòd Bal.in cons.152, in 1.uol. dicit opi Bar. de iure veriorem, licet de facto non seruetur & uide Cœp. in cons. 59. in pen. col. qui etiam tenet cõtra Bar. Ber.*

in cōfinibus Bononię,ut transferant se Fer
rariā,ibidē ergo maleficium cōsummabit,
vñ ibi poterit pnniri,& ꝑ rōnes suas cōclu
dit ita Ang.ibi.Tertio lĩtat ibidē Ange.ut
opi Bar.ꝓcedat qñ in initio furti actio nō
est nata,& ita ī his casibus poterit procede
re opi.Bar.aliàs secus.Itē quarto addit aliũ
casum vt opi.Bar.procedat,vt si furtum est
factum Bononię bãnito,qui ₰m formā sta
tuti licite pōt offendi,nā si fur se transtulit
Ferrariā,ibi puniri poterit,postq̃ Bononię
puniri nō poterit obstãte statuto. Itē adde
aliā limitationē q̃ tradit Ang.in l.si abdu-
cta,C.de fur.vt ꝓcedat opi.Bar. in vagabũ
do fure,q̃a scriptũ est,vbi te inuenero, ibi
te iudicabo,ut l.j.C.vbi de cri.agi opor.Idē
& sexto restringitur opi.Bar.ut procedat si
16 fur ꝓteget iurisdictionem iudicis. † Vnde
dicit si eris assessor ne possis conueniri tꝑe
syndicatus, si uides ꝙ expediat reipublicæ
vt suspendas furem repertum cum re furti
ua alibi derobata ne dãnum possis pati,fa-
cias ꝙ fur ꝓroget iurisdictionē, per l.q̃ro.
ff.de sol.& l.j.ff.de iud.& hoc dicit Ang.in
in d.l.si abducta.& ibi ēt Ang.facit mētio-
nē de illa lĩtatione q̃ s.dixi,ut opi.Bar. ꝓ-
cedat,qñ fur mutauit conditionē ꝑsonę in
itinere.Itē sexto loco restringas opi.Bar.vt
opinio sua ꝓcedat,qñ fur fuisset īuētus cũ
re furtiua:puta,q̃a Florētiæ fecit furtũ, &
hic Ferrariæ inuenitur cũ furto.Secus si rē
vēdidisset postea Bononiæ,& hic Fer.fuis-
set inuentus cũ p̃cio,q̃a in isto p̃cio hic Fer
rariæ,nō cōmittitur furtũ,q̃a in re sua fur
tũ nō cōmittitur,ꝑ l. pe.ff.de cond.ob tur.
cau. singľr dixit Bal. in l.j.C. de confes.in
12.col.ꝙ tene menti.Item septimo intelli-
gas dictũ Bar. ꝓcedere si fur,q̃ furatus est
Florētię,& uenit Ferrariā,ut possit hic Fer
ra.puniri, hoc verũ si fecit hic Fer.residētiā
ꝑ spatiũ vnius diei, aliàs nō poterit hic pu
niri,ita dicit Bal.multum singľr in l. q̃ fu-
rere,ff. de sta.ho. per l.qui destinauerat, ff.
de fur.Et ita dicit ꝙ intelligi dēt opi. Bar.ī
d.l.si dñium.aliàs secus.ꝙ no.Octauo repe
rio Rap.Fulg.in l.siue manifestus,§.tãdiu.
ff.de cōd.fur.dicentē,ꝙ opi.Bar.nō ꝓcede-
ret tanq̃ iniqua,si hoc Ferrariæ foret statu
tũ ꝑꝑ ꝙ pro leui furto eēt imposita pœna
mortis,nā tũc dicit,ꝙ op.Bar.tanq̃ iniqua
nō est sequēda, q̃ no.quia alibi pulchre ita
collecta nō reperies, sed q̃a multoties uidi
reficiari ī dubiũ an opi.Bar.sit vera vel fal-
sa omissis his fallentijs scribā, ꝙ scriptũ re
perio ī hoc passu terribili,dico passũ terri-
bilē,q̃a hæc opi.sua,vt dicit d.Maria.ī c.1.
de rap. fecit suspēdi decē milia hoĩũ, & id
ꝙ dixit ipse Bar.ī d.l.si dñiũ,approbauit ēt
in l.ei q̃ furti,ff de fur.in fi.& Bar.in l. sed
nec legatarius,ff.de cōdi.furt.& Bar. in l.si
abducta,C.de fur.Bal.vero ₰m d.Io.de A-
na.ī c.fi.ext.de fur. sēper vr̃ approbare istā
opi.Bar.nā Bal.tetigit istā difficultatē ī plu
ribus locis,& maxime ī c.j.§.furtũ, de pac.
iu.fir. arguit ꝓ & cōtra in hac difficultate.
Tãdē vr̃ approbare opi.Bar.& Bal. in l.cun
ctos populos,C.de sũ.Tri.& fi.cat.ī 17.col.
& Bal.ī auth.sed nouo iure,C.de ser.fug.in
ver.vlterius q̃ro nunq̃d plura furta.Idē fe-
cit Bal.ī l.q̃ fur.ff. de sta.ho. Idē dixit Bal.
in l.j.C.de cōfes.in 12.col.& seq̃t opi.Bar.
ipse Bal.ī l.sed nec legatari⁹, ff. de cōd.fur.
& Bal.in l.si abducta,C.de fur.Et aduertas
q̃a licet Doc.allegēt Bal.semꝑ secutũ fuis-
se opi.Bar.Tñ ut j̃.dicā,allegabo Bal.nō ī-
distincte approbasse opi.Bar.Frã.de Are.te
net ēt opi.q̃ tenet do.Bar.ꝑ l.inficiando,§.
īfans,ff.de fur. & ipsũ refert d.An.de Bu.ī
c.j.ext.de rapt.& istā sñiam tenuit ipse do.
An.de Bu.in c.fi.ext.de fur.& licet pro hac
sñia solcat allegari, ꝙ hoc ēt affirmauit d.
An.de Bu.ī c.j.ext.de rap.Dicatis,ꝙ hoc ē
falsũ,imo ibi d.An.de Bu.hoc non affirma
uit,sed dicit ꝙ in ista q̃st. sũt opi. īter Legi
stas, & hoc relinquēdũ est Legistis, & sñiā
Bar.est secutus ēt Pe.de Anc. ī d.c.fi.ext.de
fur.& licet Doc. nō allegēt d.Pe.de Anc.in
cle.j.ext. de pœ. approbauit ēt dicta Bar.in
d.l.si dñiũ,& hoc fecit ī 17.no.sed pōdera,
quia d.Pet. de Anch.ibi ꝓprie nō infert ad
q.nr̃am d.Io.de Ana.ēt in c.fi.ext.de fur.re
fert d.Pe.de Anch. in suo reper.sub rub.de
fur tetigisse istā difficultatē,sed ibi ēt nihil
affirmat,sed bñ hoc affirmauit d.Pe.de An
cha.in l.q̃ furere,ff.de statu ho.in reporta.
iuris ciuilis. d.cōte.in d.l. q̃ furere,& in d.
l.sed nec manifestus,tenet illā opi. ꝙ vbiq;
ipse fur pōt suspēdi,& all.Ia.d̃ Are.hoc vo
luisse,ī d.si dñiũ,& ita refert Io. de Ana.in
d.c.fi.ext.de fur q̃ dicit, ꝙ Pau.de Ca.ī d.l.
sed nec legatari⁹,ff.de cōd.fur.tenet ēt opi.
Bar.ī collectis,quas hēt,& sñiā Bar. appro-
bauit ēt Raph.Ful.in d.l.si abducta.& ī d.l.
sed nec legatari⁹. Tēperabat tñ hoc verũ si

pœna erat correspōdens delicto in scđo loco vbi fur fuit captus, q̱a si pro modicis florenis quis dēt suspendi, non seruaret opi. Bar. & ita dicit, ꝙ consuluit cum semel iste casus Feltri occurrisset, & dicit Ang. in d.l. si dñium. ꝙ opi. Bar. per multos assessores obseruat̃, & Ang in l. de his, C. de fur. ĩ lec. Florenti. dicit ꝙ fauore publicæ vtilitatis, opi. Bar. approbatur. & Ang. in lec. Perusina, ĩ d.l. si abducta, dicit ꝙ vidit sæpius practicari opi. Bar. & multos ad furcas deduci. & Ang. ĩ l. si abducta, ĩ lec. Paduana dicit, ꝙ assessores seruāt opi. Bar. tanq̃ vtilē reipu. Et dicit d. Fl. in d.l. si abducta, ꝙ assessores tenēt opi. Bar. pro Euāgelio. Et aduerte, qđ licet ista allegētur pro ista opi. Bar. tñ reperio, ꝙ multi tenuerunt cōtra opi. Bar. & melius, nā Franc. Tigri. tetigit istā difficultatē in l. q̱ vas, ff. de furt. in §. fi. & ibi exp̄sse tenet contra Bar. & ita ēt eū refert do. Io. de Ana. ĩ d.c. fi. ext de fur. cōtra Bar. ēt tenuit Ray. de Forl. Doc. ꝓfecto maximæ autoritatis, per tex. in l. j. §. fi. ff. de noxa. & ꝑ l. de his, C. de fur. & ita eū refert Lud. de Cortesijs de Padua in suo reper. in verbo, furtū, ĩ prin. & istum ēt refert do. Io. de Ana. in d.c. fi. extra de fur. & licet ipse do. Io. de Ana. crediderit allegare oĩa, q̃ pñt adduci in ista materia, in d.c. fi. addatis ꝙ Ang. ĩ l. si is q̱. in §. cui rē, ff. de fur. qui summando illum tex. dicit, ꝙ mutatione dñij cōmittitur nouū furtū, noua cōtractatione secuta, dicit ꝙ hoc est verū rōne interesse dñij cōmissi in ꝑsona scđi dñi. Et dicit ꝙ ista rō cessat cū locus & territorium mutat̃, q̱a non mutatur dñium, quia interesse nunquā renouatur, & iō dicit ꝙ opi. Bar. in d.l. si dñiū, nō est vera. Et certe ille tex. multū destruxit opi. Bar. & iō recte Ang. ĩ d.l. si dñium. dixit ꝙ ista opi. Bart. de rigore cōiter reprobat̃, & iō Ang. in d.l. si abducta, in lect. Paduana, ꝑ multas rōnes dicit ista verba opi. Bar. salua eius reuerentia nō pōt sustineri. Et licet Doct. allegent semper Bal. tenuisse op. Bar. Tñ allego Bal. quē Doc. nō referūt, nec allegant nec viderunt in lectura sua q̃ pauci hēnt super ff. nouo. q̃ lectura parua est, q̱ cōmentauit certas leges. Nā Bal. in d.l. si dñium, dicit ꝙ licet opi. Bar. seruetur de consuetudine, tñ sua opinio vr̃ esse contra tex. in c. j. ext. de rapt. & dicit, ꝙ opinio sua non potest saluari nisi in duob. casibus, qñ ille q̱ furatus est Bononiæ furtū fecit vni bānito, & sic actio furti non est nata ibi, & postea venit Ferrariā, & hic reperitur, vel ēt alio casu, qñ furatur in confinib. Bononiæ, vt furtum portet in ciuitatem Ferrariæ, & hic Ferrariæ reperit̃ cū furto, aliàs opi. Bar. nō est vera, & sic Bal. ibi indistincte nō approbauit sñīam Bar. & ꝙ opi. Bar. nō sit cōmunis opin. no. dom. An. de Bu. in d.c. j. extra de rapt. dicit ꝙ de hoc est opinio ĩter legistas, imo ꝙ fortius est d. Ab. ĩ c. j. de rap. dicit ista verba formalia, ꝙ cōis opi. Doct. vsq; ad tꝑa Bar. fuit ꝙ fur repertus hic Ferrariæ cum re subtracta nō possit hic Ferrariæ puniri, licet Bar. tenuerit cōtrarium in d.l. si dñium, pro qua opi. dicit ꝙ multi & multi sunt suspensi. Quinimo dicit ꝙ Moderni adhuc dñt, qđ de stricto iure illa opi. Bar. non procedit. & rñdit ad d. §. infans, q̱ adijcit qđ ille § de necessitate non concludit. & dicit qđ ultra nō ꝓcedit, q̱a opin. est periculosa. Et iō recte dixit Flo. in d.l. si abducta. qđ licet assessores obseruēt opi. Bar. tñ ipse arguit cōtra Bar. fin̉r dicit ꝙ dubiū est argumētabile, vñ dicit tene ꝙ uis. Sal. vero ĩ l. siue manifest⁹, §. j. ff. de cōd. fur. tenet exp̄sse cōtra Bar. in d.l. si abducta. per multas & multas rōnes cōcludit contra Bar. & arguit terribiliter oñdens opi. Bar. esse falsissimā, & istā sñīam, ut ip̄e refert, tenuit ēt Rich. de Sal. & ēt Io. de Lig. cōsuluit ꝓ ista parte. Quinimo dicit Sal. ibi, ꝙ collegiū Paduæ cōsuluit cōtra opi. Bar. & ita referebat Rich. de Sal. tꝑe quo legit Paduæ, vñ multum exclamat contra assessores, q̱ sequunt̃ opi. Bar. ꝙ ipsi dēant se p̄cauere. Quinimo Odof. fuit in cōtraria opi. Bar. & ita ipsum allegat Bal. in d.l. j. C. de cōfes. in 12. col. & ꝑ hæc rep̄hendo do. Io de Ana. q̱ in c. fi. ex de fur. rep̄hēdit do. Abb. qui d. Abb. in c. j. de rapt. dixit, qđ cōis opi. vsq; ad tempora Bar. fuit in cōtrariā sñīam Bar. q̱a d. Io. de Ana. dicit ibi, libēter scirē ab Abb. ubi inuenit istā q. tractatā ante Bar. q̱a salua reuerētia do. Io. de Ana. Bal. in loco s̃. alleg. refert Odof. tetigisse istā q̄st. & ipse do. Io. de An. refert ꝙ Frā. Tigri. & Ray. de Forli. fuerūt in cōtrariā sñīam Bar q̱nimo Raph. Ful. ĩ d.l. si abducta, & ĩ d.l. sed nec legatarius. refert ꝙ septē Doc. Bononiēses subscripserūt se illi cōsilio Io. de Lig. & licet d. Io. de Ana. referat Pau. de Cast. tenuisse opi. Bar. tñ

non

non est verũ hoc,quia Pa.de Ca.in d.l. siue manifestus,§.j.dicit ꝙ licet hodie cõiter iudices sequantur opi.Bart. tñ dicit ꝙ Doct. Mod.reprehẽdunt istã opi. & dicit ꝙ re vera opi.Bar.est falsa,& ibi arguit terribiliter contra Bar.dicit tñ ꝙ de iure & cõsuetudine inoleuit opi.Bart. Et ideo do.Nellus in trac.suo bannit.in 2.par.q.5.dicit ꝙ assessores sequentes opi.Bart. de iure non recte se fundãt.Sed dicit ꝙ sequẽtes opi.Bar.in syndicatu suo defendũt se ex varietate opinionũ,ꝑ no.in l.cum prolatã,de re iud.& forte ex cõsuetudine, dicit tñ ꝙ si fur est vagabũdus,põt in oĩ loco suspendi, & Pau.de Ca. in d.l.siue manifest⁹,dicit ꝙ opi.Bar.ꝑ uniuersum mũdum seruat̃,sed dicit ꝙ eius opinio nõ est uera,& arguit cõtra Bar.& rñdit ad motiua sua,& dicit ꝙ illis rõnibus quas adducit Bal.contra Bar.in d.l.si abducta,p̃t rñderi ꝓ certo si tot illustres Doc.tenuerũt contra Bar.& dicunt Doc.ꝙ de puncto iuris falsa est opi.Bar.qũo isti iudices sitibundi sanguinis humani in istis cõtrarietatib. & subtilitatibus iuris volũt magis cõdẽnare q̃ absoluere,cõtra tex.in l.si p̃ses,ff.đ pę. &alio die cũ iste casus occurrisset hic Ferrariæ,ꝙ vnus Mãtuanus furtũ cõmisit in ciuitate Bononię,& venit huc Ferrariã cum furto,& fuit captus, Illustr.Dux Hercules cũ suis de suo cõsilio secreto, interrogauit me Aug.de Arimino , q̃d agendum esset,rñdi sñiam Bar. penitus fugiẽdã esse tanq̃ iniq̃ q̃ tot illustres Doct.dãnauerunt, licet aliq̃ latrunculatores sitibundi sanguinis humani obseruẽt opi.Bar.& male,& ita obseruatũ fuit,& hæc no.quia nõ ita bene collecta alibi reperies,possẽ ego adducere oẽs rõnes quas scriptas reꝑio suꝑ libris & a me visis, sed hoc cẽt lõgũ trãscribere, hęc sufficiant.

17 *Furto commisso an possit torqueri actor rei subtractæ etiam sine indicijs, & quando plures vnã rem furto subtrahunt, an sit unum furtum uel plura.*

17 ANG.† Et ẽt tu iudex aduertas , qñ furtũ cõmittitur,potes torquere custodem rei
a subtractæ,ẽt sine indicijs,a ut indicet fure̅, & nõ teneris in syndicatu de tortura, ita dicit Bar.in l.j.ff.de off.p̃fe.vig.& ẽt mẽti habeas tu iudex q̃đ si plures furãtur eandem rem,licet sint plura furta,quia alia cõtractio vnius,alia alterius, & tot sunt cõtractiones & furta,quot sunt delinquentes, tñ
b vnicum furtũ est ꝑꝑ rei subtractę vnitatẽ,b ita dicit Bar.in l.si familia, ff.de iuris.om. iud.& pro vnico furto debet reputari.

ADDITIONES.

a ¶Sine indicijs. *Adde Ale.de Imo. in cons.5.in 3 volu.*

b ¶Vnitatem. *Adde Fulgo in cons.150. vbi dicit ꝙ etiam data opi.Bar.pro vera,ꝙ etiam si furta fiant in pluribus locis,& cum rebus inuenti fuerint in alio loco,quod censetur vnum furtum,arguendo de loco ad tempus.Ber.*

AVG. Tu aũt adde ꝙ Bar.in d.l.j.ff. de off.p̃fe.vig.non dicit ꝙ sine indicijs ille possit torq̃ri,vt dicit do. Ang.hic.Sed aduerte, quia ẽt si Bar.diceret, ꝙ sine indicijs possit quis torqueri.intelligerẽ vt ille tex. loquit̃ qñ custos esset unus homo vilis, vt seruus, aliàs secus,& ita Bar. loquitur ibi in seruis dũ dicit,hoc ꝓbatur ibi in tex.ĩ seruis custodiẽtib. & hoc corroborat̃ ꝑ ea q̃ dixit Sal.ĩ l.fi.C.de qõ.q̃ dicit,ꝙ licet iura velint, ꝙ si res furata reperit̃ penes vnũ,est sufficiẽs indiciũ,ut ipse possit torqueri,hoc uerũ si ille esset ꝑsona non bonæ famæ,aliàs secus.Itẽ de scđa cõclusione adde Bal. in l.cũ rõnib. C.q̃ accu.& Pa.de Cã.& Mod.in d.l.si familia,q̃ ponunt, an sit vnicũ furtũ uel plura.

18 *Fur confitetur se abstulisse mihi certa bona, & antequã condemnaretur moritur, an ex tali confessione habeam actionem contra illius hæredes.*

18 ANG. † Quid si fur confiteatur se mihi furto abstulisse certa bona, & anteq̃ condẽnaretur morit̃,an ex tali cõfessione habita, habeam contra eius heredem actionẽ, vide Bar.in l.j.circa fi.ff.de priua.deli. & in Spe. qualiter in accusatione procedatur, in prĩ. ver.quid si latro famosus, qui dicit ꝙ sic, quia in istis indicijs quasi cõtrahit̃,vt l.3. §.idẽ scribit,ff.de pec. & quia ex confessione orit̃ actio in factũ sicut ex sñia,vt l.proinde,§.si procurator,ff.ad l.Aq.igitur , &c.

AVG.Tu adde ꝙ Ang.in d.l.j. hoc idem tenet q̃đ Bar.& hanc eandem sñiam tenet Io.And.in addĩ.Spe.in tit.de accu.in addi, quæ incipit,quid si latro, q̃ limitat p̃dicta. Nam dicit ꝙ si iudex procedit per viam accusationis,s.Titij contra Caium,qui Caius confitetur se plura furta fecisse a Titio, & multis alijs,illa confessio Caij nocet hæredibus tantum quo ad Titium q̃ accusauit, & non alijs prodest,secus si per viam inqui

sitionis, quia illa cõfessio nocet heredibus quo ad oẽs. & istã limitationẽ magnifacit Imo. in d. l. defuncto. ff. de pub. iud. Et limita ꝑdicta ꝓcedere, nisi hęres cõtra cõfessionẽ ꝓbaret cõtrariũ, vt dicit Bal. in l. j. C. ne ex delic. defun. qui tẽperat hoc modo dicta Bar. & Spe. & dicit idẽ si nõ est facta cõfessio: sed est cõclusum in eã, & vide bonã gl. in §. pœnales. Insti. de perpe. & tẽp. act. quę dixit fortius, & bene faciunt no. per Bar. in l. interdum, §. qui furem, ff. de fur.

19 *Emens vel pignori accipiens rem furtiuam a fure, an teneatur furti*

19 ANG. † Quid si quis emit scienter rem furtiuam à fure? dic ꝙ tenetur furti, vt l. in ciuilẽ, & qđ ibi no. gl. & Doct. C. de furt. & idem si rem furtiuã a fure scienter pignori accepit, vt est casus in l. si seruus cuiusdam, ff. de condi. inde. & ita dicit Bald. & Raph. Ful. in d. l. eos, C. de fur. secus si ignoranter emeret vel pignori acciperet, vt in dictis iuribus, debet tñ nominare furem ne ipse incidat in suspitionem, ꝙ ipse fuerit ille qui furatus sit, vt d. l. seruus, & tunc ẽt quando recipit ignorãter, cogitur rem furatã restituere domino, sine restitutione pretij, vt est casus in d. l. inciuilem, quod bene no.

AVG. Tu adde in quãtum tangitur hic, an si res furata reperitur penes vnum, an ꝑsumatur fur, certe variæ fuerunt sñiæ, & licet Accur. variauerit ab opi. Placen. in d. l. inciuilẽ, quia illa gl. semper alle. tñ de materia vide Sal. ĩ l. fi. C. de qõ. & pulchra verba posuit Bal. in l. fi. ff. de hære. insti. vlt. col. ꝗ sequitur opi. Cy. & oẽs Doc. cõiter vidẽtur hoc approbare, quia si persona erat bonæ famę, nõ præsumitur, secus si malæ famæ, dic tñ vt dicam j̃. in q. quæ incipit, quæro an eo ipso ꝙ res furtina reperitur, & si vir bonæ famæ emit ab illo quem non cognoscit, non credo ipsum præsumi furem, nec credo debere cogi nominare, & indicare furem si iurat ipsum nõ cognoscere per prædicta, & de receptãte furtum in domo quomodo punietur ne erres, vide Bar. in l. furtum, ff. de fur. & infra dicetur.

20 *Pignorans vnum librum, & postea alium submittens, an teneatur furti.*

20 ANG. † Quid aũt si quis cõstituit mihi vnũ librũ pro pignore, & postea alium sub misit? dic ꝙ tenetur furti, secus si in pignore cõstituẽdo vnã rẽ ꝓ alia submittat, quia furti non tenetur, sed crimine stellionatus, ut l. si pignore, ĩ prĩ. & ibi Bar. ff. de pig. act.

AVG. Tu de ista materia adde ꝙ uerum est, ꝙ tenetur crimine stellionatus ille qui persuasit Hebræo aurũ esse cum ęs esset, & sic extraordinarie puniretur, vt est tex. in l. j. in fi. ff. de pig. act. & est tex. in l. pen. ff. de crimi. stellio. & vide gl. in d. l. j.

21 *Furẽ vel furtum receptans, an teneatur furti.*

21 ANG. † Quid si rem furatã ꝗs sciẽter receperit, & receptaculũ dederit? dic ꝙ tenet̃ furti, vt est tex. in l. eos, & ibi Bar. & Bal. C. de fur. Et bene aduertas, ꝙ receptãs furẽ vel rẽ furatã, dr̃ præstare auxiliũ furi & furto, ita intelligit illã l. eos. Bart. in l. furtũ, ff. de fur. & sic nõ dr̃ ꝓprie fur, & nõ tenet̃ ꝓprie ac si furtũ cõmisisset, sed ac si furti opẽ ꝑstiterit, ꝙ no. ꝓ ĩtellectu d. l. eos, de cuius intellectu vidi dubitari Bononię cũ casus occurreret, & ẽt prædicta nota ꝓ statutis q̃ dẽnt intelligi in verbis proprijs, q̃ puniũt aliter furem, vel aliter præstãtẽ opem, de quo in simili per Bar. in l. sed si vnius, §. si seruus, ff. de iniu. & in cle. j. ff. de rescrip. Et de ista receptatione vide quæ scripsi j̃. in gl. & dicto maleficio semper astitit, circa fi.

AVG. Tu aũt in hac materia adde qđ Bal. in d. l. eos. dicit ꝙ uidit Bononię ꝙ vna mulier semel fuit suspẽsa, quę ꝑstabat furib⁹ domũ, & ibi receptabat maleficia, & certe ista doctrina vr̃ falsa, ꝗa hoc auxiliũ post factũ maleficiũ & cõsummatũ ꝑstat̃. & iõ extraordinarie debet puniri, ut pulchre declarat Bar. ĩ l. furti. §. ope. ff. de fur. Sed Bar. optime respõdet huic motiuo in d. l. furtũ, ff. de fur. ibi vide, & đ receptãte furẽ. Adde Bal. ĩ l. pe. C. ad l. Iu. de vi. & tex. in l. j. C. de his ꝗ latr. & ibi do. Adde tñ ꝙ latissime istã materiã ultra oẽs disputauit Gã. in tra. maleſic. sub rub. de receptato, furum & latronum, qui ponit omnes casus, qñ receptator in omnibus maleficijs banniatur, & qua pęna, & qñ, & ibi multa bona dicit, & essem nimis lõgus si omnia ponerem. Adde oĩno quæ dicam j̃. in glo. super verbo, (& dicto maleficio semper astitit) in uer. quæro quia dixi s̃. ꝙ post maleficium ibi omnino vide. & de materia uide per Ro. in cons. suo 473. & ibi concludit ꝙ in dubio præsumitur receptans ignorasse.

2 *Furem indicare, an quis cogatur.*

3 *Iudex negligens in faciendo restitui res furto subtra-*

subtracta damnum passo, an teneatur.

22 ANG.† Quæro, an quis cogatur indica-
a *rea* furem. Bart.& Ang.in d.l.inciuile, C.de fur.& ibi Raph.tenent ꝙ non, ēt de iure canon.vnde dicunt, ꝙ episcopi hodie faciūt excōicationes, & sic non cogitur indicare.
23 † Quid si iudex fuit negligens in faciendo restitui res furto ablatas, dānum passo, an teneaẗ iudex: dic ꝙ sic, vt no.Bal.in l.si mācipia, in prin.C.de ser.fu.

AVG.Tu adde quæ dixit d.Ant.de But. in c nemo, extra de simo. qui dicit ēt ꝙ ad instantiā partis nemo cogitur indicare furē, sed ad instantiā iudicis sic, vt prouincia purgeẗ malis hoībus, ꝑ l.cōgruit. de of.p̄si. Et de materia oīno vide Doc. in d.l.inciuile.& per gl.in l.si seruus, C.de his ꝗ ad eccl. confug. Et ibi Doc.& l.3.§. fi.ff.de cond.ob turp.cau.& in c.dilectus, extra de exces.prę lat.& j.q.j.c.quod quidam, §.ex his, in gl. & illa gl.alle.bonas concordantias.

24 *Furtum, de quo non potest cognosci temporis præscripti ne, uel quia sit commissum extra territorium, an aggrauet furtum de nouo commissum, & in numero furtorum connumeretur.*

24 ANG.† Quæro, nunquid furtum de quo nō pōt cognosci tꝑis p̄scriptione, vel quia extra territoriū sit cōmissum, aggrauet furtū, ꝙ de nouo cōmittitur, & in numero furtorum cōnumereẗ. Istā q.format Bart.ꝭm Iac.de Are.in l.si cui, §.fi.ff.de accu. & Bal. in d.auth.sed nouo iure, vers.sed dubitatur nunꝗd furta &c.vbi dn̄t ꝙ sic, quia ratione aliorū furtorum remanet infamis, & iō ꝙ principaliter cognosci nō pōt, cognosciẗ ꝑ cōsequentia, arg.l.quoties, C.de iudi.& qđ no.ibi Doc. & sic furta alibi cōmissa qualificāt & aggrauāt furtū cōmissum nouiter hic, ꝗa faciunt furem manifestum: ita dixit Bar.in d.l.si cui, §.fin.& sic tanꝗ̄ cōtra furē manifestū agi pōt. Quinimo fortius dicit Sal.vt s̃.dixi ī l.seruos, C.ad l.Iul.de vi pub. ꝙ vnū furtū alibi cōmissum nō tm̄ facit ꝙ aggrauet furtū hic cōmissum, sed facit qđ illud furtū ī numero furtorū connumeraẗ. Vn̄ si nō posset mori nisi ex tribus furtis, illud furtū alibi cōmissum computatur in nu.furtorum, & hr̄ pro vno furto ēt hic.

AVG.Tu aūt in hac materia, adde ꝙ reperio Io.And.in addi.Spe.in rub.de fur.tenuisse contrariā partē, s.ꝙ furta alibi facta nō aggrauent furtum factū hic Ferrarię, & hoc per bonas rationes. Et ad idem reperio Gan.in tra.malef.sub rub.de furib.& latronibꝰ, in pe.col.in ver. sed iterum ponit aliā q.de facto, qui allegando Vbertum de Bobio hoc idem vult, & multum exclamat cōtra Potestates & officiales, qui sunt ita feroces, ꝙ pro furtis alibi cōmissis volunt punire furem in suo territorio. Ange.tn̄ in d.l.si cui, §.fi.dicit ꝙ opi.Bar. seruatur de consuetudine, ēt dicta Bar.approbauit Pe.de Anc. in cle.j.de pęn. Et de mateiia vide Sali.in l.3.C.de epi.aud.& Bal.in l.fi.ff.de iuris.om. iud.& per Iac.de Bel.in auth. vt nulli iudi. §.si quis vero cōprehensorum, & vr̄ esse de mente Bal.in auth.qui semel, C. qūo & qn̄ iud. Sed latius vltra omnes Doctores disputauit istā materiā Alb.de Ro.in 2.par.stat. q.39.& adde quæ dixi s̃.in ver.existens Florentiæ, in addit.1.q. & certe rigorosa est opi.Bar. & vide quæ dixi ēt sup.in hac eadē gl.in illa quæst.quæro ꝗd si fur passus fuit pœnam primi & secundi furti.

15 *Confessioni confitentis se plura furta diuersis tē temporibus & locis commisisse, an stetur.*

26 *Furto apparente, sed iudice neque fure cogonscē te personam cui furtum dicitur factum, an furis puniatur fur.*

25 ANG.† Quid si quis confiteatur se plura furta diuersis temporibus, & locis commisisse, nunquid standum sit huic suę confessioni. Respondeo quòd non, *b* quia talis
b confessio est generalis cum non constet de rebus subtractis, argum.l.si illud, §.j. ff.ad Trebell.ita dicit Bal.in d.authen.sed nouo iure, C.de ser.fug.ver.sed pone ꝙ quis &c. Et sic tu iudex sis bene cautus, ne damnes animam & corpus tuum, quādo fur cōfitetur coram te maria & montes, & plura furta cōmisisse, ꝙ velis dicta furta hic & alibi cōmissa verificare, vt in destinando nunciū ad habendū informationē pro veritate, & in reperiendo furta, ita ꝙ appareāt quę distraxerit, & quæ pignorauerit, & q̄ penes se vel

---

ADDITIONES.

a ¶Cogatur indicare. *Adde tu & vide Io.An.in addi.Spe. in ti. de fur & ibi an valeat pactum quod fit inter furem et dominum rei furata, ne ipsum accuset. Ber.*

b ¶Quod non. *Adde tu & dic ut per Pau.de Ca. in consi.266.in notis. Ber.*

vel alium habeat alias, sæpe innocētē cōdē
nares, q metu tormētorū multa & nō vera
confitetur. cōrra l.absentē, ff. de pę. Et eodē
modo si quis cōfitetur se multa furta cōmi
sisse eodē loco diuersis tꝑibus, quia ista ver
ba diuersis tꝑibus, sunt obscura, qa pōt in
telligi diuersis tꝑibus cōtinuatis, & sic non
reputātur plura furta, arg. ff. de act. & obli.
l. nūquam actiones. nisi dicat̃ in inquisitio
ne cū tꝑis interuallo, q̄ verba videlicet cū
tꝑis interuallo, faciūt iudices apponi, ita di
cit Bal. ī d. auth. sed nouo iure. ī ver. qd si cō
26 fitetur &c. † Quęro, qd si apparet de furto.
sed ꝑsona cui factū est, nō est cognita neq;
iudici neq; furi, an nihilominꝰ furti punie
tur? ꝙ sic, ar. 2. q. 9. c. libello. ita dicit Bal. ī d.
aut. sed no. iure. ver. sed apparet de furto.

AVG. Tu aūt in hac materia, adde quę di
xit Ang. in l. j. C. de cōfes. in 2. col. qui dixit
quod vidit de facto Perusij obseruatū esse
per egregium virum do. Nicolaum de Lo-
cellis ibi Potestatem, qui fecit mori quos-
dam derobatores mercatorum & occisores
eorum, qui cōfessi sunt occidisse ipsos mer
catores & derobasse, & ꝓiecisse corpora in
quodam flumine, & tamen non apparebat
de rebus subtractis, & de corporib. occisis,
& sic illa cōfessio generalis præiudicat in
criminalib. ipsis reis. Sed aduerte, qa Ang.
ibi dicit qđ ideo hæc militant de iure, quia
illi inquisiti aliàs erant hoīes malæ vitæ
& famæ, & habiliter potuerunt proijcere il
la corpora in flumine illo, quia stabant iu-
xta illud flumen in cōmittendo & perpetrā
do illa delicta, dicit tñ ꝙ si non esset verisi-
mile vel ꝑꝑ loci distantiā, s. fluminis, vel
ꝑꝑ bonā famā inquisiti, ꝙ non credit ꝙ ex
tali cōfessione qs sit damnādus. Colligitur
ergo recte ex hac doctrin. Ang. ꝙ dicta Bal.
in d. auth. sed nouo iure, non militarent, v-
bi confessio furis qui generaliter dicit se de
robasse Ferrarię, & Paduæ, & in illo loco in
quo est captus, ꝙ tunc illa delicta non de-
bēt verificari semper qñ fur aliàs esset ma-
b læ famæ & conditionis, quia tunc cōfessio
illa generalis se fecisse plura furta absq; eo
ꝙ constet de rebus subtractis, pręiudicaret
confitenti: & ita Ange. in d. l. j. C. de confes.
a vr̃ limitare istā materiam, & ea quæ no. in
d. l. illud, ff. ad Treb. Sed aduerte, qa ēt si fur
b esset malæ vitæ & conditionis non dubito
ꝙ semper iudex debet facere ꝙ constet de
rebus subtractis, & de delicto perpetrato ꝑ
tex. in l. j. §. item illud, ff. ad Sil. & latissime
dixi s̃. in verbo, fama publica præcedente.
circa fi. in addi. in ver. postq̃ aliquis fuit ca
ptus & incarceratus, aliqñ sine tortura con
fitetur. Præterea ego reperio Ang. expresse
damnasse alibi illum d. Nicolaum Ptātem
Peru. qui ꝑꝑ illas cōfessiones generales oc-
cidit illos inquisitos, cū non constaret de re
bus subtractis, & de corporibus mortuis, &
hoc dixit Ange. in l. certum, ff. de confes. &
adde Bal. in addi. Spe. in ti. de sen. in 18. col.
in simili, q dixit ꝙ si quis cōfitet̃ se hoīem
occidisse & corpus proiecisse in mari, ꝙ cū
nō cōstet de corpore mortuo, ille nō p̄t occi
di, saltē nisi ꝓbet̃ ꝑ famā illū esse mortuū.
sed dic vt dixi ī d. addi. in verbo, fama pub.

27 *Statutum dicens ꝙ accusatus de furto non comparens, ponatur in banno furcarum, an valeat.*

27 ANG. † Quæro, an valeat statutum*a* ꝙ
a accusatus de furto non comparens ponatur
in banno furcarū, dic ꝙ sic, vt arg. in Auth.
de lenonib. §. si quid, in vers. expellatur: ita
dicit Bal. in d. auth. sed nouo iure, ver. dubi
tatur de statutis disponentibus &c.

AVG. Adde tñ tu ꝙ hęc militarent in cō
tumacia vera. In contumacia autem ficta
nō datur bannum vel mulcta, ita dicit Bar.
in l. j. in fi. ff. si quis ius dicen. non obtemp.
& ibi in materia vide Moder.

28 *Furtiua res eo ipso ꝙ reperitur apud Titiū, an præsumatur Titius, illam furto subtraxisse.*

29 *Furtiua res eo ipso ꝙ apud Titium reperitur, an præsumatur Titius particeps furti.*

28 ANG. † Quæro, an eo ipso ꝙ res furtiua
reperitur penes aliquem, præsumatur illā
subtraxisse. Istam q. format Bal. & Imol. in
l. fi. ff. de hære. insti. Et concludit ibi Bal. ꝙ
aut erat malæ famæ, & præsumitur subtra
xisse, nisi doceat à quo habuit, vt l. ciuile, C.
de fur. secus si erat bonæ famæ, vt l. nō oēs,
§. à barbaris, ff. de re mil. Sed Imo. ibi dicit,
ꝙ ēt si est malæ famæ, hoc solummodo fa
cit indicium, non tamen ꝙ ꝑꝑ hoc possit
b damnari, sed poni potest ad torturam,*b* ut
l. absen-

ADDITIONES.

a ¶Statutum. *Adde & vide Pau. de Ca. in consi. 350. in nouis Ber.*

in iudicijs & in scholis. p̄terea. Ang. ipse in
l. j. C. confes. expresse tenet contrarium eius
quod dixit in d.§.in pupillo.per vnã bonã rõ
nẽ. Propterea tenentes contrariam opi. mouen
tur per rõnem quam allegat Nic.de Mata.Sed
Bar.expræsse eã dãnat ĩ d.§.in pupillo.dũ Bar.
dicit ꝙ vbi minor dẽt respondere de verita-
te, ibi principio debet esse autoritas curato-
ris, & optime hoc probat Barto. ibi.sed ego
habeo quod in criminalib.debet respõderi de
veritate,vt est doctri.Bar.approbata ab omni-
bus in l.inter oẽs, §. recte, in fi.ff.de fur.ergo
Bar.est contra opi. Nic. de Mat.& Io. And si
recte verba Bar. ponderentur in d. §. in pupil-
lo hoc Bar.ibi decidit coniuncta doct.sua quã
posuit in d. §. recte. Præterea Alb. de Ros. &
Rap.Ful.in d.l.clarum,tenẽt ꝙ cõfessio mino
ris in tormentis nõ valet,& dicit Rap ꝙ Alb.
de Ros. dicit quod hoc obtinuit de facto, &
dicit ibi Raph.quòd ista pars est tutior,& vide
Mod. ibi. Et de materia vide quæ dixi s̃. in
gl. quæ incipit,qui iudex videns quòd inqui-
siti non comparent, & in sua contumacia
persistunt, vbi tractatur materia bannitorum
in illa q. an bannum dari possit minori. &
vide Mod.in d. §.in pupillo. & in d.l.clarum.

&gl. & Doc. in d.l.j.C.de confes.& ibi Sal.&
Bar.& Imo.in l.j.§.fuit q̄situm.ff.ad Treb.&
ibi per Mod.dum Bar.& Imo.allegāt.l.certū,
§.in pupillo.ff.de confes. & Barto. & Bal.in d.
auth. sacra pub. vide Bar. in l. 2.§.quod ob
seruari. C.de iur.cal.& ibi per Doct.per Pau.
de Leaza.in c.ex parte extra de confess.

14 *Confessio re. est tāta potentiæ,quod facta etiā coram iudice incompetenti vbi non debet esse iudicium,tamen tenetur illam confirmare coram iudice competenti.*

15 *Confessio non est tāta potentiæ,vt possit facere ꝙ id quod in veritate non est,sic & ideo si conficeretur se p̄stitisse auxiliū homicidio,& verba suæ confessionis hoc nō importent,iudex eum non condemnabit per talem confessionem.*

14 ANG.†Et tene mēti,ꝙ confessio rei est tan-
te potētiæ, ꝙ facta etiā corā iudice incompe-
tēti,vbi nō debet esse iudiciū,tn̄ tenet illā con
a fessionem confirmare corā iudice cōpetenti. *a*
Ita dicit Inn.in c.at si clerici ext.de iud.quod
est verū s̄m Bar.in d.l.clarum.si ex tali confes
sione exorta sit suspicio, vel infamia. alias
secus.ita no. Inn.in c. per inquisitione. ext.de
elect.& in c.cum super. extra de confes. & vtrū
& quando quis tenetur perseuerare in sua con
fessione,vide An.de Bu.in d.c.at si clerici.

AVG.Tu aūt in hac materia adde,quod d.
Ant.de Bu.in d.c.at si clerici.aliter loquitur,
& aliter loquitur, ibi d.Car.& d.Add.& do.
Car.in d. c. interposita. se iactat melius exa-
minasse istam materiā ibi quā alius.Bal. vero
in d.c.at si clerici.aliter dicit. Im. ibi dicit ꝙ
cōis opi. est ꝙ p̄p confessionē factā coram in-
competenti iudice,quis cōpellatur perseuera-
re. Adde Bal. in l. eos, §.super his C. de app.
& vide Bal. in l. j. C.de cōfes.in pe.col.& Bal.
in l.magistratibus. ff. de iur. om. iu. & Ang.
in l. vnica. C. de conf. d. Ant. in c.fi.in 4.col.
extra de confes. late per Bu.in d.c.per inquisi-
15 tionem.† Adde tn̄ ꝙ confessio nō est tātę po-
tentiæ, vt possit facere ꝙ id quod in veritate
non est,sit:& iō si quis cōfiteretur se p̄stitisse
auxilium,vel esse tractatorem & ordinatorem
homicidij, & verba suæ confessionis hoc non
importarent, quia ista sunt iure diffinitiua,
iudex per istam confessionem non condēna-
bit reum ita dixit Ang.in consi.suo 22. quod
inci.pro decisione quæst.hoc solum.

16 *Iudex,an & q̄n possit facere scribi in actis in responsione malefactoris,& sponte confessus fuit.*

17 *Iudex qui torsit reum non præcedentibus indicijs non euitabit falsum,si faciat scribere notario nescienti quod reus sit tortus,non præcedentibus indicijs,reum sponte confessum.*

18 *Tormentorum metus,quando dicatur instare in personam rei,etiam si sit relaxatus.*

16 ANG.†Vnū nō omittam, an tu iudex,&
quando possis facere scribi in actis in r̄nsione
malefactoris ꝙ spōte confessus fuit.Nā Ang.
& Imo.in l.qui aliena §. fi. ff. de acqui.hær.
dicūt,aut reus fuit tortus nō pręcedētibus in
dicijs,vel non sufficientibus,& tunc ēt si perse-
ueret in confessione, non pōt scribi ꝙ sponte
confessus fuit, & notarius scribens,scribit fal-
sum si sciret eum tortum non p̄cedentibus in
dicijs, & ideo dicit ꝙ cautela est ꝙ notarij
maleficiorum retineantur extra palatium,
ne habeant notitiam tormentorū, & sic pos-
sunt scribere confessione tanquā spontaneas.
17 † Sed tu aduertas quod p̄p hoc non euitaret
falsum iudex qui hoc scribi fecit,qui scit,quod
reum torsit non pręcedentib. indicijs. Si autē
iuste præcesserunt tormenta, tunc rite & iuste
potest scribi,quòd sponte fuit confessus, dum
modo inter tormēta & cōfessionē aliquod mo
dicum interuallū interueniat, ꝙ arbitrio bo-
b ni iudicis relinquitur, *b* vt no. in l. j.§.diuus
Seuerus.& ibi Bar ff.de quæst. Et Doct.in d.
§.Celsus l.qui aliena.ff de acq. hær.

AVG.Tu autē in hac materia adde,ꝙ ve-
rū est quod Bar.in l.j.§.fi.in fi.ff. de quæst. hic
dixit in terminis, & Bal.in c. j. §.iniuria.C.
de pa. iu. fir. quem alle.Ro.in d.§.Celsus vide
pulchra verba Bal.quę posuit in l.j. C.de con-
fes.in 11.col.qui dixit quòd generalis consue-
tudo excusat notarium & iudicem de falso,
quando scribunt, talis est sponte confessus,
& in

ADDITIONES.

a ¶ Competenti. *Adde tu & vide Abb. in consil. 25.& dic ꝙ confessio non est tātæ potentiæ qd possit facere quod id qđ nō est,sit.sed iudex debet videre,an cōfessio sit verisimilis,vt p Alex. in cōsil 116.in 3.vol.& de cōfessione facta corā iudice incompetenti,adde & vide Pe.de Anch. in consi.301.inci.viso quodam processu.in 2.impressis & vide Ang. in consi 177.cui contrariatur Abb in cons. proxime allegato Ber.*

b ¶ Relinquitur. *Adde quod hoc idem dicit do. Alex.in consi.1.in 3.vol.& vide eundem in cōs. 3.eo.lib.& vide etiam Pau.de Cast.in consil. 268.& consi.301.in 2.impressis.*

& in hac materia do. Catal. in tract. synd. q. 215. multum elegãter loquitur quando adhibita est tortura, & iudex potest facere scribere,
18 ꝙ sponte confessus fuit. † Et ibi vide qñ dicatur metus tormentorum instare in personã rei, etiã si sit relaxandus. Ia. But. & Bar. & An. in l. 2. C. ꝙ me. ca. Bal. in l. 8. col. C. ne ex del. defun. bene faciunt no. per Cano & maxime per Io. An. in c. cum in contẽplatione, ext. de re. iu. Et dicunt quidam Mod. ꝙ idem voluit Ang. in suo trac. de quæst. qui Bar. attribuitur, tamen nõ est stylus Bart. Sæpius ego dixi in istis add. meis, cum supportatione, ille non est tract. nec Bar. nec Ang. sed de verbo ad verbum est tract. Gan. de quæst. quem posuit in suo tract. malefi. Et adde hic consi. Pe. de Anch. in consi. 23. quòd consilium etiam allegaui ĩ. in glo. fama publica. circa fi. in antep. col. qui in hac materia no. loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Reo confitente factum & negãte qualitatem, per quam substantia facti alteratur, aut condemnatio minuitur, vel confiteatur factum, sed dicat ad sui defensionem fecisse, aut negat qualitatem, quid erit.*

2 *Respondens positioni ꝙ occidit Titium ad sui defensionem, an proinde habeatur ac si negasset homicidium fecisse.*

3 *Statudo dicente quod quis simpliciter respõdeat inquisitioni, an possit respondere quod ad sui defensionem occidit.*

4 *Probante Titio se Caium occidisse sed ad sui defensionem, tamen debet puniri nisi probet quod fecit ad sui defensionem necessariam.*

5 *Confitens se occidisse Titium, sed ad sui defensionem, põt condemnari de homicidio, tamen non poterit decapitari, sed mitius ponitur.*

COMPARENT *Inquisiti, & partim* a *negant, & partim confitentur, aut in eorum contumacia perseuerauerunt, omnia ista debent apparere, & scribi in actis.)*

1 † Isto casu quando partim negant, & partim confitentur, aut cõfitentur factũ, & qualitatẽ negant, & tunc Bart. in l. eũ qui. in prin. ff. de iureiur. & in sua dispu. quæ inci. per Italiam cõiter &c. dicit ꝙ si negatur qualitas per quã substantia facti alteratur, vt puta si inquisitio sit ꝙ delictum cõmisit de vno mẽse, & reus a cõfitetur ꝙ delictum commisit, sed alio mẽse, vel non in loco in inquisitione contento, tunc dr̃ totã inquisitionẽ negare, quasi neget totũ quòd deponitur, ut l. denunciasse. §. quod tamen. ff. de adul. ꝙ tamen Ang. limitat in d. §. quid tamen. nisi sit factum non reiterabile, ut homicidium. qa si homicidiũ confitetur licet tp̃s in inquisitione deductũ nõ confiteatur, uel per testes legitime probetur, sequi debet condemnatio. Idẽ uoluit Imo. in d. l. is qui reus, in fi. ff. de pub. iud. in illa qõ. cum dies ad partis instantiã sit in accusatione inserendus. Item sequi debet absolutoria, si negat aliquam qualitatẽ p q̃ condẽnatio minuitur. ita intelligi ꝙ no. Inst. de act. §. item mixta. si uero confitetur delictũ, siue factum, sed dicit se fecisse a sui defensionem, tunc cum hoc sit de genere prohibitorum, ut l. j. C. de sica. contra eum præsumitur, & per consequens iudex põt dictã cõfessionẽ scindere. & acceptare confessionem & ꝙ reus probet id qđ ad sui defensionem fecit. ita dicit Bar. in d. l. eũ qui. & l. Aurelius. §. idem q̃sijt. ff. de lib. le. Et maxime qñ sunt duæ orationes, ut puta ꝙ Titiũ interfecit, sed ad suam defensionem, sed si esset unica, constructio. ut puta dico ꝙ interfecit Titium ad mei defensionem tunc Bal. in l. codicillos C. de codic. & in l. j. C. de confes. & Sal. in l. cũ qui duas. C. de adul. ur̃ dicere ꝙ nõ põt sciendi. sed in hoc est dubium per dicta Bar. in d. §. idẽ quæsijt. qa est de genere ꝓhibitorũ, & cõtra eum est iuris præsumptio. Vñ ad euitandũ oẽm dubietatẽ consiliũ est ꝙ precedat negatiua, ꝙ non commisi dictũ maleficiũ, & in casu quo apparet ꝙ commiserim, feci ad mei defensionem, & aliter & alia non feci, uel non confiteor, ut no. gl. Cy. & Bar. in l. si q dẽ. C. de excc. Si autem nõ p̃cederet negatiua, & eẽt totũ unũ cõstructum, tunc ne delicta remancãt impunita. & quia est de gñe, prohibitorum, & ius cõtra eũ p̃sumit, dico ꝙ nõ põt scindi sm opi. Bart. in d. §. idẽ quæsijt. q̃ ego in practica a seruari uidi. licet Bal. in l. decem ff. de uer. obl. teneg at quòd s̃. dixi. Sed ibi. Im. tenet opi. Bar. in d. §. idem q̃sijt, ꝙ tenendũ & obseruãdũ est, ꝙ no. & idem tenet p̃fatus d. Io. de Im. & Abb. Sicu. in c. cum uenissent. de inst. per illum text. Et aduertas, ꝙ prædicta ꝓcedunt de iure. sed

si esset

ADDITIO.

¶ In practica. *Adde & dic, ꝙ hoc idem voluit Bal. in cons 245. incip. Denante a voi & vide Bar. in cõsi. suo inci. Catherina accusauit Gritã. & vide Rom. in consi. 157. & per hoc sentẽtia. Ang. in consi. 27. videtur a qua. Ber.*

si esset statutum, ꝙ debeat simpliciter rñdere
inquisitioni, tunc nõ potest rñdere ꝙ interfe-
cit ad sui defensionem, ne dicta interrogatio
dici possit calumniosa simpliciter respõdenti,
poterit tñ iudex tunc cogere respõdentem,l vt
exprimat modum defensionis: ita dicit Bal.
in l.j.circa prin. C.de ædil. edi. & Lud. in l.j.
§.si quis simpliciter. ff de ver. obl.|vel dicas
ꝙ imo iudex tunc potest cogere ꝙ simpliciter
respondeat, vt voluit Bal.in l.j.C.de confess.
& tunc reus respõdeat,nego narrata ,put nar
rantur.&c.nec est periurus, & poterit postea
in exceptionibus probare suam defensionem,
ꝙ no.Si autem confitetur factũ,sed negat qua
litatem,vt quia dicit ꝙ non fecit dolose,vel ꝙ
non fecit animo iniuriandi,vel ꝙ nõ est remã
sura cicatrix, vel quod non fuit de nocte,an ex
tali processu & confessione si qualitas nõ pro-
betur intentata,posset seq. cõdẽnatoria de con
fessione.Bar.in l.cũ qui in prin.ff. de iureiu. &
in l.senatus.ff.de acc.dicit ꝙ sic.& idẽ Ang.in
l.denunciasse.§.q d tñ.ff.de adul. de quo s̃. di-
xi in gl.sup ver. iudex detraxit &c. dic vt ibi.

A V G. Tu autẽ in hac materia adde,ꝙ vr̃
quòd nulla sit differentia, an quis simpliciter
dicat Titiũ occidisse, vel cũ ista qualitate ad
mei defensionem, quia ista est proprie confes-
sio & non negatio, vt voluit Bal.in d.l.nec
codicillos. & sic non est opus vt disputemus
an possit scindi ista oratio,quia respondeat al
tero de duobus modis non confitetur reus, &
pro hac parte vr̃. tex.in c. cum venissent ext.
de insti. vbi dr̃ ꝙ confessio qualificata probet
contra cõfitentem, ac si simpliciter confessus
fuisset, qm̃ contra talem qualificationẽ erat
iuris præsumptio,& sic vera erit sñia Bar.in d.
l.Aurelius.quem sequitur d.An.de Bu.in c.ex
parte decani. extra de rescri. & do. Ant. de
Bu.in c.bonæ,extra de postu. præl. Et aduer-
te quòd contra ista vr̃r facere no.per Bar.in l.
cum indebito. ff. de proba. qui dixit, quòd si
quis confitetur se Titium occidisse ad sui de
fensionem, non cogitur probare ꝙ ad sui de-
fensionem fecit si vult.& sic videtur velle Bar.
ꝙ illa confessio sibi non prȩiudicet, sed perin-
de habetur, ac si negasset. Præterea reperitur
quòd Bal.in c.j.quæ sit princ.cau.benefi. ami.
& Bar.in q.inci.cõiter statuta per Italiam vo-
2 lunt multum sing. † quòd ille qui respondet
positioni ꝙ occidit Titiũ ad sui defensionem,
perinde hr̃ ac si negasset homicidium fecis-
se, nisi dicamus ꝙ isti loquuntur in casu di-
uerso, s. de statuto puniente negantem ma-
leficium vt duplici pœna afficiatur. D. au-
tem Card. in c.bonæ, el 2. extra de postulã.
præl.solebat limitare prȩdicta, ꝙ in casu quo
talis oratio põt scindi,non scindetur quando
in scriptis talis oratio emanasset,quia opus es
set, ꝙ iudex aut totam acceptaret. aut totã
reiiceret.p l.Publia. §.fin.ff.depo.quȩ limita-
tio cõiter non approbatur per cano. ibi, imo
do.Abb.& Imo. ibi, damnant istã limit.& vi-
de Mod. in d. c. ex parte decani. qui vr̃r ser-
uare dicta do. Card. & ista est ampla mate-
ria,& dependet ab illa, an confessio possit pro
parte acceptari, & pro parte non,quȩ materia
in multis locis tractatur. & ibi in dictis lo-
cis tangitur etiam de qõne nr̃a in diuiduo.&
3 tangitur † ẽt quid si statuto cauetur, ꝙ quis
simpliciter rñdeat inquisitioni, an possit respõ
dere ꝙ ad sui defensionem occidit, de qua per
Ang.in l. j.§. si quis simpliciter.ff.de ver.obl.
& de materia s̃. tacta vide Bal. in l.iubemus,
C.de app.& per Bal.in l.j. C. de ædil.edi. & di
cta Arch.in c.j.de confes.in 6. quãdo confessio
possit pro parte acceptari, & pro parte non.
& vide aliquid per Bar.in l.quidã.§. nummu
larios. ff. de eden. do. An. Abb. & Imo.in d.
cap. cum venisse. extra de insti. & do. An. &
alij in c.prȩterea.extra de pransa.Spe.in tit.de
posit.§. fi. vers.pe.plenius quã aliquis scripsit
do. Car. in d. c. bonæ. Arch. in c.si quid veri.
37.dist.per Bal.in l.j. §.editiones. ff. de eden.
per Bal. in l. ea quæ. C. de cond. ind.& in l.2.
C. de do. ante nup. & in l. si quidem. C. de
trans. vide quȩ dixi in d. §.si quis simpliciter.
& omnino vide Rom.in sing. primis. in sing.
4 26.qui dixit allegando Bal. † quòd licet quis
probet se occidisse Titium,sed ad sui defensio
nem, tñ dẽt puniri nisi probet ꝙ ad sui defen-
sionem fecit necessariã. Vide in hac materia
vnum mirabile verbum d. Abb. quod posuit
in hac materia in c. auditis, in pe. col. extra
de præscri. qui voluit ꝙ licet vera esset sñia
Bart.in d. §. idem quæsijt.In hac materia ta-
5 †men ille qui confitetur se occidisse Titiũ,sed
ad sui defensionem, possit cõdẽnari de homi-
cidio: tamẽ cum talis condemnatio procedat
ex præsumptione quã habet occidens contra
se, talis non poterit decapitari, sed mitius
agendum est cũ eo, p ea q̃ latissime scripsi s̃.
in glo. fama publica præcedente. in materia
indiciorum in illa addi. magna, vbi quæro,
an ex præsumptionibus quis possit condẽna-

ti corporaliter,& est in illo uersiculo, an unũ
indicium uel plura requirantur.
6 *Statuto aut lege cauetur ꝙ ex aliquo facto pœ*
na imponatur ipso iure, si per aliud statutum
dicens,ꝙ confitenti minuatur , & neganti au-
geatur pœna,an per confessionem minuatur,&
per negationem augeatur pœna .
6 ANG. †Quæro per statutum,uel per legem
ex aliquo facto , uel delicto, ipso iure imponi-
tur pœna,an postea per negationem possit au-
geri,uel per confessionem minui ex forma alte
rius statuti dicentis ꝙ cõfitenti minuatur,&
neganti pœna augeatur,dicit ꝙ non est,ut est
tex. & ibi Bar. in l.si id quod , §.j.de pec.leg.
& est casus in l.palã. §.pe. uer.ergo. ff. de ri.
nup.quod sing. no. in limitatione pœnarum ,
quia si quis commiserit unũ delictũ ex quo ip-
so facto.uel ipso iure , statim à statuto infli-
gatur certa pœna pecuniaria , ut puta si statu
tũ dicit ꝙ si q̃s tale maleficiũ cõmiserit ip-
so iure uel ipso facto , uel statim uel mox in-
cidat uel incidisse intelligatur in pœnam cen-
tum,uel utatur similibus uerbis,tunc licet po
stea alio statuto caueatur ꝙ confitẽti delictũ
quarta pars minoretur condemnationis,quod
isto casu non potest minorari , licet confitere-
tur , sed integre debet imponi absque aliqua
diminutione,quod perpetuo tene menti .
AVG. Tu autem in hac materia,adde ꝙ
Bal.in l.ea quæ.C.de condi.indẽ.tetigit istam
difficultatem,& fecit mentionẽ de doctri. Bar.
in d.l. id quod.& reprehendit Bar.qui ad hoc
põderauit illũ tex.quia illle tex.in d.l.id quod.
nõ probat istã conclusionẽ, q̃a ibi iõ pęna nõ
p̃t crescere,q̃a inter dñm & seruũ nõ põt esse
iudicium.Sed dicit ꝙ doctri.Bart. ibi certe est
multum elegantissima,& menti tenenda,& ip
se multum extollit eã & approbat,sed dicit ꝙ
conclusio sua recte probatur,per tex.in d.l. pa
lam.uer.ego puto, ff.de ri.nupt.sed certe si il-
le tex.põderetur,nec ille tex.probat hoc,quia
ibi materia est odiosa. Nos autẽ loquimur in
alio casu fauorabili,maxime qñ per confessio
nem pęna minuitur,per ea quæ dixit Bal.in c.
j.§.porro,quæ sit pri.cau.benefi.amit.
7 *Statuto dicente confitenti minoretur pœna, &*
negãti augeatur,si aliquis primo fuit confes-
sus,& postea negauit maleficiũ,vel ecõtra, q̃d
erit circa talem confessionem,& negationem.
8 *Negatio ꝓ q̃ augetur pœna,qũo sit intelligẽda.*
ANG. Sed aduertas ad certa uerba Bal.
in ti.quæ sit pri.cau. benefi. amit.c.j.§.porro.
7 uer.nunc gñaliter q̃ro &c. ubi q̃rit. † aliquis
primo fuit confessus,& postea negauit malefi
ciũ uel ecõtra,primo negauit postea confitet̃,
& postea uult aliqñ inducere ad executionẽ
beneficij,aliquãdo ad dãni euitationem. & q̃a
statutum dicit,ꝙ confitẽti pęna minoretur &
neganti augeatur,quęro quid iuris.& ad eui-
dẽtiã eius dic p̃mittẽdũ esse ꝙ negatio p̃t esse
multiplex,uidelicet de substantia,ut q̃a quali
tatẽ loci uel tp̃is negat,uel ẽt de animi quali-
tate,ut quia negat dolum, quia dixit illud fe-
cisse ad sui defensionem. Itẽ aliqñ negat in fi-
gura iudicij,aliqñ in iudicio uel coram iudice
non contestata lite,ut quia libello oblato di-
cit quòd tale statutum dẽt intelligi de nega-
tione quę fit litis cõtest.qñ proceditur ꝑ accu
sationẽ quasi cõte. qñ proceditur pro inquisi-
tionem, ar.ff.de uer.si.l.bonæ.§.hoc sermone.
8 †uel dicit,dic melius cum tractamus de pęna
augẽda rõne negationis,intelligimus de ea ne
gatione in qua ꝑseuerat:sed si nõ ꝑseuerat,sed
cõfitetur nõdũ liquidato negotio ꝑ testiũ ꝓ
bationes , tunc euitat dãnum ꝙ ex negatione
emergebat , ut no.Inst.de ac.§.item mixta, C.
de his qui.ut iudi.l.alia cã. tñ ꝑ istã cõfessionẽ
non cõsequitur beneficiũ confitẽtis,q̃a primo
negãdo ur̃ tacite renunciare illi bñficio , ut
ff.de fideiu.l.si dubitetur.& ibi Bar.facit ꝙ no.
C.de nõ nu.pec.auth. cõtra q̃ propriam & in
Auth.de tri.& semi.§.pe.& C.de iu.do.impe.
l. 2. Sed Bar.in d.l.cum qui.de iurei.ur̃ simpli-
citer dicere,ꝙ non possit gaudere beneficio sta
tuti de confitente,q̃a statutũ de negãte dẽt in
telligi de primo actu facto in figura iudicij,ut
l.bonæ,§.hoc sermone.de uer.sig.& etiam quia
ꝑ negationem ius est q̃sitũ reipub.igitur &c.
ut l.fi.ff.de pac.Sed Sal.in l.cõtra negãtẽ.ad l.
Aq.ur̃ distinguere,aut incõtinẽti se corrigit &
dẽt posse facere , aliàs secus. allegat in simili
ꝙ no.gl.in c. 2.de confes.in 6.& ista distin.mi-
hi placet , saltem usquequo iudex uel accusa-
a tor non fuerit grauatus onere probandi , *a* ut
d.l.cum q̃. sed ẽt insurgit dubitatio,q̃d iuris si
confessus est in tormẽtis, & ꝑseuerauerit ĩ cõ
fessione. dicit Bal. in d.§.porro.ꝙ beneficium
confessionis nõ consequitur,ut ff.ad Tur.l.2.
§. si mater. Sed certe ẽt ibi dicit ꝙ ñ incurrat
pœnã negãtis, si statutũ augeret pęnã negãti
maleficium,q̃a negatione non perseuerauerit.

ADDITIO.

a ¶ Probandi. *Adde & vide Roma.in consi. 70.*
vbi hoc idem dicit.Ber.

AVG. Tu autem in hac materia adde Bal.
in l.quidam æstimauerũt,ff.si cer.pe.& in d.l.
cum qui tenet ꝙ post litẽ contest.nõ põt reuo
care illam confessionẽ sicut ante. Ang. vero in
d.l.cum qui vult, ꝙ si quis reuocat negationẽ
ante probationes factas,gaudeat beneficio sta
tuti,dicit tamen ibi Ang.ꝙ dato ꝙ possit cõfi
teri tñ in expensis condemnabitur. idẽ sequit̃
ibi Sal. Addit Raph. Fulg. & Pau.de Ca.in d.
l.cum qui tenentes.ibi cõtra Bar. quia penitẽ
tia non est deneganda penitentibus re integra.
Adde Bal.in l.ea quæ, C. de cond. inde.in 10.
& 11.q.tenentem contra Bar.& tenet ibi ꝙ il
le possit reuocare.illam negotiationem per cõ
fessionem ante probationes factam.Adde ꝙ id
quod dixit Bal.in d.§.porro,approbat in l.cõ-
tra negantem,C.ad l.Aq.in l.error.in 9.col.C.
de iu. & fac.ign. & Bal. in l.de ætate,§. fi.ff.
de interro.act.Adde Bal.in l.si vnus ex socijs,
§. fi. ff. pro soc.per illum tex.vult ꝙ negans
a principio non consequatur beneficium quod
conceditur a statuto cõfitenti, idẽ voluit Bal.
in d.§.item mixta.ibi vult ꝙ non admittãtur
confessio post negationem licet Bal. in l.j. C.
de fur. voluerit ꝙ post litem cõtest.nõ possit
confiteri reuocando negationẽ, ante vero sic.
Et aduerte quia licet do. Ang. hic in hac dif-
ficultate allegauerit Sal. in d. l. contra negan-
tem.tñ Sal.in d.l.cũ qui.cõtrarium tenet eius
quod dicit in d.l.contra negantẽ. Et vide Bal.
in l.j.C. de confes.in 5. col. & Iaco. de Are. &
Ang. & Imo. in l. sed si ita, §. quod ait, ff.de
re iud. Ray. & Ang. & Mod. in d. l. si dubite-
tur, §.j.ff.de fideius.Et dicit do. Cata.in tra.
synd.q.187. ꝙ ille qui primo negauit, postea
confitetur, non debet gaudere beneficia statu-
ti,allegat Bal.& Bar.hoc voluisse.

9 *Consitentur quis factum sed negat facti quali-
tatem,an habeatur pro negante.*

10 *Agens, accusans vel inquirens vbicunque ini-
titur responsioni aduersarij, sicut assumit eam
pro se ad probandum ita debet assumere con-
tra se ad statuti beneficium indulgendum.*

9 ANG.†Quærit Bal.in §.porro ponne quod
cõfitetur factum,sed qualitatẽ negat & dixit.
aut qualitatis negatio habet alterare secundũ
plus & minus, & tunc respectu qualitatis ha-
beo eũ pro negante, respectu sortis habeo pro
confitente, ita proportionaliter pœna acce-
dit qualitati & accedit sorti, licet alibi ista
consideratio reprobetur,ff.de eo,quod cer. lo.
l.fi.aut alteratio non est respectu plus & mi-
nus,sed exclusio totius pœnę, & tunc hr̃ in to
tũ pro negãte,arg.d.§.quid tñ.& ibi Bar.& l.
prætor. §. docere. ff.vi bo.rap.& per Bar.in d.
l.eum qui. vbi ipsi sentit vnam conclusionẽ.
10 †ꝙ vbicunq; agens vel accusans vel inquirẽs
innititur respõsioni aduersarij inquisiti, sicut
assumit eam pro se ad probãdũ,ita dẽt assume
a re cõtra se a ad statuti beneficiũ indulgendum.
arg.d.l.cum q. ꝙ dicit esse satis rõnabile. quæ
oĩa subtiliter & pulchre no. Cætera vide la-
tius per Bar.in sua dispu.per Italiam &c.

ADDITIO.

a ¶ Contra se. *Adde & tu vide nouis in d.l.eum
qui & Ro.in consi 354.in 3 col. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, ꝙ
ista maxima est quod ampla materia,& opus
esset videre dicta Doc. maxime Bal. & Raph.
Pau.de Ca.post Bar. in d.l.cũ qui.& ꝑ Bal.in
l.electio,§.neq;.ff.de nox.per Bal.in l.cum q̃d
ff.si.cer.pe.& per Bal.in.ea q̃.C.de cõd.ind. ꝑ
Ro.& Imo.in l.j.§. si q̃s simpliciter,ff de ver.
ob.vbi rep̃hendũt Ang.ibi, & no. q̃ dixit Bal.
in l.edita. in pe.col.in rep.Paduana.C.de.edẽ.
ꝙ ad hoc vt per negationẽ pęna crescat, opus
est ꝙ sit facta suꝑ libello apto, & nõ inepto.
per tex.in l.j.C.de his qui põt. Itẽ requirit̃ ꝙ
ex certa scientia negetur,ꝑ tex.in c.si vasallus
in ti. si de feu. fu. controuer.inter do. & agn.
& ibi no.Bal. & est de mente Bar. in d. l.eum
qui dum allc.tex.in l.aliud.ff.de verb. sign.

11 *Inquiritur contra Titiũ, & occiderit Caiũ ta-
li loco tali tꝑe, & proditore. si Titius respon-
deat,occidi,sed non tali loco, nec tali tempore,
vel non proditorie,an iudex possit Titium coge
re ꝙ certum respondeat.*

12 *Respõdẽs inquisitioni,occidi si omicidium ap-
pareat, an videatur respondisse sufficienter.*

11 ANG.†Quid autem si contra te inquirunt
ꝙ occidisti Titium tali loco,tali tꝑe & ꝓdito
rie,tu autem respondẽdo inquisitioni dicas,ꝙ
occidisti,sed non illo tꝑe.illo loco, vel nõ pro-
ditorie,an iudex põt te cogere, ꝙ certum res-
pondeas.dic ꝙ sic,quia non videris omnino ad
interrogata respondisse, ita dicit singulariter
Bar.per illũ tex.in l.de ætate,§.ꝙ aũt.ff.de in
12 ter.act. †Quid aũt si respõdeas inquisitioni,
occidi.si homicidiũ appareat,an videat̃ respon
disse sufficiẽter,dicas ꝙ ñ.arg.no. per Bar.l.de
ætate,§.nihil ff.de interr.act.& firmat Ludo.
in l.j.§.si quis simpliciter.de ver.ob.

AVG. Tu autẽ in hac materia adde Mod.
in d.

in d.l.de ætate, §. ꝙ autem. & vide Ro. in l.j.§. ſi quis ſimpliciter. ff. de. ver. ob. qui vr̃ tranſire cum iſta doctri. Bar. licet aliqui ibi contrarium tenuerint & male, quia illa ratio ſuꝑ qua Bar. in d.§. ꝙ autem. fundauit iſtam conclu. eſt vera in iure, nec tenentes partem contrariam reſpondent rationi Bar.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex in licentia per reum ſibi data de procedẽdo debet facere opponere iſta verba, vſque ad ſententiam incluſiue.*

2 *Iudex in criminalibus vbi imponitur pœna relegationis, abinde infra in quibus de iure poteſt procedi contra abſentem: non poteſt procedere ad diffinitiuam lite non conteſtata, niſi ſit data licentia.*

3 *Aſſeſſores cauti ſemper faciunt ſcribi ꝙ pari dat licentiam explendi proceſſum in abſentia.*

Dicta die.

QVI *iudex fecit ſibi dari licentiam poſſe procedi vſq; ad ſententiam diffinitiuam incluſiue a dictis inquiſitis comparentibus &c.*) † Et ſis cautus tu iudex quod in iſta licentia per reum data opponere facias vſq; ad
a ſententiã *a* incluſiue, alias aũt ſi diceres, dedit licẽtiã dicto iudici procedendi vſq; ad ſniãm, & non diceres incluſiue, eſſet dubium an poſſet procedere ad ſniæ prolationem non citato reo ꝑꝑ dictionem, vſq; an ponatur excluſiue, iuxta no. per gl. & alios l.j. ff. de pig. act. & per Bar. in l. patronus, §. Sempronio, ff. de le.
3 alias ſi aliqua licentia conceſſa nõ fuiſſet iudici per reum, ipſe iudex nõ poſſet ſine debitis citationib. procedere, quia ſi non poteſt in pecuniaria, & cauſa ciuili, vt l. nã ita diuus, ff. de ado. & l. de vnoquoque, ff. de re iu. ergo multominus poteſt in criminalib. vbi maius vertitur periculum. Et de iſta licentia ponit Bar. in l. is qui reus, ff. de pu. iu. ver. ſed quæro qũo cũ ĩ. &c. & Imo. qui dicunt qñ comparet accuſator, iudices faciunt eum iurare de calũnia, & ſibi dari licentiã procedendi, & ſi non dederit, tñ ex ſuo officio poteſt cãm inquiſitionis vel accuſationis proſequi, & finire, vt no. Bart.
2 in l. pe. ff. de pub. iud. † Sed aduertas ꝙ in criminalibus in quibus imponitur pœna relegationis abinde ĩ in quib. poteſt ẽt de iure procedi contra abſentem, ꝙ non põt iudex procedere ad diffinitiuam lite non conteſtata, niſi data fuiſſet dicta licentia. vide ꝙ no. Sal. in le. abſcentem, C. de accu. ver. quæro & ſeptimo in criminalib. &c. Si ergo iudice faciunt dictam licentiam in accuſatione, idem & fortius faciunt, & facere debent dari in inquiſitione, & tenet talis licentia conceſſa, quia in ciuilib. partes poſſunt paciſci, ꝙ velet iudicium ſine citatione, ita quod nõ ſit neceſſe eos citari, vt l. fi. §. fi. C. de tẽ. ap. ita dicit Bal. ad literam in l. vt perfectius, C. de ann. exc. ibi, octauo ꝙ partes &c. ergo idẽ in criminalib. in quib. ad ſimilitudinem ciuiliũ procedit, vt l. abſentẽ, ff. de pœ.

A D D I T I O.

a ¶ Vſque ad ſententiam. *De hac dictione vide etiam per Oldr conſi. 49.*

AVG. Tu autem in hac materia, adde Bal. in l. diem ꝑferre, §. ſi quis litigatorũ, ff. d' arb. põderãtẽ ibi gl. dicẽtẽ illã gl. ordinariam ꝙ tenet proceſſus ſine citatione patris, quãdo partes renũciãt citationi, & iõ dicit ꝙ in criminalib. uidemus practicari ꝙ iudices faciũt ſibi dari licentiã procedẽdi ſine citatione, & in abſentia partis, & alle. Spe in ti. de citat. §. viſo. verſ. pone ꝙ partes. & ideo dixit Bal. in l. ſi qñ. C. de teſti. ꝙ in criminalib. videmus practicari, ꝙ iudices faciunt ſibi dari licentiã ꝙ poſſit recipere teſtes ſine præſentia partis, & per cõſequens ſine aliqua alia citatione. Adde Bal. no. loquẽtẽ in hac mã, in l. ſi accuſatorib. C. de accu. qui dicit ꝙ ibi licet in illo tex. dicatur ꝙ accuſatore non citato non põt ferri ſnĩa abſolutoria, tñ hoc eſt limitãdũ niſi accuſatores dediſſent licentiam iudici, ſuper hoc ꝙ ſnĩa
3 poteſt ferri ſine alia citatione. Et † iõ dicit ꝙ cauti aſſeſſores ſemper faciũt ſcribi ꝙ pars dat licentiam explendi proceſſum in abſcentia quę datæ licentię valent, quia hoc reſpicit ad fauorem partis, vt l. diẽ proferre, §. ſi quis litigatorũ, ff. de arbit. & dicit ꝙ iſtam partem tenet Spec. & oẽs, & non dubito ꝙ voluerit allere Spe. in d. §. viſo. verſi. ſed pone ꝙ partes.

S V M M A R I V M.

1 *Monitio ꝙ cõpareat ſingulis diebus, an valeat.*

QVI *iudex dictos inquiſitos, & quẽlibet eorũ monuit ſingulis dieb. & horis &c. qui inquiſiti & qlibet eorũ promiſerunt ſtare parere, & pati omnẽ cõdemnationẽ &c.*
1 † Et talis monitio licet videatur grauare partem tamẽ valet ꝑꝑ licentiam ꝑambulã q̃ reus dedit iudici alias aũt ſi dicta licentia non præceſſiſſet, licet talis monitio de iure valeret, tamen quia eſt nimis onerosa & grauans reum ipſe potuiſſet applare, & dicere ꝙ imo vult citari ſimplr in quolibet actu ita dicit Imo. in l.

in l.qui ante calendas,in п.ff.de verb. obli. & Bar. in extrauag. ad repri. in verbo , per edictum. & per Pet. de Anch. in cle.j. de fo.compe.in §.no.quia si in ciuili,vbi non vertitur]t a le præiudicium, propter hoc potest appellari , quantomagis si reus nõ acquiescit dictæ monitioni in criminali debet posse appellari à tali monitione, vbi maius vertitur præiudicium ? arg.l.non tantum,cum si.ff.de appel.

AVG. Tu adde quod miror ꝙ iste Doctor
a dicat,quòd Imo.in d.l.qui ante calendas *a* dicat quòd possit appellari à tali monitione iudicis,quòd singulis diebus & horis cõpareat, nisi præcedat illa licẽtia , de qua s̃.in proxi.gl. quia nec Pet. de Anch. ne Bart. in locis s̃.allegatis per Ang. hoc dicunt , nec Imo.in d.l. qui ante calendas.sed Imo.ibi loquitur quãdo citato gñalis ad totam cãm esset facta , quia dicit si est facta sine causa:puta ꝙ ille citatus non sint de longinquo , non tenet , & poterit appellari . Quinimo etiam isto casu est maximum dubium in iure , an ab illa citatione generali possit appellari,quia aliqui tenent quod talis citato est nulla, vt voluit Ant.de Butr. in cap.fi.extra de dila. & ipsemet Imo. in l.ex consensu,§.fi.in 21.colum. ff. de app. & Imo. in l.de vno quoque , §. j.ff.de re iud.& Domi. de S.Gemi. in c. ij. de dom.in 6.ducet Imo.in c.consuluit.ext.de offi.dele.tenuerit quod necessaria sit applo. Sed de materia vide d. Ab. in c.fi. ext. de dil.& d.An.de Bu. in c.ad petitionẽ. ext. de acc. & in c. cũ dilecti,ext.de do. & contu.Sed quia ista non est materia nostra aliter non examino: sed remitto te ad ea quæ vltra omnes Mod. scripsi multa allegando in d.l.qui ante calendas,in vlt addi. meis . Quinimo Bal.in l.si qñ,C.de testi.tenet quod talis monitio iudicis quòd quis compareat singulis diebus & horis valeat,& Bal.in l.item illa, ff. de const. pec. Et de ista cautela facit mentionem Bar. in d. extrauag. in verbo , per edictum.& Pet.de Anch.in d cle.j.

ADDITIO.

a ¶ L.qui ante calendas. *Adde tu & vide Alex. & Mod in d l.qui ante calendas,& vide Bar. in extrauag. ad repri.in verbo, per edictum.& Bar.in consi. 228.in 3.volu vbi ꝙ talis citatio non valet,ex quo non habet debitum spatium temporis quod requiritur inter dilactionem & dilationem:& ibi vide qua adducit per plures rationes.addo tamenq; Fed.de Se.in consi. 171. incip.Casus talis est quidam fuit citatus .enet talem citationem valere . & ibi ꝙ si comparet ad vnum actum, non potest dici contumax, & ꝙ ad omnes actus sequentes est citandus , per c ij de do.& contum.vt ibi per eum, & quãdo citatio generalis valeat , vide Pau.de Cast. in consi.50.in impressis Ber.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor quãdo præstatur in delictis,& quando non.*

PRO *quibus,& quolibet eorum &c Antonius Toma capella sancti Antonij de Bo-*
2 *nonia fideiussit &c.*† Hoc verum ꝙ prẽstatur fideiusso,qñ est tale delictum ex quo non venit poena , nec principaliter , nec in defectum,vel in quandam consequentiam corporis afflictiua imponenda,iuxta no.per.Bart.in l. j. ff. de custo. reo. & sic in casu nostro iste non fideiussit pro Caio : quia pro pœna vel sub pœna corporali non potest fideiuberi : quia nõ est dñus membrorũ suorũ, vt est bona gl.in c.cum homo.33.q. v.intantum quod nõ valet fideiussio de præsentando aliquẽ sub pẽna corporali , vt no.Bar.in l.4.ff.de cust. reo.

AVG.Tu autem in hac materia adde quod istæ conclusiones d. Ang. hic non sunt ita in distincte veræ : nam poterit esse pẽna pecuniaria : & tamen etiã reus non est fideiussoribus relaxandus : putà in casibus positis per Ang.in l.nullus . C. de exhi. reis. putà si reus voluit à principio incarcerari , & postca in fine quando sententia fertur , dicit vele dare fideiussores:nam non dẽt audiri.& allegat bona iura quæ parum mihi esset ista hic transcribere , dic vt ibi.Itẽ secundũ Bal.in d.l.nullus.si reus confiteretur crimen etiam si pẽna esset pecuniaria , non est reus fideiussoribus relaxandus . Præterea uide Ang. qui ponit etiam qñq; reum relaxari fideiussoribus , qñ pœna esset corporis afflictiua : ibi vide practicam, & tene menti gl.singularem quam magnifacit ibi Ro. in l.lege Cornel. ff. ad Silla . ꝙ ille qui semel aufugit de carcere etiam in casu quo deberet relaxari dando fideiussores amisit priuilegium:adeo quod si ista secunda vice per quam est carceratus , licet debet fideiussoribus relaxari , quia pœna erat pecuniaria,non relaxabitur , quod no.bene faciunt no.per Bar.& Bal.in l.3.C.de episc.aud.Intelige tamen prẽdicta, ꝙ verum est ꝙ in cã criminali vbi imponitur pœna mortis , non potest intercedere fideiussor . Dicas nisi consuetudo

tudo esset in contrarium, quia tunc valet consuetudo. glo. est singu. 23. q. j.c.cum homo, quam refert & sequitur Ro.in sing. suis primi anni, singula. 120. quod incip. tu scis quòd in causa criminali.

2 *Iudex debet esse cautus vt in fideiussione recipienda ita late eam concipiat vt etiam casum comprehendat, si reus appellaret, & per iudicem appellationis esset iudicatum.*

3 *Fideiussor apud primum iudicem acceptus, q̃do teneatur, & quando non lata sententia per iudicem appellationis.*

2 ANG. † Et si bene cautus tu iudex, vt dictam fideiussionem capias late, vt cõprehendat etiam ꝙ in casu quo reus appellaret, & ꝑ iudicem appellationis fuerit iudicatũ, quod ēt fideiussor teneatur, & sic dicas ꝙ Titius promisit stare, parere, pati, & soluere omnem condemnationem de eo, & ex dicto processu in omnē cām quotiescunq; qualitercunque, & qñcunque & per quencunq; fuerit iudicatum. arg. l.cum postea. & ibi glo.in simili, ff.de arbitr. vel dicat, si per dictum iudicem fuerit iudicatum, uel per alium qui loco sui successerit, uel etiam per iudicem appellationis: aliàs autem nisi ista uerba in dicta fideiussione apponantur, statim cum appellatum fuisset fideiussor esset liberatus, ut l.cum apud. & ibi per Bar. ff.de iudi.

AVG. Tu autem in hac materia adde Moder. late ponētes istam difficultatē in d.l.cum apud. ff.iudi. sol. & uide gl.in l. ij.ff.de qõ.in quadam notabili solutione, uidentur ampliare d.l.cum apud.ut illa lex habeat locum, etiã qñ nomen iudicis proprium non fuisset in satisdatione expressum, & sequuntur Cy.& Iac. de Raue. ibi allegantes l. 3. in prin.ff.iudic. sol. & idem uoluit Bart. in d.l.ij. Et plenius Bar.in d. l. cum apud.& ibi Ang.& Bal. in l.reos, §.cautionem, in prin.C.de app. licet Marti.Sill.contrarium tenuerit, & non bene, ut dixit Iac. But. in d.l.ij.qui tandem per suã disputationem conatur opi.cõcordare, & cum eo transit Sali. in d.l. ij.licet in effectu eorum uerba non uideantur discrepare à uerbis Bar. in d.l.cum apud. Adde tamē quod notãter dexit Bar. in l. Iulianus, ff.qui satisd.cog.in 6. col. qui dicit ꝙ etiam si iurm interuenisset, procedit dispositio d. l. cum apud. allegat gl. no. 3. q. 4. c. quod bene. & ibi in effectu ipse
3 concludit, † ꝙ si iudex appellationis simpliciter firmat primã sñiam, cum tunc ex prima sñia detur actio: tunc fideiussores tenentur etiam in cã appellationis: secus si iudex aliquid adderet, uel detraheret sñiæ, quia tunc ageret ex secunda sñia, tunc fideiussores dati in prima non tenetur in ista secunda, & dicit hoc utilissimum esse scire ꝑꝑ causas criminales, quando reus appellat fideiussores dati teneantur etiam in causa appellationis.

4 *Iudex tenetur fisco etiam si principalis non est soluendo, ideo bene debet aduertere in recipienda fideiussione, cuius diuersimode concepta diuersi sunt effectus.*

5 *In fideiusione an sufficiat ꝙ dicatur, pro quo fideiussit &c. absque hoc ꝙ dicatur, & renunciauit &c.*

6 *Fideiussor de sistendo quãdocunq; curia placuerit, an teneatur sistere reum etiam lata sñia.*

4 ANG. †Debēs etiam animaduertere qualiter istam fideiussionem tu accipis, & etiam si principalis non esset soluendo, tu iudex teneris fisco in syndicatu, qm̃ si acciperes de iudicio sisti, clarum est ꝙ expiraret adueniente sñia, quæ apprehenderet reum, ut l.Græcè, §. post litem, ff.de fideiuss. Idem si esset fi-
a deiussor de repræsentando, *a* qm̃ statim lata sñia quæ reum apprehendat liberatus est, & no. Bar. in l.si quis reum, ff.de cust.reo. Idem si esset fideiussor qui promisit stare, parere, & obedire mandatis curiæ, & dicti iudicis, quia talis fideiussor liberatur per sententiã, ut no. Bal. in addi. Spec. in tit.de reo in princi. uer.sed quid si facit &c. facit quod no. Dyn. in l.continuus, §.cum quis, ff.de uerb.obli. debet ergo addi, promisit stare, parere mandatis dicti iudicis, & soluere, & pati omnem
b condemnationem *b* & pœnam quam de eo dictu

ADDITIONES.

a ¶ De repræsentando. *Adde tu an promittens reum præsentare intra octo dies dicatur in mora lapsis octo diebus, si non est sibi præceptum per curiam, & an tempus octo dierum dicatur appositum gratia faciendæ obligationis, an gratia differēdæ præsentationis, vide Pau. de Cast. in consi. 148 in primo impressis. an autem liberetur fideiussor repræsentando antequam sit requisitus, vide Ro in consi. 137. & an promittēs repræsentare toties quoties &c. qñ teneatur ꝑdo Alex. de Imo in consi. 146 col. 1. in 2. vol B.*

b ¶ Omnem condemnationem. *Adde tu & vide Bal. in consi. 285. in 4. vol. Ber.*

dictus iudex, vel alius, vel etiam iudex appel-
lationis pro dicto maleficio facere pro quo
5 &c. Seius fideiussit &c. † Et bene no. quod satis
est, quòd dicatur pro quo Seius fideiussit &c.
nam eo ipso, quòd dicit fideiussit, licet non di
catur, & renunciauit &c. se obligauit, nec etiã
alias clausulas apponat: & licet esset pœna
furti, tamen fideiussor tenetur, vt dicit gl. in
l. inter stipulantem, in prin. & in l. cum filius,
in prin. ff. de verb. oblig. & Bar. in l. si quis pro
eo. ff. de fideiuss. in princ.

A V G. Tu autem in hac materia adde pri-
mo quæ dixit Catal. in tract. syndi q. 241. ꝙ
iudex maleficiorum qui recipit fideiussores
minus idoneos, ipse de suo postea tenetur,
per l. quoties, ff. qui satisd. cog. Et adde ea q̃
dixit Ang. in l. ij. §. in fideiussorem. qui satisd.
cog. qui dicit, ꝙ ille tex. in d l. Græcè post li-
tem. est singularis, & non est alibi in iure, qui
ẽt dicit ꝙ si actor differt prosequi litem tãto
tpe, quanto põt durare instantia, & sic sit per-
empta instantia, quòd liberatur fideiussor iste
de repræsentan. nisi obligauerit se in scri-
ptis, & pro republica, per l. pe. C. de fideius. &
ibi vides quid in causa appellationis, & quid
9 si fideiussor est tpalis. † Item adde ꝙ Bar. in
d. l. si quis reum. imò expressè vult, ꝙ fideius-
sor aliquẽ quandocunq; curiæ placuerit, etiã
tenetur sistere reum post latam sñiam, licet
Bal. in l. eum pro quo, ff. de in ius voc. non
ausus sit decidere: sed remittit se ad no. per
Dy. in d. l. continuus, §. cum quis, ff. de verb.
obli. Adde tamen quod Bal. in l. qui crimẽ, C.
qui accu. in 3. col. vbi latissimè disputat, &
ponit materiam istam de fideiussore qui pro-
misit de repræsentando aliquem, tñ indiui-
duo istius qõnis faciens mentionem de doctri
na Bar. in d. l. si quis reum. dicit quòd Bar. ibi
pessimè est locutus, & quòd Dy. vr̃ tenere con
trarium in d. l. continuus. dicens quòd sua opi.
est verior quã sit illa Bart. ꝙ verba gñalia de-
bent restringi ad id quod iustum est, ꝙ non ad
id quod iniustum est, l. si cui. ff. de ser. Adde
Ang. ñ in d. l. si quis reum. vr̃ sequi sententiam
Bar. adde quod Ro. in l. si finita, in princ. fi. de
dã. infe. facit mentionem de hac alteratione
inter Bart. & Bal. & ibi nihil decidit: & ibi
vide Ro. & Mod. & ea quæ latissimè scripsi
post ipsos in addi. meis, an fideiussor de re-
præsentando aliquem toties quoties curiæ
placuerit, an repræsentando bis sit libera-
tus, & faciunt no. per Ro. in consi. suo 14.
vbi concludit, quòd bis præsentando quis est
liberatus, & ista est materia profunda. & latis
simè scripsi in d. l. si finita.

7 *Malefactor vnus, an possit pro alio fideiubere.*

7 A N G. † Quæro, an vnus ex malefactori-
bus possit fideiubere pro alio. Bart. in l. Ro-
manus, in fi. ff. de tuto. & cura. da ab his. vr̃
velle quòd sic, sed ibi vr̃ loqui in criminalibus
leuibus, tamen idem est in alijs, quia eadem est
ratio, dummodo, vt s̃. dixi, sit tale delictum, ꝙ
sit fideiussoribus relaxandus: unde si iudex
vnum ex reis pro alio reo fideiussorem acce-
perit. non tenetur in syndicatu.

A V G. Tu autem in hac materia adde, ꝙ
Ang. in l. reos. in prin. ff. de duob. reis. vr̃ in
terminis hoc velle ibi. Sed aduerte, quia intelli
go ista cum grano salis, scilicet ꝙ vnus male-
factor potest pro alio fideiubere: hoc verum,
si non est suspectus. Et ad hoc allego bonam
glo. in Auth. de exhi. reis, colu. 5. §. suscepto.
in versic. fideiussione. ꝙ tene menti, quia fru-
stra totum esset, si intelligeretur de eo qui ni-
hil possideret.

8 *Fideiussor an teneatur ad illud quartum plus,
in quo incurrit reus ex forma statuti, si non
soluerit originaliter condemuationem intra
decem dies, & quomodo debeat esse cautus iu-
dex in recipiendo fideiussionem dicendo, fide-
iussit, non tantum pro pœna delicti, sed pro pœ
na dicti processus.*

8 A N G. † Quæro, an fideiussor teneatur
ad aliud quartum plus, in quo incurrit reus
ex forma statuti, si non soluerit originaliter
condemnationem intra x. dies. dic ꝙ non, quia
illud quartum plus, vel etiam si in plus condẽ
naretur per suam negationem habitam post
fideiussorem. dic ꝙ non, quia talis pęna quar-
ti pluris siue augmenti, non est pęna delicti,
sed est pœna notationis seu contumaciæ, ad
quam non intercessit fideiussor. l. fi. ff. de fi-
deiuss. & l. j. & ibi Bar. ff de in lit. iuran. Sis
ergo cautus tu iudex si uis, ꝙ ad hoc etiam
fideiussor teneatur, ꝙ dicas, ꝙ fideiussit non
tm̃ pro pœna delicti, sed pro pœna dicti pro-
cessus. vt s̃. dixi, sed pœna negantis, vel con-
tumacis est pœna processus, ergo fideiussor
tenebitur, ita dicit Bar. in d. l. j. in fi. vel di-
cas, ꝙ promisit soluere iudicatum, vt l. iudica
tum, ff. iudi. sol. ita eleganter dicit Bartol. in l.
sanctio legum, ff. de pœn. Si autem alio modo
quà per negationem pœna augeatur, an fide-
iussor teneatur? vr̃ quod sic, ut l. ij. in princ. ff.
quo.

quo. lega. dic tñ vt ibi per Ang. & oĩno vide Bar. in l. fideiussor magistratus, ff. de fideiuss.

A V G. Tu autem in hac materia adde, & dic ꝙ contra istam decisionẽ Bar. exp̃sse vr̃ decisio Io. And. in addi Spe. in ti. de fideius. §. j. in addi. q̃ incip. extant ẽt quæstione. Gui. de Suza. qui dicit ꝙ si reus principalis condemnatus est in duplum ex eo quia non soluit simplum tẽpore debito, fideiussor soluit simplũ & duplum ꝙ fideiussor poterit repetere illud duplũ a reo per tex. in l. si mandato meo, §. fideiussor, ff. mã. nisi saluando Bar. dicamus limitando quia doctrina Io. And. militabit qñ talis fideiussor datus est postquã pęna illa accrescit & nõ añ augmentũ pœnę. Qđ si ante augmẽtum militabit doctrina Bar. in d. l. j. ita vr̃ sentire Bal. in d. l. j. licet non allegat. Ioan. An. in loco s̃. alle. Ad prędicta ẽt vide doctrinã aureã Bar. quã posuit in l. 2. ff. de pub. iud. ꝑ quã poteris limitare p̃dicta qñ pęna crescit in quarto pluri, an sit pœna delicti, an contumacię dic vt ibi. Et adde q̃ dicentur j̃. in gl. q̃ incip. quas si non soluerit intra 10. dies soluat cum quarto pluri. in add. mea. & Albe. de Ros. in j. par. statuto. q. 144. ibi determinat ꝙ fideiussor nõ tenetur ad pęnas cõtumacię.

9 *Fideiussoribus relaxandus si idoneum fideiussorem offerat, iudex autem reum detineat in carcere poteris agere contra iudicem actionę iniuriarum.*

9 A N G. † Et no. ꝙ si aliquis esset fideiussoribus relaxandus & iudex ipsum retineret aut carceraretur ꝙ cõtra iudicẽ cui fideiussorẽ idoneum reus offerret, potest reus agere act. iuriarum, vt no. Bart. in l. si vero pro condẽmnato. §. j. ff. qui satis. cog.

A V G. Adde ꝙ in terminis idem voluit Ang. in d. §. j. & ibi Mod. sequuntur opi. Bar. ibi Ang. multũ exclamat cõtra officiales detinẽtes inuentos cũ armis, q̃ dicũt relaxari dãdo fideiussores. Et idem dixit Bald. in l. sed & si is, ff. de in ius vocã. & hoc tene menti.

10 *Fœmina q̃ non põt fideiussionem præstare, quo modo per cautionem iuratoriam satisfacit.*

10 A N G. † Et aduertas ꝙ p̃dicta procedunt in masculo qui tenetur dare fideiussorẽ, alias detinebit, vt j̃. in fi. dicã. in fœmina autem delinquente si põt p̃stare fideiussorẽ cum præstabit in casu quo sit fideiussorib. relaxand. si aũt pręstare non poterit, stabitur suæ iuratoriæ cautioni, vt in Auth. vt nulli iu. §. necessariam. facit auth. cui relictum, C. de indi. vid. tol. & in auth. sed hodie. C. de offi. diuer. iur. quod no. tu iudex ad tui defensionẽ si non coegisti mulierẽ ad præstandum fideiuss. & eam relaxasti suæ iuratoriæ cautioni tãtũ stando.

A V G. Tu autem in hac materia adde ꝙ Bal. in l. satis §. j. ff. de in ius vo. dicit, ꝙ licet inuenti cum armis debeãt poni in carcere, nisi satisdent & dent fideiuss. quia dando fideiussorem nõ debent incarcerari. hoc verũ in masculo. in fœmina autem non quia fœmina si non potest pręstare fideiussorem iurando, stabitur suæ iuratoriæ cautioni de præsentando. tex. alle. quem dicit not. in auth. sed nouo iure, C. de cura. quæ lex est extracta ex Auth. vt nulli iud. s̃. alle. Adde tñ limitando prædicta, quia dicta auth. sed nouo iure. habet locum solum in fœminis honestæ vitæ quæ non possunt incarcerari, sed iuratoria cautione relaxari. ita dicit Pet. & sequitur Cy. in l. qm̃, C. de cust. reo. & Bar. in d. §. necessariũ faciunt no. per Sal. in d. l. quoniam.

11 *Fideiussorem præstans, in quibus casibus pœnalibus veniat relaxandus, & in quibus non.*

11 A N G. † Scis ẽt ꝙ fideiussorib. quis est relaxandus quando simpliciter est pęna pecuniaria, aut ex forma iuris vel statutorũ, vt l. j. ff. de cus. re. & ibi Bar. Si verò esset pęna corporalis vel corporis afflictiua, tunc res non est fideiussorib. relaxandus, sed seruandus est in carcere, alias posset recedere tempore sententię & sic pęna esset elusoria cõtra l. si p̃tor. ff. de iud. Itẽ nõ est relaxãdus si pęna licet sit pecuniaria tñ est in subsidiũ corporalis vt quia statutum dicit, condemnetur in centũ libris quas si non soluerit intra mensem. amputetur ei manus, vt no. Bar. ff. de cus. reo. l. j. vel si statutũ dicat alternatiue, vtputa q̃ amputetur manus, vel soluat lib. centũ Bono, vel fortius si esset copulatiue, vt condemnetur in amputatione manus, & in lib. centum. ita dici Dy. & Bar. in l. 2. & ibi Imo. ff. de pub. iud. de quo latius dixi s̃ in gl. super ver. fama publi. in ver. decimo quæro &c. & seq. dic vt ibi, vbi etiam videas quando vult, vel qñ põt facere depositum, & in qua forma recurras omnino ad ea quæ ibi plene dixi.

A V G. Tu autem in hac materia adde hic no. per Ang. in l. 2. C. de exhi. re. qui in hac materia ponunt multas fallentias & limitationes, & maximè qñ pœna est arbitraria, an quis fideiussoribus sit relaxandus. & ibi dicit consuetudinem inspici debere, per l. quid ergo.

ergo §. pœna grauior, ff. de his qui no. infa. qua si consuetum est illam pœnã fore corporalem, non est fideussoribus relaxandus, alias sic aliqui vero casus etiam ibi ponuntur per Ang. vbi p ƺdicta poteris limitare, dic vt ibi, & satis dictum est s̃ in hac eadẽ gl. in princ.

12 *Fideiussor est qui patitur se nominari in actis pro fideiussore, pro maleficio alieno, & non contradicit in continenti, licet non dicat expresse ita promitto et fidebiubeo &c.*

12 A N G. † Caueat tamen iste Anto. qui hic fuit fideiussor, uel alius quilibet, quia quoties pro maleficio alieno, iste talis fideiussor patitur se nominari in actis pro fideiussore dicti inquisiti, & ipse incontinenti non contradicit; statim tenetur, licet expresse non dicat, & ita promitto & fideiubeo pro dicto inquisito, iste est casus, & ibi Bar. in l. cum
a ostendimus, *a* §. fi. ff. de fideius. tu. quod no. qñ aliquis inquisitus te præsente nominat te pro fideiussore, si non uis obligari non permittas te scribi apud acta, imo statim contradicas, alias autem tacens obligaris.

12 *Fur an liberabitur si compareat dominus pro suo interesse, & furem excusando dicat illud fuisse factum sua voluntate.*

11 ANG.†Quid si fur dicat, ꝙ qñ rem subtra
xit Titio, putauit sibi dñm permissurum?
Rñdeo,nō creditur ei,cum furari sit de ge-
nere prohibitorum, & nemo credit cōsen-
tire nisi expresse probetur consensus, ut l.
qui uas,§.vetare,ff.de fur.nisi ex aliquibus
a coniecturis *a* id probet,ut puta quia domi-
nus cōmodauit equũ vsq; ad uillã, credere
potuit ꝙ ēt ꝓ lōgiori via cōcederet, vñ ex-
cusatur,iuxta no.ꝑ gl.in §.placuit,Insti.de
obli.q̄ ex quasi del.nas.ita determinat Bar.
12 in l.inter oēs,§.recte,ff.de fur.†Quid si cō-
paret dñs ꝓ suo interesse & furē excusat di
cens illud factũ fuisse sua voluntate,an ꝑꝑ
hoc reus liberetur? Bar.in d.§.recte. dicit ꝙ
b in dubio talis confessio dñi non ꝑiudicat *b*
reipublicæ,q̄n reus ad vindictã publicã pu
niatur,arg.no.ĩ l.2.§.fi.ff. si ex nox.ca.aga.
nisi appareāt aliqua ĩdicia de suo cōsensu,
vt quia erat consanguineus vel amicus val
de.& erat res parua,vel erat consuetus talia
concedere.ar.l.si seruus,ff.de don. inter vir.
& vxor. aliàs de facili multi fures possent
euadere contra ius, & istam opin. sequitur
Bal.in l.transigere,C.de transact.

AVG. Tu aũt in hac materia adde ea q̄ c
dixit Bal.in l.falsus,C.de fur.in 3.col.q̄ di-
xit,ꝙ verũ est ꝙ nō credit in dño rei subtra
ctæ, ꝙ de cōsensu suo fur cōmiserit furtũ,
tñ limitat hoc nō procedere nisi vltra asser- a
tionē dñi iurm interuenerit, quia tũc credi b
tur ei,& ibi uide Bal.allegātē bona iura, &
dixit Ang.in l.q̄ vas,§.vetare,ff.de fur. ꝙ si c
furtum est commissum personæ cui erat
gloria agnoscendi, ꝙ excusatur fur,q̄ dicit
quòd fecit furtum credens dominum per-
missurum, alleg. Iacob. de Are.ita voluisse
in l.si quis hoc genus, C.de epi. & cler.Sed
Ang. in d.§. recte. dicit ꝙ de facto hoc non
obseruatur.Et inquantum dictum est quòd
si fur est persona coniuncta,vel aliàs habet
amicitiam cum domino rei subtractæ, &
dominus confitetur quod de consensu suo
furtum est factum,quod releuatur isto casu
fur a pœna furti.Adde ꝙ ad hoc idem affir
mauerunt Canonistę, maxime dom.Abb.
in ca.dudum, el 2.extra de electio.Et idem
do.Abb.post Doct.in capit.j. extra de præ-
sump.qui faciunt mentionem de doctrina
Barto. in hac materia in d.§.recte. & vide
Bald.in d.l falsus.& Salice.& Moder. in d.
l. transigere. & dicit Angel.in d.§. recte.
quod omnia ista relinquũtur arbitrio iu-
dicis,& bene per l.ait prętor, ff.de iure del.

13 *Inquisitus si compareat & dicat, potuit impune occidere, quia erat bannitus, quid erit dicendum.*

13 ANG.† Quid si dicat,ꝙ potuit impune
occidere,quia ille erat bannitus. Respōdeo
ꝙ nō tñ inquisitus potest hoc facere,dedu
cere,& allegare per se,sed etiam quilibet,vt
tanquam unus de populo potest hoc facere
& comparere coram iudice,& ostendere,&
ꝓducere bannũ illius occisi,& allegare sta-
tutũ quo potuit impune occidi, & statim
accusatio vel ĩquisitio non recipit,nec suꝑ
ea ꝓceditur,& sic talis exceptio ualet,uide-
licet ꝙ ille potuit ĩpune occidi si opponit
ad ꝓcesũ,ita dicit Bar.ĩ l.si seruus,C.đ his
q̄ ad eccl.cōfu.& ēt q̄ primũ iudici cōstite-
rit de dicto bāno, statim iudex pōt circũdu
cere dictũ processum cōtra occisorē,q̄a sibi
constat notorie ꝙ illud delictũ est impuni-
bile:ita no.dicit Bar.in l.vbi pactum. C.de
trans. & in l.pe.§.ad crimen,ff.de pub.iud.
ver.quæro procurator habens mandatum
&c.& ibi Imo.& domi.Franc.de Alberg.de
Are.in l.3.C. de accusat. quod perpetuo *c*
no.

ADDITIONES.

a ¶Coniecturis. *Adde Fulg.in cons.390. Ber.*

b ¶Præiudicat. *Adde Ro.in cons.406 et Alex.de Imo.in cons.1.in 3.uol.Ber.*

c ¶Quod perpetuò no. *Adde tu & vide Pau.de Ca.in cōsi.33.in primo impressis, ubi uoluit quod stante statuto ꝙ contumax habeatur pro confesso, & occidens bannitum patiatur se poni in banno propter contumaciam, ꝙ tamen potest comparere & allegare quod occidit bannitum, quia nō negat crimen, sed qualificat. Ber.*

no.qa isto modo vidi multos defendi, nec est opus ꝙ homicida cōpareat vel procuratorem siue defensorem cōstituat, sed vnus vt quilibet de populo compareat & prædicta alleget, & bannum producat occisi pro suo & dicti populi interesse. & ita Bononię vnum amicissimum meum euasi.

AVG. Tu autem in hac materia adde ꝙ Iac.de Bu.tenet contrariū in l. decuriones, C.ex qui.cau.infa.irro. Et i. i hoc ponderat Bal. sed verior vr̃ opi.Bar.vt patet ibi ex notatis per Bal.& istā partem seqtur Ang. & Sal.Ful.& Pau.de Ca.& Mod.in d.l.vbi pactum. & vide no.per Cy in l.reos,in 6.q.C. de accu.& ibi ꝑ Bal.in 14.col.& Bal.in c.j. §.iniuria.de pa.iur.fir. per Bal.ibi in 2.col. C.qūo & qñ.iud.& ꝑ Bal.in l.j.§. Offilius, ff.ne qui eū qui in ius voc. est vi exi.bñ faciunt not.ꝑ Bal.in l. plane, ff. de peti.hære. & Imo.in l.fi.ff.à quib.app. non lic.in 21. col.& Richar. Malum.in l.filiusfam.§. inuitus, ff.de procu.& Fran.de Are. in d.l.reos.

14 *Reus si comparet & dicat occisum fuisse bannitum, sed quod uariatum fuit nomen banni & inquisitionis.*

15 *Inquisitio si fiat contra filium de parricidio, & opponatur quod pater erat bannitus, an potuit ipsum impune occidere.*

14 ANG †Quid si dicat occisum bannitum fuisse, sed variatū est nomen banni & inqsitionis? Rñdeo, ꝙ debent fieri articuli de
a identitate *a* personæ, vt no.Bart.in l.1.C.si vnus ex plu.& in l.demōstratio. in fi. prin. ff.de condi.& demon.quod bene no.

AVG. Tu adde quæ dixi in d.l. demonstratio. in fi. & bene faciunt ea quæ dixi in l.si quis in fundi vocabulo, ff.de leg.j.

15 ANG.† Quid si inquiritur cōtra filium de parricidio: opponitur ꝙ pater erat bānitus, an potuit ipsum impune occidere? dic
b ꝙ sic, *b* vt l.minime, ff. de reli. & sum.fun. nā pater est effectus hostis patriæ: & sic patriā potestatē perdiderat, vt l.postliminiū, §.filius, ff.de cap.dimi. & ibi hoc dicit Bar. in l.si adulterium, §.fi.ff.de adul.

ADDITIONES.

a ¶ Identitate. *Adde ad hoc bene facere no. per Alex.in cōs.73.in 3.vol. & quod voluit Pau.de Ca in consi.268.in 2.impressis.Ber.*

b ¶ Quod si. *Adde ꝙ hoc idem tenet Abb.in consi.104 & Ang.in consi.223 Ber.*

AVG. Adde gl. 24.q.3.c. fortitudo. adde tñ qđ glo.in l.minime, ff.de relig. & sum. fun. vr̃ velle, ꝙ tunc licet filio occidere patrem, qñ se defendēdo filius hoc facit, aliàs secus, licet Bar.ibi hoc nō dicat, & alij Docto & doctrinā Bar.in d.§. liber. approbant Doc.maxime Ro.in l.quāuis. cum l.seq.ff. sol.mat.& Sali.in l.j.C.de his qui paren.occid.ibi hoc disputat tando nihil decidendo remittit se ad not. per ipsum in repeti. l.j. C.de hære.insti. adde tñ ꝙ contrariū tenuerunt antiqui.Gan.in tract.malefi. sub rub. de bannitis pro malefi.& Alb. de Ros.in 4. par.statu.q.6.& in 3.& 4.par.statu.q.27.& ibi allegat antiquos tenētes istam partem.

16 *Reo opponente quod alias fuit inquisitus de eodem crimine, an exceptio erit peremptoria uel dilatoria.*

16 ANGE.† Quid si opponitur qđ alias de hoc cri̅e fui inquisitus, an talis exceptio sit peremptoria vel dilatoria. gl.in j.sol.& ibi Bar.in l.senatus, ff.de acc.dicunt, ꝙ talis exceptio est dilatoria. & sic processum impedit, & ad ꝓcessum debet opponi, ut est casus in d.l.senatus.dic ut ibi plene per Bart.

AVG. Tu adde qđ Aug.alio & diuerso modo locutus est in l.qui de crimine, C.de accu. qui dixit ꝑ illum tex.ꝙ hæc exceptio est peremptoria: nihilominus impedit litis ingressum: licet Ang.in d.l.senatus.multū magnifaciat.& sequit̃ doctr. Bar.ibi. Addatis ꝙ cū Bart.tenet Practic. Papien. in forma inquisitionis in gl.Hęc est q̄dam &c.in 3. col.ver. ꝑterea quæritur. refert & sequit̃ Fely.in c.exceptionē.de excep.col.13.versi. idem dic de exceptione fuit aliàs.& col.14. versi.& ista except. fuit aliàs &c.

17 *Interfector si dicat ꝙ occisus erat fur nocturnus, & quod aliter res suas uel personam suam defendere non poterat, an sit absoluendus.*

18 *Furē posse interfici, de quo fure intelligi debeat.*

17 ANG.† Quid si interficiens dicat, qđ occisus erat fur nocturnus, & ꝙ aliter non poterat, vel res suas vel personam defendere: an talis reus sit absoluendus? dic ꝙ sic: qa speciale est in fure nocturno, ꝙ propter res possit quis hominē occidere. ita dicit Bar. in l.mulierem, §.j.ff. de sica. & Floria. in l. itaque, ff. ad leg. Aquiliam.

AVG. Tu aūt in hac materia adde pulchra verba Ang.quæ posuit in l.j.C. vn vi qui dicit, ꝙ verum est ꝙ possum occidere

furem

furem nocturnũ, dummodo res subtracta sit non paruæ ęstimationis, secus si vilis, q̃a isto casu non possum occidere furẽ nocturnum, & hæc dicit relinquẽda arbitrio iudicis, & ponit exemplũ de Doctore cui subtractus fuit codex suus, in quo studuerat, & aliqua ponit ibi circa intellectum l. furẽ nocturnum, ff. ad leg. Corn. de sica. & hoc idẽ quod dixit Ang. & voluit Bal. in l. j. C. loca. in j. col. & Mat. in suis notab. dictis. 135. & ibi dicit, ꝙ res vilis põt esse illa q̃ est à duo-
18 bus aureis j̃. † Et an p̃dicta habeant locũ in fure nocturno tm̃ qui non poterat cognosci, & se defendebat, vel se non defendebat cum telo: vel in illo qui occidebat furẽ nocturnũ, qui nõ clamabat à ladri, à ladri, vel etiã in fure diurno qui cognoscebatur, vel si cognoscebatur, tñ erat in actu fugiẽdi & asportandi res extra territorium, & quid in clericis an p̃dicta habeant locũ, & an de iure canonico p̃dicta procedant. De materia vide per Canonistas, maxime per do. Abb. in c. 2. & in c. si perfodiens, extra de homi. & la- b
te per Ang. & Sal. qui multa allegant, cõtra cõem sñiam in l. si vt allegas, C. ad leg. Cor. de sica. & eleganter loquitur Salic. in l. qm̃ multa, C. ad le. Iul. de vi publ. vide per Pau. de Ca. in consi. suis, consi. 190. qui ponit de fure diurno, q̃ cum telo se defendebat, & ꝑ Canonistas in c. olim. ext. re resti. spo. maxime per do. Ant. de But. in 18. col. qui tractat etiam de intellectu d. l. furem nocturnum.

19 *Inquirentis personæ quæ exceptio opponi valeat.*

19 ANG. † Quid si cõtra personam inquirẽtis excipiat? dic ꝙ omnis exceptio q̃ regulariter põt opponi contra accusatorem, vt q̃a est sibi inimicus, põt opponi regulariter cõ-
a tra inquirentem, *a* vt c. diuersis, & quod ibi no. de cle. coniuga. ita dicit Bart. in l. 2. §. si publico, ff. de adult. in ver. quæro vtrũ contra iudicem &c. Et dic oĩno vt dixi s̃. in gl. hæc est quædã inquisitio &c. in ver. quinto principaliter, & in ver. seq. vbi plenius vide bis, & dicetur infra in glo. super verbo, iudex statuit terminum &c.

AVG. Adde hic quæ supra dicta sunt in a
dicto verbo, hæc est quædam inquisitio, in dictis versiculis.

20 *Testibus de falso accusatis ex quibus reus conuictus est, an differatur sentẽtia condemnatoria contra inquisitum.*

20 ANG. † Quid si dicat testes ex quibus cõuictus est falsos, & eos de falso accuset, an differatur sñia cõdemnatoria contra inquisitum? Cy. in l. j. C. qui accu. non pos. ẽm Richar. Malum. dicit ꝙ non: vnde cautela est, ꝙ accusentur testes & producens de falso, ad hoc vt differatur sñia cõdemnatoria, q̃a si testes conuincentur de falso, clarum est ꝙ inquisitus non commisit illud delictum, vt d. l. j. sed vt refert Sal. in d. l. si docuerit, C. de fal. plures Doct. Bononiæ consuluerunt, ꝙ etiam ex sola testium accusatione differet̃ condemnatoria, quia si sñia esset per falsos testes lata, retractaretur, vt l. 3. C. si ex fal. instru. Cautius tñ est vtrunq; accusare, q̃ oĩa singulariter no. ad impediendũ condẽnatoriam. Sed Bal. in l. j. C. de quęst. per gl. ibi limitat singulariter hoc verũ, si accusant̃ testes necessarij ad probationẽ: secus si aliqui sunt vltra debitũ numerũ illorũ qui probarent; quia ꝑꝑ aliorũ accusationẽ processus neq; ciuilis, neq; crĩalis retardaretur, qđ no.
b AVG. Tu aũt *b* in hac materia adde qđ miror, ꝙ iste Doctor non alleget Bar. in terminis in l. si testm̃, ff. de peti. hære. in fi. qui expresse dicit, vel ꝙ opus est, ꝙ accusentur testes, & producens ipsos, vel ꝙ opus est, ꝙ excipiatur de falso ad hoc vt supersedeatur in principali causa, & ideo vide Bal. not. loquentẽ in l. j. C. qui accu. in fi. qui eleganter loq̃tur. Sed vltra oẽs loquutus est amplissime in isto passu Alb. de Rosa. in l. 1. C. si ex fal. instru. & plenius ipse Alb. in j. par. stat. q. 63. quæ incip. modo subijcio qõnem disputatã per do. Richa. limita tñ p̃dicta ẽm quod eleganter limitabat Bal. in l. j. C. qũo & qñ iud. in ver. modo quæro, qui dicit, qđ licet aliàs essemus in casu, in quo ꝑꝑ quæstionẽ falsi supersederetur in cã principali, tñ hoc non militaret, vbi essent diuersæ iurisdictiones iudicũ diuersi fori, qui prætendunt iurisdictionẽ æqualiter: & ibi dat pulchrum exemplum, ibi vide & alle. Feder. de Senis

ADDITIONES.

a ¶ Inquirentem. *Adde tu Alex. de Imo. in consi. 177. in 2. vol vbi quod etiam contra iudicem inquirentem non potest opponi, quod non possit recipere testes minores. Ber.*

b ¶ Tu autem. *Adde circa hoc, et uide Abb. in consi. 16. in 2. vol. & Pe. de Anc. in cons. 61. Ber.*

Senis ita consuluisse. Adde Pet. de Anch. in consi. suo 40. dicentem, ꝙ causa homicidij est differenda, si testes accusantur de falso.

21 *Reo dicente quod commisit tale delictum dormiens, an excusabitur.*

21 ANG. † Quid si dicat & ꝓbat, ꝙ ipse dormiens commisit tale delictũ, an excusabit ? Rñdeo aut sciebat ꝙ ille erat suus mos, ꝙ ipse dormiens alios percutiebat. & tunc, ꝗa non ꝑcauerit ꝙ solus dormiret, tenetur, ꝗa fuit in culpa, l. si putator, ff. ad l. Aq. Si aũt nõ erat mos suus, dormiens hr̃ vt furiosus *a* & excusatur, vt l. j. §. j. ff. de acq. poss. ita dicit Bar. in l. fi. ff. de parri. Flor. in l. si seruus seruum, §. si fornicarius, ff. ad l. Aqui. Pe. de Anch. in cle 1. de homici.

AVG. Tu aũt in hac materia adde Guil. de Cu. in l. diuus, ff. de off. pręsi. & vide Bal. in l. j. C. vñ vi. in rep. circa fi. & Car. & Imo. in cle. j. de homi. qui referunt ꝙ Laud. dicebat ꝙ cum esset in ciuitate Perusij in ecclesia S. Benedicti, quidã eius socius Anglicus surrexit, & armauit se de nocte dormiens, & iuit ad fluuiũ, & interfecit quẽdã puerũ, & quasi ego hoc non credebam, nisi vidissem Bar. in l. vt vim, ff. de iusti. & iure. qui dicit, ꝙ semel fuit quidã Pisanus, ꝗ se armabat de nocte dormiens, & ibat ꝑ ciuitatẽ cantando. Aduertas, quia credo ꝙ ista sunt somnia, nã impossibile est ꝙ ille ꝗ nõ videt, vt est dormiens, possit ire de nocte, & maxime ꝙ nõ percutiebat caput in muro, maxime cum sit extra mentẽ, qui dormiens ęquiparatur furioso, qui nullũ intellectum habet, in c. maiores, extra de baptis. cum si.

22 *Fure dicente, est furtum domesticum, & sic impune licuit, & patre inquisito dicente est filius meus, ergo licuit in eum sæuire, quid dicendum erit.*

22 ANG. † Quid si fur dicat ꝙ fecit furtum domesticũ, & sic impune licuit sibi facere, vel si pater inquisitus dicat, est filius meus, ergo licuit in eum sęuire, *b* vt l. respiciẽdũ, §. furta domestica, ff. de pę. Respon. aut est furtum leue & paruæ quantitatis, & licuit, alias nõ. vt no. in l. ad ea, ff. de reg. iu. ita dicit Bar. in d. §. furta, & in l. j. ff. re. amo. & in l. si libertus, ubi est tex. ff. de fur. Et q̃ personæ dicantur domesticæ, dic vt no. per Bar. in d. §. furta, vt scire possis quę personę possunt se excusare sub hoc colore, ꝙ furtum domesticũ commiserint. Et idem in iniuria per patrem in filium illata, vel dñm in seruum, iuxta l. j. C. de emen. propin. & de seruo corru. l. j. quia si sit atrox, vt quia est mutilatio membri vel similis, est puniẽda, vt d. l. si adulterium, §. fi. ff. de adult. ita dicit Bart. in l. qui accusare, §. 1. ff. de accusa.

ADDITIONES.

a ¶ Vt furiosus. *Adde de hoc & vide Alex. in cõs. 70. in 2. uol. Ber.*

b ¶ Sęuire. *Adde tu & vide Ale. de Imo. in consi. 75. in 3. uolu. & ibi an puniatur de excessu, & quę dicãtur furta domestica, & qualiter puniãtur, vide eundem in cons 136. in 1 uol. Ber.*

AVG Tu aũt in hac materia adde ꝙ Sal. in l. apud antiquos, C. de fur. dat duas limitationes in hac materia, qui dicit, ꝙ verum est, ꝙ fit distinctio inter furtum rei magnæ vel paruæ, qñ inter furantem & cũ qui furatur, est vera subiectio, & affectio, secus vbi est erronea subiectio & indebita affectio, quia tunc tenetur indistincte si sit res magna & parua. Et ad hoc ponderat tex. & gl. ibi in d. l. apud antiquos. Item dat aliam secundam limit. & singularẽ, ꝙ verũ est, ꝙ in furto domestico nõ cõsideratur res parua, tñ si vnus domesticus faceret plura furta vilium rerum diuersis tꝑibus, tunc cẽsetur esse vnicum furtum magnũ, tum ex rerum cumulatarum ęstimatione, tum ex assuefactione vel consuetudine, vt l. nemo, in fi. C. de epi. aud. Adde ꝙ ista fuit ſnĩa Bal. ibi in d. l. apud antiquos, refert Odo. & Nic. de Math. ita voluisse ibi, licet Bal. nõ ausus sit decidere in c. j. §. furtum, de pace iur. fir. qui alleg. Cy. ita voluisse in d. l. pe. C. de fur.

23 *Reus si opponat, quod illa iniuria est sibi remissa per offensum, quid faciendum erit.*

23 ANG. † Quid si opponat, ꝙ illa iniuria est sibi remissa per illum contra quem deliquit? Rñdeo ꝙ ex omni crimine põt dupliciter agi ad pęnã applicandã parti, & ad publicã vindictã, vt l. qui noĩe, ff. de fal. mo. in l. fi. ff. de priua. deli. vnde licet pars possit in sui ꝑiudicium iniuriã remittere, l. pen. C. de pact. tñ nõ poterit remittere in præiudiciũ reipublicæ, vt no. gl. Ang. in l. 2. ff. ad Silla. & ibi Bar. & Bal. in l. 1. §. 2. ff. de iniu. & Bal. in l. transigere, C. de transa.

AVG. Tu autem in hac materia adde no. per Bar. in l. inter oẽs, §. recte, ff. de fur. per quæ poteris limitare prædicta & dicta per Bar.

Bar. in cons. suo, dño Potestati terræ Rochæ contratæ, & faciūt notata in l. j. C. de abol.

24 *Inquisitus dicens, quod offensus erat bannitus tempore offensionis, licet postea sit restitutus & rebbannitus, quid erit.*

24 ANG. †Quid si dicat ꝙ offensus tempore offensionis erat bannitus, an si tpe inquisitionis erat iam restitutus & rebannitus, nec potuit impune offendi, an offendens inqui-
a situs debeat absolui? dic ꝙ sic, *a* quia sufficit ꝙ tēpore offensionis esset bannitus, licet tempore quo contra offendentem inquiritur ille sit rebannitus. ita dicit Bald. & Imo. in l. si constante, §. uxor, ff. sol. mat.

AVG. Tu adde & uide Mod. & quæ ibi scripsi in d. §. uxor. & uide do. Nell. in tract. suo banni. qui eleganter loquitur super isto passu.

25 *Statuto dicente, quod bannitus possit impune occidi, si inquiratur contra Titium, ꝙ Seium vulnerauit, an possit opponere quod eum licuit occidere, quia bannitus, ergo fortius licuit vulnerare.*

25 ANG. †Quid si statutum dicit, ꝙ bannitus possit impune occidi, & si inquiritur contra Titium ꝙ ipsum uulnerauit, an possit opponere, ꝙ cum licuit occidere, ergo fortius licuit uulnerare? dic ꝙ sic, ut l. nec in ea. & ibi Bar. ff. de adult.

AVG. Tu autē in hac materia adde Bal. in l. j. C. de interd. & in l. cum ancillis, C. de nup. Doct. maxime Bal. & Imo. in l. in suis, ff. de lib. posth. Cy. in l. j. quæ sit lon. consue. d. Ang. in c. fi. ext. de consue. Io. And. in addi. Spe. in tit. de consti. in §. j. in fi. Imo. in l. non solum, §. j. ff. sol. mat. & adde Alb. de Ros. in q. statut. in 4. par. q. 93. & inci. dubitari etiam uidi. ubi expresse firmat hoc ꝙ talis bannitus qui potest impune occidi, potest in carcere priuato detineri.

26 *Crimine inquisitionis opposito per modū exceptionis, an debeat se subscribere ad pœnam talionis.*

26 ANG. † Quid si opponat crimen inquisitionis per modū exceptionis, an debeat se subscribere ad pęnam talionis. Bar. in l. si cui. in prin. ff. de accu. dicit, aut simpliciter opponitur dictum crimen contra illum offensū, ut se ab inquisitione & accusatione defendat, & non tenetur se subscribere, si autem nō tātū ut se defendat, sed etiam ut alius de tali delicto puniatur, iuxta l. ij. §. si extraneus, ff. de adult. & tunc debet se subscribere, ut l. 3. C. qui accu. non poss.

AVG. Tu autem in hac materia adde ꝙ Ang. in l. qui crimen, C. qui accu. non poss. facit mentionem de hac doctrina Barto. in d. l. si cui. & eam approbat & sequitur, & dicit ibi in hac materia aliquas conclusiones pulchras quas omnino uide ibi in d. l. qui crimen. gl. & Doc. & tex. & Bal. in l. ij. C. de fi. instru. Bal. in l. fi. C. si ex fal. instr.

7 *Instrumento pacis producto, ꝙ habitum fuit a filius masculis interfecti, si tamen filia vnica contradicat, quid erit.*

7 ANG. †Quid si producitur instrumentū pacis habitum a filijs masculis interfecti contra dicente tamē eius filia unica fęmina; nā Bal. & Ang. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acq. hęr. dicūt ꝙ satis est, ꝙ producant pacē habitam a masculis, licet fęmina cōtradicat, q a fęmina non leuat faidam. ut no. glo. in ti. qui feu. da. pos. §. pe. & in tit. an mutuus aut aliter imperfe. c. j. Sed Lu. de Ro. in l. j. potissime autem, ff. ad Sill. in uerbo. siue corpore suo &c. tenet contrarium, quia per illum tex. uř ꝙ fœmina poterit uindicare mortē patris, unde eius consensus fuit necessarius, pro quo etiam alleg. tex. in l. j. C. de his qui se defen. lib. x. & quod ibi no. Ang. in ap osti. ad Bar.

b AVG. Adde hic ea quæ dixi supra *b* in eademmet glo. dum trataui materiam, an omnes hæredes debeant facere pacem si sunt plures hæredes. & quid si erat ibi una fœmina, dic ut ibi dixi in addi. late.

ADDITIONES.

a ¶ Dic ꝙ sic. *Adde & vide Alex. consi. 107. in 3. vol. & Bar. & in consi. 188 Ber.*

b ¶ Dixi supra. *Adde & vide Angel. in consil. 251 Ber.*

---

28 *Remissio iniuriarum facta in foro pœnitentiali an prosit in foro iudiciali.*

27 ANG. †Quæro quid si allegat ꝙ in foro pnīali p iniuratum fuit sibi iniuria remissa, an prosit in foro iudiciali. & Bal. in l. ij. ff. ad Sill. refert Cy. determinantē ꝙ sic, per gl. in §. fi. Inst. de iniur. & idem no. in l. ij. C. de libe. & cor. libe. idem uoluit Bart. in l. non solum, §. qui iniuriarum, ff de iniur. ubi allegat dictum Magistri Senten. & idem uult in l. si tibi. §. j. ff. de pac. ubi allegat orationem Dominicam. Sed Bal. in d. §. iniuriarum. notabilius distinguit, aut est facta plena remissio, aut tantum rancor: aut dubitatur. Primo casu

talis

talis remissio prodest in foro iudiciali ex eo, quia pro altero vulnerante inteuenit persona publica, hoc est sacerdos qui potuit alteri acquirere, vt l. j. §. ius publicum. ff. de iu. & iu. & ibi Bart. & in ca. quanquam. de vsur. in 6. maxime liberationem. iuxta glo. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. & no. Inn. in c. veniens, de renun. & no. Ang. in l. idem. §. fi. ff. de pact. Secundo casu. quoniam constat de eius mente actio iniuriarum quæ competit ad pœnam vel interesse, non videtur remissa. Tertio casu, & tunc præsumitur tantum rancorem remisisse præsumptione. l. cum de indebito. ff. de prob. & sufficit quòd alterum remiserit. alle. de serui. rust. præd. l. si mihi. & l. si domus. de ser. vrb. præd. & ibi Bal.

AVG. Tu aūt in hac materia adde ꝙ contrarium tenet Cy. vt refert. Bal. in l. ij. ff. ad Sill. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. per hoc non videtur bene &c. communis tamen opi. est illa Gul. de Cu. & Bart. in d. l. si tibi. §. j. ff. de pact quam communiter ibi approbant Doc. & Bar. in l. non solum. §. j. ff. de iniu. licet. do. Ang. hic alleget Bar. in l. eum qui, §. iniuriarū. ff. si quis casu. & idem voluit Bal. in l. si domus. ff. de ser. vrba. præd. & Ant. de But. in c. de his ext. de accus. Saluarem tamen opi. Cy. & Io. And. & ita limitarem prædicta nisi remittens dixisset facere plenam remissionem, vt eleganter voluit. Bal. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. firm. & Bal. in addi. d. l. non solū. & Ro. in d. l. 2. ff. ad Silla. in hac materia adde Spe. in ti. de acc. §. j. ver. quid si vulneratus, ꝙ vide Bal. in d. l. si tibi, §. j. & Bal. in l. si pro fure, in prin. in lectu. ff. de cond. fur. & vide Doct. & in d. §. fi. Insti. de iniu. Et vltra prędicta adde gl. & Doc. & maximè d. Abb. in c. j. ext. de maled. & ibi Abb. multum magnifacit doctri. Magistri Senten. alleg. a Bar. in d. l. si tibi, §. j. ff. de pac. Et adde gl. in terīs j. q. 4. c. quia præsulatus. & aliam gl. in c. si quis cōtri status, 9c. dist. & aliquid per gl. 45. distin. c. tria sunt. & 22. q. 4. c. si is.

29 *Remissio iniuriarum facta cum iuramento, metu mortis instantis testamentum condendo, an postea eo reconualescente prosit talis remissio.*

29 ANG. †Quid si allegat, ꝙ inimicus metu mortis instantis testm̄ condendo corā sacerdote cum iur̃o remisit iniuriam, an eo postea reconualescente prosit talis remissio. & Bal. vbi s̄ alle. Io. And. in Spe. de instr. edi. §. nunc aliqua ver. no. gl. & gl. Inst. de iniu. §. fi. & Bar. Brix. in suis qō dn̄icalib. in 12. q. quæ inci. quidam. ut refert Io. And. in d. loco, dicit ꝙ aut constat ꝙ talis remissio facta fuit metu mortis instantis, & tunc eo reconualescente reuocat̃, vt in simili, ꝙ dr̃ de don. cā mor. in l. 2. & l. senatus, ff. de do. cau. mor. aut simpliciter remisit, & tunc vlterius non reconualescit ex regula, quia actio semel extincta &c. vt l. qui res, §. areā. ff. de sol. & hoc tenet Lud. in l. 2. ff. ad Sil. post Bar. & adducit pro hoc, quia cū ēt interuenit iur̃m, ergo queritur etiā absenti. l. cum quis, §. codicillis, ff. de le. 3. & maxime quando dixit. remitto actionem iniuriarum.

AVG. Tu. autē in hac materia adde, & dic indistincte, ꝙ si sacerdos noīe, & vice illius, qui offendit, licet sit absens, offensor receperit illam remissionem iniuriæ, ꝙ sic moriens ipse offensus pacem reddiderit in manu sacerdotis per stipulationē, ꝙ talis recōualescēs nō reuocabit talē remissionē, per ea quæ notāter dixit Gan. in trac. malefi. sub rub. de trans. malalefi. in ver. itē pone ꝙ quidam mortifere vulneratus iacens in lecto, accepto pnīa &c. quia cū sacerdos cēseatur esse ꝑsona publica, l. ius publicum, ff. de iust. & iu. pōt talis ꝑsona stipulari absenti, l. non aliter. ff. de ado. maxime cum factū pacis sit fauorabile, l. j. in prin. C. de cad. tol. Cum ergo stiplo sit contractus ꝑ quē promissor obligat̃, nō poterit talis remittens solus a tali stiplone recedere, iuxta ea quę hn̄r in l. j. ff. de pact. & l. j. ff. de verb. oblig.

Crimine opposito per modū exceptionis, vt pu-
30 *ta, dicendo, accusans est criminosus, homicida,*
adulter &c. quid erit.

ANG. †Quid si opponit de crimine ꝑ mo-
30 dū exceptionis, vt puta, ꝗa dico ꝙ accusās est
criminosus, homicida, adulter, vel leno, &c. tunc si hoc probat, absoluitur ab accusatione, & tn̄ ille contra quē crimen ꝑ modū exceptionis opponitur, nō punitur, quia talis exceptio criminis non opponitur ad finē punitiuum: a aut dr̃, dico ꝙ talis non potest me accusare, quia homicidia vel leno, & de dicto crimine

ADDITIO.

a Punitiuum *Adde vt per Oldr. late in cōs. 103. & Pet. de Anch. in consi. 326. & qn̄ quis possit puniri, quando crimen obijcitur per viam exceptionis. vide Pet. de Anch. in consi. 172. Ber.*

ne peto ipsum condemnari, & tunc tali crimine probato non tm̃ ab accusatione, repellitur, sed etiam de crimine cōtra eum obiecto punietur, vt l. Lucius. & quod ibi habet̃ ꝑ gl. Bart. Bal. & Ang. ff. de infa. & per Bar. in l. ij. §. si publico, ff. de adult. & probatur in c. cum dilectus, de ord. cog. & no. plene Ant. in c. j. de excep. dic vt dixi Insti. de excep. in rub. Sed Cy. & Sal. in l. si magnum, C. qui accu. nō pos. tenent ꝙ imo in gñe criminosus & non socius eiusdem criminis potest accusare, quia non reperitur l. l. prohibitum. per no. ff. de publi. iudi l. is qui reus. non obst. gl. in l. qui accusare, ff. de accu. quia procedit in casu legis quam allegat. Et hoc de iure ciuili. de iure verò canonico omnis criminosus reppellitur ab accusando, vt extra de accu. c. j. Et an possit opponere exceptionem contra personam iudicis inquirentis & eius iurisdictionem, & eius processum, & contra accusantis personam vel offensi, & alias exceptiones declinatorias & peremptorias: vide quæ dicta sunt s̃. in gl. in verbo, hæc est quædam inquisitio &c. versi. quinto principaliter quæro &c. cum ver. seq. & in ver. iudex inquirit de delicto &c. Et circa modum & formam defensiones facere potest, & qũo debeat articulare & probare, adde quæ dicta sunt in gl. super verbo, & dictus Tutius &c. & maxime quando opponit & dicit, quòd quicquid fecit ipse, ad sui defensionem fecit.

AVG. Tu autē in hac materia adde pulchra verba Bal. in l. falsam, C. si ex fal. instr. vbi ponit an per exceptionem positam quis possit puniri. vide do. Ant. de Bu. in c. ij. extra de confess. & do. Ant. de Bu. in c. ij. extra de or. cog. per Bal. in l. j. §. sed si is de ope. no. nun. & Bal. in auth. statuimus, C. de epis. & cle. in prin. vide Ro. in l. cum mulier, ff. sol. mat. vide no. in c. ex conquestione, extra de rest. spol. & in c. cum super extra de conces. præb.

31 *Inquisito dicente, ꝙ non est mortuus ex dictis vulneribus sed iam sunt plures dies ꝙ fuit vulneratus, vel ꝙ non paruit medicis, vel similia, quid erit.*

32 *Maleficio probato ꝑ testes si dicatur cōmissũ de nocte, inquisitus potest inducere testes, quod illa nocte luna non lucebat, sed erat obscurum.*

33 *Probatione facta, quod Titio fuit percussus a Caio trib. vulneribus, ex quibus mortuus est, si dicatur, quod hoc non est verum potest subijci cadauer Titij oculis iudicis, vt videatur, quo non reperto vero, absoluitur.*

31 ANG. † Quid autē si inquisitus opponat & dicat ꝙ dictus mortuus non est mortuus
a ex dictis vulneribus, *a* sed iam sunt plures dies quibus fuit vulneratus, & quod vulnera sui natura non erant lethalia &c. & ꝙ sui culpa mortuus est, quia concubuit cũ vxore, vel quia non paruit medicis, & sic de similibus: dic vt plene dictum fuit s̃. si gl. super verbo, ex interualo mortuus fuit & est &c. Et an tales defensiones vel alias quis possit & debeat per se facere vel comparere possit alius defensorio nomine, vel vt legitimus procurator rei, uel accusati, uel inquisiti, & in quo casu. uide supra in glo. super uerbo, qui iudex. uidens ꝙ dicti inquisiti non comparent &c. in uer. semper fuit contumax. & uer. quero quid si est citatus &c. pōt etiã inquisitus opponere ꝙ dicam j̃. in glo. super uerbo, qui iudex statuit terminum ad opponendum contra pro
32 cessum † Quid aũt si maleficiũ sit ꝓbatum
b per testes, & dicatur commissum de nocte: *b* tunc inquisitus pōt inducere testes ꝙ illa nocte luna non lucebat, sed obscurum erat nam tunc licet possit probare maleficium commissum, non tamē pōt probari per quē commissum fuerit, ut est glo. ordinaria in l. si cum exceptione, §. in hac actione, ff. ꝙ met. cau. per quam glo. Oldr. ut ibi refert Bal. euasit quendam accusatum, quod bene nota in
33 practica. † Et aduertas ꝙ si probatum fuit quòd titius fuit percussus à Caio tribus uulneribus, & ex illis mortuus sit, si dicatur ꝙ hoc non est uerum, potest subijci Titius oculis iudicis & si non reperitur vulneratus absoluitur. unde dicit Bal. in l. si quis testib. in fi. C. de testi. ꝙ cum hoc fuisset de facto, fuit corpus exhumatum, & repertum, ꝙ non fuerat uulneratum, & hoc uidens iudex absoluit inquisitum, licet contra eum plene probatum
c fuisset, quòd est menti tenendum. *c*

ADDITIONES.

a ¶ Vulneribus. *Adde vt per Pe. de Anc. in consi. 275. & Cep. in cons. 41. & consi. 62. Ber.*

b ¶ De nocte. *Adde tu & vide Ang. ĩ cōs. 194.*

c ¶ Menti tenendum. *Adde tu & vide Rap. Cu. in cons. 144. & Bal in consi. 28. in v. lib. vbi voluit, quod confessio eius qui confitetur habuisse recepisse id quod oculo corporeo verum non esset præiudicat confitenti & vide melius Pau. de Ca. in consi. 268. in 2. impressis. Ber.*

AVG. Tu autē in hac materia, adde quæ
dixit Bal. in l. de quibus. ff. de legi. in vlt. char.
qui allegat illum tex. in l. si cum exceptio-
ne. & in terminis vide Bal. in l. j. ff. de his qui
sunt sui vel alie. iu. Idem dixit in c. j. §. por-
ro. quæ sit pri. cau. benefi. ami. aliquid per
Bald. in l. non ignorat, C. qui accu. non poss.
Bal. in l. Arethusa. ff. de sta. ho. Bar. in tract.
de teste. in 9. col. faciunt dicta Spe. in tit. de no
to. cri. §. iam de notorio crimine. ver. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes in termino defensiuo sunt testes repetere alias de nouo inducere.*
2 *Itē ostendere ꝙ ille qui fuit interfectus, nō erat bānitus, vt allegatur, & inquisitus hoc sciebat.*
3 *Item replicare quod licet interfectus esset bānitus, tamen appellauit a sententia.*
4 *Itē semp̄ inducat qualitatē offensi, puta ꝙ erat homo debili, infirmus, delicatus, et parua vita.*
5 *Item qn̄ examinat testes deponentes recte sup̄ loco & ipse faciat scribi, responderunt de loco & tp̄e, in inquisitione vel accusatione cōtētis.*
6 *Cōfessio vulnerati quod Caius eum percusserit nihil facit.*
7 *Item iudex potest dicere quod licet ille q̄ fuit interfectus fuerit bannitus, tamen postea fuit rebannitus & cancellatus saltem verbo.*
8 *Item opponere contra testes rei, & quod reus transegit, vel pactus est de crimine.*
9 *Occidens illum qui erat legitime bannitus, an teneatur lege Corne. de sica. & an ignorantia excuset vel non.*
10 *Occiso bānito appellatione pendente, quid erit.*
11 *Vulnus illatum sano, licet mortale nō dicatur, tamen illatum infirmo mortale dicitur.*
12 *Assertio vulnerati an saltem faciat iudicium ad torturam.*
13 *Bannito an sufficiat quod sit cancellatus de banno verbo vel facto.*

Die ij. Ianuarij.

QVI iudex ad probationem suæ inquisitionis, & processus produxit infrascriptos testes quos examinauit &c. facta prius citatione de dictis inquisitis ad videndū iurare
1 *testes.* † Nunc tempestiuum esse arbitror vide
re quæ sint partes iudicis inquirentis in dicto
termino defensiuo, dic vt s. dixi in gl. com-
parent dicti inquisiti, & totum negant &c. Et
ēt ꝙ testes repetat, & de nouo etiam inducat
alios testes ad reprobandū suam inquisitio-
nem negatam, vel ēt ad infringendum defensio
nes quas inquisitus fecit. Caueat tamē iudex,
vt Deum ante oculos habeat per tormenta,
vel alio modo cogat testes aliquid dicere
in criminali contra veritatem, qm̄ ipse in syn-
dicatu conueniri poterit ob hoc de sica. ut
eleganter no. Bar. in l. j. in prin. ff. de sica. quod
a semper ante oculos *a* habeas. Secundo † pōt
2 ostendere & docere, quòd ille qui fuit occisus
ab inquisito, & qui ad defensionem dicti in-
quisiti, allegat quod poterat impune occi-
di, quia bannitus non erat legitime banni-
b tus *b* & quòd occidens hoc sciebat, tunc occi-
dens illum quem sciebat non legitime banni-
tum tenetur de sica. alias aūt si probari non
pōt ꝙ ipse sciebat, tunc ipse ostendat ꝙ non
fuit legitime bannitus, tunc licet occidens de
sica. non teneatur propter ignorantiam, & sic
cessat dolus, tenetur tamē culpa & extra ordi
nem punitur, vt l. ij. §. hæc actio. ff. vi bon.
rap. ita dicit Bar. in l. pe. ff. de adul. ad id idē fa-
cit quod ipse no. in sim. li. j. l. iuste possidet,
in fi. ff. de acq. pos. & in l. j. §. j. ff. si quis test.
lib. esse ius. fu. vide tn̄ latius & aliter per Sal.
3 in l. eum qui duas, C. de adul. † Tertio iudex
replicando probabit, ꝙ licet sicut ille esset
bannitus, tamē à snīa appellauit, & appellatio
ne pendente fuit interfectus quod non li-
cuit, vt nil nou. app. pend. & idem si alio mo-
do petebat se eximi de banno, quia processus
non tenuit vel alio modo, vt l. cum vero. in
prin. ff. de fideicom. lib. ita dicit Bar. in l. 3. §. si
seruus quem, ff. de acqui. poss. & no. Bal. &
Imo. latius in l. qui a latronibus. ff. de testa. &
Sali. in d. l. eum qui duas. ver. sed dubium for-
4 tius est &c. † Quæro vtile est, vt semper in-
quirens deducat qualitatem offensi, videlicet,
c quia erat homo debilis, infirmus, *c* delica-
tus, & paruæ vitæ, tunc ex quolibet vulnere
etiā leui pręsumitur ex dictis vulneribus mor-
tuus. iste est tex. no. in l. qua ratione, §. si quis
seruum ægrotum, ff. ad l. Aquil. & vide Bal.
& Flo.

ADDITIONES.

a ¶ Ante oculos. *Adde tu & vide Fran. de Are. in consi. 61. Ber.*

b ¶ Bānitus. *Adde late Alex. in consi. 67. in 3. vol. & consi. 114. in 1. vol. consi. 65. in 3. vol. & Cep. in consi. 6. & consi. seq. Ber.*

c ¶ Infirmus. *Adde an testis debeat esse peritus in eo ꝙ deponit. & vide Frā. de Are. in cōsl. & an vulnerans ægrotum nō lethaliter teneatur de occiso. vide. Raph. Cu. in consi. 144. Ber.*

& Flo. in l. ita uulneratus , in prin. & plenius
per Flo. in l. item Mela. §. si plures. ff. ad l. Aq.
ꝙ sing. no. quia uidi multos aduocatos uo-
lentes defendere inquisitos qui articulant, a
ꝙ uulneratus aliàs erat infirmus uel debilis
&c. quia contra se articulant & probant, nam b
quælibet percussio quæ in hoīe sano non es-
set mortalis , in homine delicato & infirmo
præbet cām mortis, ut dictis iuribus, igiť, &c.
unde tu aduocate, quando ponis te ad defensā c
caueas ne a tali errore cadas, quia periclitare
faceres tuum amicum , & tu esses cā mortis ,
propter ignorantiā tuā, & ita contingit Nur-
siæ me ibi assidente, in quibusdam aduocatis
5 duorum inquisitorum . Quinto † bene notet
iudex quādo super accusatione uel inquisitio-
ne testes examinat super aliquo delicto, quādo
deponunt sup̱ loco & tēpore qđ scribi faciat
interrogati de loco. Responderunt de loco &
tempore , in inquisitione seu accusatione con-
tentis hoc intelligere uerum, si de loco & tem-
pore deponerent , aliàs aūtem si scribi faceres
tempus & locum , & te nō referes ad inquisi-
tionem uel accusationem non probata inten-
tione iudicis , uel accusatori. ar. l. j. in fi. ff.
6 de incen. rui. nauf. & ita dicit Bar. eleganter
per illū tex. in l. j. in prin. ff. de ale. qđ no. † Vnū
tamen non tradatis obliuioni, quod non debet
a credi uulnerato , *a* quod Caius eum percusse-
rit , quia tali confessio & asseueratio nihil
facit, imo alio modo delictum debet probari ,
ut est tex. & ibi Bar. in l. si quis in graui. §. j. ff.
ad Sill. quod no. contra aliquos iudices impe-
ritos, quia ex sola assertiones uulnerati inqui-
runt cōtra aliquem, & ex tali sola confessione
7 uolunt punire inquisitum. † Pōt ēt iudex dice-
re & allegare quod imo ille qui fuit interfe-
ctus , licet fuerit bannitus, tñ fuerat rebanni-
b tus , & cancellatus saltem uerbo , *b* licet de
facto non esset de banno cancellatus , nam
sufficit cancellatio facta uerbo , ut no. Bar.
per illum tex. in l. emptor. §. Lucius, in fi. ff.
8 de pact. quod no. † Potest etiam iudex op-
ponere contra testes rei, ea quę scripsi infra in
gl. super uersi. qui iudex statuit terminum ad
opponendum contra processum. Ac etiam qđ
c inquisitus uel accusatus est transactus *c* uel pa
ctus de crimine , nam licet in certis casibus
licitum sit transigere , ut l. transigere . C. de
transa. illud intelligitur in præiudicium par-
tis, & non reipu. ut no. Bar in l. j. §. & post ope-
ris. ff. de no. ope. nun. facit quod no. gl. in l.
2. ff. ad Sil. & quod no. gl. in l. iurisgentium .
§. si paciscar. ff. de pac.

ADDITIONES.

a ¶ Vulnerato. *Adde & vide Alexan. de Imo. in consi. 24. in 2. vol. Ber.*

b ¶ Verbo. *Adde tu & vide Alex in consi. 114. in 1. vol. & in consi. 172 in 2. vol. Cep. in consi. 39. & Pau. de Cast. in consi. 34. & consi. 193. in 1. impressis. Ber.*

c ¶ Transactus. *Adde & vide Pau de Ca. in cōs. 119. in 1. impressis. Ber.*

A V G. Tu aūt in hac materia circa primā
conclus. quam tetigit d. Ang. in illa gl. de illa
sing. doctri. Bar. in l. j. in prin. ff. de sic. dic ꝙ
Bal. in l. presbyteri , in 2. col. C. de epi. & cle.
hęc magnifacit, & allegat Bar. & ipsum sequi-
tur , & uidi ego multo errare in hoc , qui po-
nentes testes ad torturam , faciunt quod fal-
so metu tormentorum deponunt contra
reum ; & testes de facili hoc faciunt, dicentes
melius est ut deponamus hoc , quā patiamur
tormenta, unde nō tanta fides est adhibenda
hmōi testibus qui per tormenta hoc dixerunt
quā qui spōte hoc fatentur . per ea q̄ habētur
in l. 3. ff. de testi. Item † in quantū do. Ang. teti
9 git illam difficultatē, an occidens illū qui non
erat legitime bannitus , teneatur lege Corn.
de sica. & sic etiam tangit , an ignorantia ex
cuset , uel non. Addatis, quia materia ista est
ampla. nam Bal. in l. ex quacunque . ff. si quis
in ius uo. non ie. unum dixit , postea muta-
uit opi. & late & multum subtiliter. & elegan
tissime scripsit in l. j. C. si à non comp. iu. Ad-
de Doct. in d. l. eum qui duas , & Bal. in l. ex
morte. C. ad. l. Aquil. latissime scripsit ultra
omnes post Doct. ibi Ro. in l. si duo. ff. de acq.
hær. ibi uidebis multas decis. & uide Bart.
qui non est ausus decidere in l. non solum, §.
morte in uersi. circa secūdū no. ff. de oper. no.
nun. uide qua ibi scripsi in l. huiusmodi. §.
si ita cui. ff. de leg. j. per Bal. in l. nostram. C. de
testi. & ibi per Mod. in l. j. ff. de legi. per Bal.
in l. quid si fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de
ædil. edi. & in materia, an in delictis ignoran-
tia excuset, omnino uide Sal. latissime scriben-
tem in l. senatus, C. de his qui sibi ascri. alias de
cis. adde quæ posui in materia, in d. §. si ita cui.
& p̱ Ro. in d. l. si duo. adde pulchram q. Io. An.
in reg. ꝙ quis , ext. de reg. iu. in 6. in mercu. ui-
10 de Alb. de Ros. in 4. par. statu. q. 30. † Item
in quantum do. Ang. tangit quæstionem de

illo bannito, qui fuit occisus pendente ap-
pellatione vel lite pendente, quia dicebat ban-
num esse nullũ vel iniustum. adde Ro. & Pau.
de Ca. in d. l. 3. §. si seruus quẽ. ff. de acq. poss.
adde Ang. in l. cum uero, §. subuentũ ff. de fi-
deic. li. & Bal. in l appellatione interposita.
C. de app. ad fi. per Bal. in l. j. C. si à non comp.
iu. circa 4. col. in uersi. & per prædicta determi-
natur qõ. & Bal. in l. cum qui duas per Bar.
& Doct. in l. si quis filio exhæredato. §. ꝙ si
quis. ff. de iniu. ru & irri. test. per Bal. in auth.
quæ supplicatio. C. de preci. imp. off. per Bal.
in l. lite ordinata, C. de lib. cau. per Bar. post
Dy. & per Doc. ibi in l. qui à latronibus. ff. de
testa. in §. si quis in capitali adde Alb. de Ros.
11 in 4. par. statu. q. 23. † Item in quantum do.
Ang hic reprobat illam cautellam aduocato
rum imperitorum, quia capitulant uulneratũ
esse debilis uitæ, & non sanum, adde ꝙ miror
ꝙ iste doctor non alleget illam pulchram do-
ctr. Bar. q̃ posuit in l. si in rixa in pe. col. ff. ad
l. Cor. de sica. qui dixit, ꝙ licet uulnus quod
dam in homine sano non dicatur mortale, ad
hoc ut ille teneatur de occiso, tamen tale uul-
nus non mortale dicetur mortale, si est illa-
tum in homine non sanno. & alle. d. §. si q̃s ser
12 uum ægrotum, & d. l. ita uulneratus. † Item
in quantum d. Ang. hic tetigit illam pulchram
difficultatem cum nõ debet credi uulnerato,
ꝙ Caius eum percusserit, addatis Ang. in l. si
quis in graui. §. si quis mortis. ff. ad Silla. ibi
uult quòd talis assertio uulnerati, saltẽ faciat
indicium ad torturã, adde tñ ꝙ Ro. ibi tenet
contrarium & rectius. Et ideo Bal. in l. si insti-
tuta. ff. de inof. test. in § j. dicit, ꝙ confessio,
uel excusatio uulnerati, ꝙ fuit talis qui uul-
nerauit ipsum non prodest, nec nocet incul-
pato uel excusato, & rõ est illa, quam tradidit
Bal. in c. j. §. uasalli. in fi. de pace Const. qui di-
xit, ꝙ non oĩs qui moritur est S. Ioãnes Ba-
ptista ꝙ sibi credendũ sit & ad hoc all. Ang.
in l. rationes. C. de prob. qui dixit, aliquis erat
constitutus in mortis articulo, qui fuit uul-
neratus, Ptãs cepit unum, iste talis uulnera-
tus dicit ꝙ fuit alius, dicit ibi An. ꝙ non est
credendum illi infirmo, licet sit constitutus in
mortis articulo, & licet nõ præsumatur imme
mor salutis æternæ, forte tamen iuuare con-
fessio uulnerati ad excusandum captũ nisi liq
do constaret de contrario per singularem do-
ctr. Bar. quã posuit in l. j. C. con. de leg. in fi. Vl
timo uide pulchra uerba Gan. in trac. male-
fi. sub rub. an pax facta de uulnere uideatur
ẽt facta de morte, in uer. sed pone ꝙ quidam
uulneratus mortifere iacens in lecto. dixit ꝙ
ille qui de maleficio inculpatur, non fuit il-
le ibi ẽt ipse tenet, ꝙ confessio uulnerati non
præiudicat, an aũt prosit excusando uide ibi.
13 † Itẽ in quantũ d. Ang. tetigit illã difficulta
tẽ, an sufficiat, ꝙ quis sit cancellatus uerbo,
uel facto de banno adde Bart in auth. cassa.
C. de sacros. eccl. & uide Ang. & Im. in l. j. ff.
de his quæ in test. del. adde Bal. in l. Labeo. §. j.
ff. de pact. per Bart. in l. nihil. ff. de adi. leg.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio processus quando est de substantia.*
2 *Publicatio processus multum differt in causa ci-
uili, & in causa criminali.*

QVI iudex dictum processum publicauit.)
1 Nã † sicut in ciuili, qñ testes interuene-
runt, publicatio processus est de sub-
stantia, ut no. per gl. Bar. & alios in l. prolatã,
C. de sent. ita ẽt in crĩali. ar. no. in l. absentem,
ff. de poe. licet Ia. Bu. Bar. & Bal. in l. prolatã,
teneant contra gl. quia dicit, ꝙ non publicare
ꝓcessum nõ est cõtra ius cõstitutionis, sed cõ
tra ius litigationis, iõ tenet ꝓcessus, l. 2. C. qñ
ꝓuo. nõ est ne. & iõ põt appellari ac etiam, q̃a
attestationes semper sunt notæ iudici, ideo nõ
est necesse ꝙ semper publicẽtur, ut l. gesta, C.
de re iud. Sed Ang. saluat gl. uno casu. qñ iu-
dex non examinant testes ipsemet, sed cõmi-
sit iudici alterius territorij, & sunt attestatio-
nes sigillatæ. iuxta auth. apud eloquentissi-
mum, & l. iubemus, C. de fi. inst. Sal. autẽ quẽ
sequitur d. meus Flor. de S. Petro de Bono-
nia, tenet in effectu gl. ꝙ si sñia feratur non
facta publicatione processus, & ab ea appel-
letur, ꝙ cum ille qui obtinuit sñiam, nõ possit
sñiam suam iustificare, quia ex attestationi
bus non publicatis, nõ põt facere probationẽ,
in alia instantia, ut d. l. gesta de re iud. & sic
patet ꝙ omissio in effectus uitiat sentẽtiã, &
istum respectum forte glo. habuit, & uerum
tali casu dicit dictum ergo Doct. habet locũ,
qñ à tali sñia non esset appellatum, uel qñ eẽt
processus sine testibus, ꝙ fieri potest, ut dixit
2 Bar. † Aduertas tñ, ꝙ magna est differentia
inter causã ciuilem & criminalem, qñ in ci-
uili publicato processu non est amplius lici-
tum producere testes ad offensam uel defen-
sam propter timorem subornationis, ut in au-
th. de teste. §. quoniam, & in auth. qui semel,
C. de proba. dicas tamen ut ibi per Bartol.
Ang.

Ang. & Doc. Bal. & Sal. secus est in criminali, siue agatur p viã inquisitionis siue accusationis, sem p testes pduci possunt p iudicẽ ex officio ad delicta punienda post publicationẽ processus. Et eodem mõ possunt pduci testes p accusatũ uel inquisitũ, vt no. Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adul. in ver. vlterius q̄ro vtrũ &c. l. diui fratres. ff. de pę. & in l. fi. §. fi. cum si. ff. de qõ. & in auth. qui semel. C. de pb. circa fi. ẽt post aperturam testium & conclusionem in cã, vt ibi dicunt Doc. & ibi omnino videas Bal. Sal. & Ang. & vide c. cum causam, C. de testi. & ibi Anto. de Butr. & c. per tuas. eod. tit. & ibi plenius per do. Anto. de Bu. & vide quæ dicam j. in gl. seq. in fi.

5 netur in syndicatu si tulit sñiam iniustā, licet de cōsilio suorū iudiciū, quia iudices ignorātes conduxit, sm̄ Ang. in l. j. ff. de var. & extraor. co. Sed postea subdit p̄fatus doctor ꝙ pōt dici, ꝙ non tenetur Potestas sed iudex, sub cuius examine & consilio talis sñia lata est, & dicit ꝙ casus vr̄ in l. 2. ff. quod quis. iur. & alleg. Ang. in talis trib. locis s̃. alle. Credo ꝙ ille tract. do. Catal. sit corruptus, & velit dicere, ꝙ non tantū potestas isto casu tenetur sed ēt iudex ipse, sub cuius examine talia processerunt iniusta, quia Angel. in d. §. omnem. hoc expresse dicit, quem Ang. ipse do. Catal. allegat. & ibi do. Cat. in isto proposito istius gl. allegat quandam doctri. Gui. de Suza. pulchram, qui per illum tex. in l. qm̄, C. de app. dixit quod si vicarius est ad banchum dum Potestas profert sententiam iniustam, & ipse vicarius non contradixit, præsumitur consuluisse ei, & ex hoc punitur sicut si sententiam contineret, ꝙ esset lata de suo consilio, vnde subdit, ꝙ caute faciunt iudices, qui non associant Potestates ad tribunalia, quādo sentiunt ꝙ sñia quā vult ferre Potestas, est cō tra ius, & dicit, ꝙ hoc sæpe vidit de facto. Et sic ex prædictis potes ampliare illam doctri. Bart. quam posuit in materia repræsaliarum. in illa 6. q. s̃. alle. & sic ēt patet ꝙ si inferior officialis non contradicit superiori, tenetur in syndicatu, quia præsumitur consensisse. Ita etiā potes dicere ꝙ consensus p̄sumitur si associat superiorem ad locum vbi sñia fertur, licet non dicatur de consilio talis iudicis, & hæc no. quia pulchra. & omnino vide Bald. Ang. & Ra. Ful. in d. l. quoniam, & maxime Ang. qui docet practicam, qūo officiales superior dēnt protestari ad hoc vt in syndicatu nō teneantur, & bene faciunt no. per Bal. in auth. & omnino, in 5. col. C. ne vxor pro ma. in ver. & quæro circa reos, vtrum repræsaliæ extendantur circa eos, qui dederunt consilium in hac materia, & ibi do. Catald. ponit ꝙ similes & familia Potestatis decapitarunt aliquem iniuste, ꝙ contra militē nō pōt dari libellus tp̄e syndicatus, ex quo de mandato superioris hoc fecit, sed ipse Potestas tenetur, & allegat bona iura, ibi vide, parū esset mihi transcribere hoc. Sed in contrarium allegat, quia si executor videt sñiam iniustam, non dēt exequi in causa criminali, no. Inn. in c. pastoralis. de off. dele. facit quod no eodem tit. c. cum iure. & ibi d. Catal. non soluit. sed solue tu, vt dixit Alb. de Ro. in d. l. quoniam. qui dicit si certum est ꝙ iussus maioris iudicis & superioris sit secūdū lege, uel saltē est dubium, an secūdū legē, tunc excusat, vbi autem est certum ꝙ si sit contra ius, nō excusat, allegat multa, ibi vide maxime no. in l. non videtur §. qui iussu, ff. de reg. iur. cum si. Et hæc sufficiant pro addi. quas ponere deberem in gl. sub examine d. Sabe. iudicis, vbi do. Ang. ibi aliqua alle. Sed non vidit Gui. de Suza. nec do. Catal. in locis supra alleg.

SVMMARIVM.

1 *Verba sub examine iudicis maleficiorū, q̃ in sententijs criminalib ponuntur, vnde sumpta sint.*

SVB

1 SVB *examine D.S.iudicis maleficiorum &c.* † Ista verba *a* sunt sumpta ex tex.l.ij. C. de
a his qui flat. & d. l. si ille C de decu. li. 10. & de lega. l. fi. lib. 10. cum alijs allegatis per Ang. in d. l. ij. & aduertas tu iudex maleficiorum quia si inquisitio sit formata per do. Potestatem sub examine tui iudicis, tu etiam iudex una cum d. Potestate debes ferre sententiam. & ita ibi eleganter, & probatur per Ang. & etiam aduerte, vt ibi dicit idem Ang. ꝙ si inquisitio sit facta per d. Potestatē sub examine iudicis maleficiorum, ꝙ licet sñia sit formata solummodo in personā solius Potestatis, tamē si hoc dicatur, ꝙ fuit sub examine iudicis maleficiorum, & sñia fertur iniusta & iniqua, ꝑꝑ hoc iudex non euitat, quin in syndicatu possit conueniri, quod dicit esse sing. notandum. idem no. Ang. in Authen. de litig. §. oēm verò. & bene aduertas ne fiat iniustitia per Potestatem sub examine tuo, aliàs tu protesteris, vt s̃. dixi in glo. super verbo, de consensu & deliberatione omnium iudicum.

ADDITIO.

a ¶ Ista verba. *Adde quod hanc formam sequitur Cep. in consi. 17. & vide ad materiam Alex. in consi. 67. in 1. vol Ber.*

AVG. Tu autem ac difficultate adde ea quæ dixi s̃. in glo. proxi. in addi. meis. & maxime in hac materia, vide do. Catal. in illo suo trac. synd. qui omnia ista allegauit, quæ allegat do. Ang. hic, & de ipso nullam mentionē fecit, qui eleganter loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Verba ad nostrum solitum iuris banchum, ponuntur in sententijs criminalibus, quia regulare est vt sententias iudex ferat in loco maiorum suorum.*

2 *Iudex an possit ferre sententias in criminalibus in alio loco quam in loco maiorum suorum.*

3 *Iudex ordinarius licet debeat ferre sententiā in loco maiorum, an possit alium locū eligere.*

4 *Locus in quo solitū est sententias ferri, an possit de partium voluntate omitti, & si non opponitur de loco an partes videntur consentire.*

NOS T. *Potestas prædictus sedēs pro tribunali ad nostrum solitum iuris banchū*
1 *maleficiorum &c.* † Istud apponitur, quia hoc est regulare, quia etiam in ciuili de-
a bet ferre sñias in loco maiorum *a* suorum, vt
2 l. fi. ff. de iust. & iu. & ibi Barto. & alij. † Quæro. an possit in alio loco, quā in loco maiorum suorum ferre sñias in criminalib. Respondeo, aut hoc facit ex partiū probatione, quādo agitur per accusationē, & tunc fieri pōt, vt l. q̄ro, ff. de sol. aut non fit ex ꝓrogatione: & tūc aut non potest ibi iudicare aliquo impedimento, & tunc potest alibi iudicare, & sñia alibi lata tenet, ut no. gl. de eo qui sedit super equo, in l. 2. C. de sent. ex breui. recitan. aliàs autem si potest iudicare in loco maiorum, & consueto, in illo debet iudicare, alias non valet sētētia, vt d. l. fi. sed intellige verum, si est præses prouinciæ residens in loco, & qui potest in loco maiorum iudicare. Sin autem esset quidā Barisellus discurrens per comitatum vel prouinciam, dicendum est, ꝙ etiā in agro potius dicere & sētētiā ferre maxime si res dilationem nō recipit, vt l. prouinciarum, C. de fer. & in l. cōstitutiones, ff. de app. nā vbi te inuenero, ibi te iudicabo. ita det Bal. in effectu in d. l. pe.

ADDITIO.

a ¶ In loco maiorum. *Adde tu & vide Cal. in consi. 11. in tit. de off ord. Bal. in consi. 284 in 2. vol. & ibi ꝙ quis non dicitur præuenisse ex eo quod instrumentum productum fuit in camera iudicis, & commissa fuit nuncio citatio.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quod Bar. in l. j. C. de sen. breui. reci. dicebat, quòd verum est, ꝙ iudex in turri, uel super equo potest ferre sētētiā, hoc intelligendum est in eo qui non habet locum maiorū deputatū, & sic in delegato: non autem in ordinario iudice. Sed tēpora dicta Bar. quia si est suspicio vel timor, pōt iudex etiam ordinarius ferre sñiam super equo vel in alio loco. Ita dixerunt ibi Albe. de Rosa. Bal. & Ang. & Doct. in d. l. j. C. de sen. ex breui. reci. & hoc expresse contra Azo. tenet Host. in sum. de sen. & re iud. §. qualiter, ver. ij. Et de materia vide per Spe. in tit. de sent. §. iuxta positionis seriem. uersi.
3 & est hoc etiam arg. ad quęst. † Tene tñ mēti in hac materia, ꝙ licet iudex ordinarius in loco maiorum debeat ferre sñiam, tamen pōt ordinarius eligere sibi aliū locum, & mutare illū, dum tamen publice & notorie hoc faciat, ita dicit Alb. de Rosa. multum eleganter in l. cum sñiam, C. de sen. & interlocu. om. iud. & ita dicit quod uidit sæpe fieri & practicari: & sic intelligitur tex. in c. cū ep̄s. extra de offi. ord. lib. 6. & ita possumus intelligere dicta Inn. in c. qua fronte. de appe. ibi, in camera regis. & ibi uide Canonistas. Et ad hoc facit

quod

quod multum elegãter dixerunt Pe. de Anch.
& Domi. de S. Ge in d. cum eps qui alegantur
do Host. dixerunt, ꝙ locus maiorum intelligitur in
iudice ordinario, oĩs locus qui est intra
territorium illius iudicis ordinarij, quilibet
ergo locus est sufficiens, dummodo sit intra
territorium. Intellige tñ prędicta, limita &
tempera, nisi consuetudo esset ꝙ talis iudex ẽt
ordinarius in camera vel in horto vel alibi
ius diceret. allegatur gl. & Doct. in l. cum sententia.
C. de sen. & interlo. om. iud. Sed vide
gl. meliorem in Auth. de testib. §. multæ. quæ
incipit, apud eundem. q̄ vult ꝙ consuetudo in
hoc attendatur. per quã gl. dicit Alb. de Ros.
in d. c. cum snĩa ꝙ iudex ẽt in alio loco, quã in
loco maiorum põt ferre snĩam, puta in camera
sua, vel in domo cõi, si ita est consuetudo.
& ita sæpe fit Pergami. dicit tñ Alb. ꝙ difficilis a
est probatio consuetudinis, & ꝙ tutius
est, ꝙ feratur snĩa in loco maiorum & vide
Bar. l. j. §. dies. ff. qñ app. sit. qui dicit, quòd iu
dex de consuetudine potest ferre snĩam in do-
4 mo sua. † Tene tñ menti ea quæ diit Bal. in l.
fi. ff. de iurisd. om. iud. qui dixit, ꝙ de volun- b
tate partium põt omitti locus, solitus cõis, &
si non opponitur ista exceptio. partes videntur
consentire. Quinimo ibi dixit, ꝙ si iudex
debet sedere in loco consueto, tñ si non sedet
stando in palatio, vr̃ ꝙ ille locus sit habilis,
cum partes non opponant. & de materia ista
omnino vide Abb. in d. c. qua fronte. & Do.
in d. l. j. C. de sen. ex breui. recitan. & per. Bart.
in l. si vt proponis. la ij. C. qũo & quãdo iud. vi
de gl. Bar. & Ang. in l. vbi cœptum, ff. de iudi.
& vide in l. si locus ff. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula saluo semper & reseruato, quando debeat poni in sententijs.*
2 *Iudicis factum nihil operatur si plus condẽnaret, vel minus quam deberet etiam si sit clausula, saluo semper & reseruato, in his pœnis qua a lege imponuntur.*
3 *Practica est ꝙ clausula saluo semper & reseruato, apponatur in principio sententia ante narrationem inquisitionis & delicti.*
4 *Iudex quando possit aliquam clausulã addere sententia vel ab ea detrahere.*

1 SALVO *semper & reseruato &c* † Ista
clausula solum apponi debet, qñ est pœna
pecuniaria, nõ autem corporis afflictiua:
nam licet pœna sit pecuniaria, si tamẽ sit
fisco applicanda, dr̃ criminalis, secus autem si
tantum parti esset applicanda, vt no. gl. & ibi
Bal. l. in l. ij. §. j. ff. de sepul. viol. & in istis operari
põt ista clausula. Si autẽ fuisset corporis
afflictiua, tunc cum statim executio fiat, vr̃
ꝙ non debeat nec possit operari, quoniã cum
statim fiat executio, post executionem iam
factam parum aut nihil operatur dicta clausula,
vt arg. l. si quis prouocatione, C. de app.
nisi diceremus, ꝙ saltem qñ est fustigatio vel
bullatio, vel mitra contra ius vel statuta, &
esset talis clausula operabitur, vt videatur
redactum ad legitimũ terminũ ꝙ non sit infamis.
ut l. ictus fustium, & l. q d ergo, §. pœna
grauior, & quod ibi plene hr̃. ff. de infa. Sed
hoc etiam contingeret, si dicta clausula non
apponatur, qm̃ non ictus fustium sed causa vera,
vel p̃p̃ quam fustigatur infamat *a* vel non. a
vt d. l. ictus. & quod ibi gl. & Doct. Si verò
esset pœna mortis & fieret statim executio,
dicta clausula nihil operaretur, vt d. l. si quis.
vnde dicta clausula solet apponi. & operatur 3
quando esset pœna pecuniaria & tunc cautela
b est, ꝙ in principio snĩæ apponatur ante ver b
bum condemnamus, non autem post cum sit
functus officio suo, non vr̃ ꝙ debeat operari,
de cuius clausule virtute no. Bar. & Imo.
in l. iudex postquã, ff. de re iudi. & in l. j. in fi.
ff. de quæst. & in l. aut damnum. §. ista ferre, ff.
de pœ. & in l. j. in prin. ff. ad Turp. ibi, sed iuxta
hoc quęro &c. & vide Bal. in l. si quis à fi-
2 lio, §. fi. ff. de iniu. testa. † Ex quo sequitur,
ꝙ si plus condemnaret vel minus q̃ deberet,
tunc etiam sine dicta clausula in his pęnis quę
à lege imponuntur, vt in infamia, tunc factũ
iudicis nihil operatur. nec impedit quin dicta
pœna intelligatur imposita, vt l. non possunt.
ff. de fur. Quædam est pęna quæ imponitur
à iudice, & tunc suæ snĩæ stabimus, vt
non possit augere vel minuere nisi apposuisset
dictam clausulam: tũc de iudicis intẽtione
apparet manifeste reducere ad debitũ terminum
& modum, & pœna condigna statuti
vel 4

ADDITIONES.

a ¶ Infamat. *Adde & vide Old. in cõs. 92. ĩ fi B.*
b ¶ Cautela. *Adde tu circa hoc & vide Pau. de Ca. in consi. 319. & 377 & Pet de Anc in cõsi. 172. & in consi. 260. Calde. in consi 7. in tit. de re iudi. & Rom. in consi. 14. & latius vltra omnes per Alex. in consi. 90 in 1. volu & consi. 118. in 3. vol. Ber.*

vel iuris intelligitur imposita, vt no. Barto. in d.l.j. ff. ad Turp. & Imo. in d.l.iudex. Ideo sis semper cautus iudex, vt dictam clausulam semper apponas in princ. snīæ ante verbum, condemnamus. Bar. in d.l.iudex. facit dr̄iam, an fit snīa conditionalis vel resolutiua in certam conditionem, & idem tenet Sal. in l. ea quidem. vers. sed quia p.p. denūciationem &c. & in versi. sed si pœna adijceretur. cum vers. seq. C. de accu. Sed Ang. in d.l.iudex. tenent contra Bar. videlicet, quod imò semper operetur dicta clausula. arg. gl. in l. item Labeo, §.j. ff. fami. ercis. Sed Imo. in d. l. iudex. allegando etiā gl. ord. in c. prædicator. 16. q.j. q̄ dicit condemno Titium in centū, imo absoluo multum latissime concordat opi. ibi. Sed non est opus hic opponere præfatorum Doct. desceptationem quę esset multum longa. & impleret folia, qm̄ ipsi semper loquuntur, qn̄ vna cū verbo condemnamus. vel post dictā clausulam

3 apponit. † Sed practica est, quod dicta clausula in principio sentētiæ ante narrationē inquisitionis & delicti apponatur. vnde cum apparet de intentione iudicis protestantis, quòd iuris terminum non vult transgredi & statutorum. tunc sufficit, ꝙ ipse declaret delictum, & statim ius pœnam condignā imponit, vt l.j. §.j. ff. ad Turp. & ibi Bar. ergo dicta clausula operatur ad iudicis excusationem, & perinde est acsi tantummodo delictum declarasset, pœnam autem nō imponit, nec intendit imponere nisi iustam. igitur excusatur, sicut quādo dubitat vtrum sit probatū, pronunciat iudex, absoluo vel condemno, si est probatum vel non vt no. Bartol. in l. ait prætor, ff. de re iud. quam sequuntur omnes Doct. igitur &c. & de ista clausula vide Cy. & omnes Doc. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expē. & per Bal. in l. nō dubiū. C. de leg. in ver. sed iuxta hoc quæritur &c. & in j. const. C. §. quibus. & in l. si seuerior. 7. col. ver. tertio quæro q̄d si iudex &c. C. de infa. si tu tamē velles in hoc articulo con-

4 cludere dic vt dicit Imo. in d.l.iudex. † videlicet, aut iudex vult addere vel detrahere aliquam clausulam ex interuallo post snīam, & nō potest, vt d.l.iudex. fallit in l. Paulus respōdet. ff. de re iud. aut addit incontinenti, & tūc aut vult dictam clausulū apponere post sentētiam habitam pro absoluta & profecta, & nō pōt. ita vr̄ velle Bar. & Ang. in d.l.iudex. aut vult apponere clausulam antequā snīam habeat pro absoluta & perfecta, & tunc aut illa clausula venit ad modificationem & qualificationem snīæ, aut venit ad correctionem vel mutationem in totū vel in parte. Si venit ad modificationem, tunc vr̄ ꝙ dictam clausulam possit addere, & hoc clarum, quādo in cōtextu eiusdem orationis addit vere vel interpretatiue, ut quia dixit, adiudico tale fundum Titio, ita quòd seio debeat seruitutem viæ, vel quia dixit adiudico Titio fundum, saluo eo qđ j. dicam. Nam si postea addit in alia oratione de seruitute, vr̄ ꝙ possit, vt d.l. itē Labeo. cum gl. sinautem vellet hoc facere in diuersa oratione, & non in eadem vere vel interpretatiue. & tunc vr̄ quòd facere nō possit, vt d. l. item Labeo. à contrario sensu. & Cyn. in d.l. terminato. Sed Imo. tenet contrarium, quia apponitur antequam snīa sit habita pro perfecta & absoluta, vt l. contractus, C. de fi. instr. Sinautem clausula venit ad correctionem snīæ: & tunc aut apponitur in eadem oratione aut in alia, arg. no. per gl. in l. exceptionem, C. de prob. & in l. si quidē, C. de excep. vel dic, ꝙ si in eodem orationis cōtextu apponitur, & tunc aut apparet iudicem lapsu linguæ errasse, & sic in eo ꝙ præcessit nullatenus sensit, & tunc valet dicta adiectio, vt est gl. 16. q. j. c. prædicator. aut id nō detegitur, & tunc aut ex uerbis clausulæ redditur sententia conditionalis, & pōt addi. vnde valet si dico, condemno, in centum, si venit in centum condemnandus ex forma statuti, l. ij. §. biduū, ff. qn̄ appell. sit secus secūdū Bar. si est sub cōditione resolutiua, vt l. ij. cum gl. ff. de in diem adiec. vel secūdum Imo. idem eū incontinenti dicatur, ut d. §. biduum, & l. lecta, ff. si cer. pet.

AVG. Tu autē in hac materia adde Bal. in l. asse toto, ff. de hær. insti. qui dum diffinit illam conclusionem, quare iudex in snīa circa expensas pōt addijcere illā clausulā, saluo & reseruato, dicit ꝙ gl. in l. Labeo, §. j. ff. fami. ercisc. decidit an in principali iudex potest adijcere istam clausulā. Item adde ꝙ Bal. in l. quid ergo, §. pęna grauior, ff. de his qui no. infa. multum elegāter loquitur in 10. col. & ibi dicit ꝙ ista clausula, & reseruatio quæ fit in sentētia, debeat multū operari. per d.l. Labeo. Secundo quia cum iudex dixit saluo & reseruato &c. apparet ꝙ de mente eius non fuit uelle augere uel minuere, imo fuit de mente eius uelle se referre ad statuta, & sententia non debet plus posse operari quā fuerit de mente iudicantis, per l. quid tamen. in prin. ff. de

ff.de arbi. Prærerea dicit Bal. poſito qđ iudex errauerit in ſpecificatione minoris pœnæ, tñ errorem ſuum ſtatim correxit, quod potuit facere, tã per verba generalia, vt ext. de accuſ.c.qualiter.el 1.q̃ per verba implicita & generalia, vt in c.damnamus, §.fin. ext.de ſum.Tri. & fi.ca. Nec ob.ſi diceretur ſpecies derogat generi, vnde verba ſpecialia derogant generalibus, quia reſpondetur ꝙ hoc falſum, quia qñ genus venit derogatiue ad ſpeciem gñalis locutio ſpãlib. derogat, vt l.ſi ita ſcriptũ, & l.talis ſcriptura, ff. de le.j. Refert poſtea Bal.qũo ĩ hac materia fuit altercatio, & opin.inter Iac. de Bel.& Bar. & qũo Bar. in hac materia diſtinguebat, an clauſula apponatur in fi.an in principio. ſed Bal.ibi dãnat ſententiã Bar. & ſequitur opin.Iac.de Bel. quia dicit ꝙ idẽ dẽt o pari clauſula appoſita in prin. ſicut clauſula appoſita in fi.per c.2. requiris, extra de app. Item non eſt verum, ꝙ prius tranſeat in ſnĩa vna clauſula q̃ altera, quia omnes clauſulæ in fine concludant, & in eodem inſtãti temporis, vt l.contractus, C.de fide inſt. & in l.fideicõmiſſaria, §.j. ff.de leg.3. Et per prędicta dicit falſam eſſe ſnĩam Bar. & veriorem illam Ia.de Bel. quia prædicta clauſula nõ ſolũ eſt gñalis, ſed incerta & generalis proteſtatio nõ tollit factum ſpeciale, c.cũ M.Ferra. ext.de conſt. & dicit ꝙ ita ſeruat ordo iudiciorũ. Si ergo ita obſeruat ordo iudiciorũ, fatuus eſſet iudex qui recederet ab iſta obſeruãtia ſequẽdo Bar. & idẽ dixit Bal.in d. l. itẽ Labeo, §. nam ibi dicit ꝙ iudices maleficiorum adijciũt in finibus ſnĩarum iſtam clauſulã ſaluo, & reſeruato, ſi ſnĩa iſta eſſet præter formam ſtatutorũ, ꝙ ex nunc intelligatur redacta ad debitum modũ, an iſta clauſula aliq̃d operetur.& dicit ꝙ vr̃ ꝙ ſic ꝑ illã gl.ibi refert poſtea qũo Ia.de Bel. diſputauit cõtrariũ, & hoc dixit Ia.in l.ſi pacto quo pęnã, C.de pac.in add. ſuis, & rñdet ad illã gl. in d.l. itẽ Labeo, q̃a illa glo.debet intelligi circa non deciſa, ſed omiſſa. Sed circa ea q̃ ſunt ſpecialiter declarata, nõ valet reſeruatio, q̃a cẽt ibi contrarius, & cõtrariæ ſnĩę ſuper eodẽ nõ ualent, ſed prima p̃ualet de iure, vt l.j.C. qñ prou. nõ eſt neceſ. Pręterea dicit Bal.illa clauſula continet incertã quantitatẽ, ergo nõ ualet. Sed aduertas q̃a Rap.Ful.in d.l.itẽ Labeo, §.j.dãnat ſnĩã Ia.de Bel.& Bal.& dicit ꝙ vr̃ ꝙ dicta clauſula aliquid operet̃, q̃a ex quo illa clauſula eſt in eadẽ ſnĩa, ordo ſcripturę nõ eſt attẽdendus, quia ꝙ primũ dictũ eſt, hr̃ pro nõ dicto.ar.l.lecta, ff.ſi cert.pe.& l.ſi certarũ, C. de teſt.mil. Nec ob.l.j.C. qñ prouo.nõ eſt ne.q̃a illa l.loq̃tur in ſnĩjs diuerſo tẽpore factis, quia prior derogat poſteriori, ſed in eadem ſnĩa poſterior derogat priori.ſic in pactis, l.pacta nouiſſima, C.de pac.ſic in teſtamentis, l.ſi tibi, ff.de le.j. Nec ob.ꝙ ſnĩa dicatur ĩcerta, q̃a dr̃ certa tanq̃ referẽs ſe ad certũ, ar.l.hęc vẽditio, ff.de cõtrah.emp. Aduertas tñ ſi quis iſtã opi. Ful. vellet tenere pro ſe, videat Bal.in l.certa, C. qñ prouo.nõ eſt ne.in fi.qui ꝑ c.dãnamus. ext.de ſum.Trin. & fi.ca.tenet iſtã partẽ, & ita dicit ꝙ ſeruat cõis vſus, & de materia vide aliq̃d ꝑ Bal.in add.Spe.in ti.de ſen.in 3. char. q̃ allegat d.gl. in d.l.itẽ Labeo.q̃ pro ſingulari allegat d.Car.ĩ c. interpoſita, ext. de arb.& Ang.in conſi. ſuis.cõſi.26.& vide Doc.in d.l.terminato, C.de fru.& lit.exp.& multa allegãt Mod.in d.l.iudex, ff.de re iu. Et adde Al.de Roſ.in tra.ſtat.3.par.q.176. & late ꝑ Ang.in l.nõ queãdmodũ, ff.de iu.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa qua mouit iudicem, quando de neceſſitate debeat poni in ſententia, & quid importent illa uerba, quia conſtat nobis, vel per confeſſionẽ inquiſiti, & ſimilia, in ſententijs.*

2 *Iudex uolens recedere a pœna legali, debet in ſententia cauſam inſerere.*

3 *Iudex licet non exprimat cauſam in ſententia, in caſibus in quibus deberet exprimere, tamen ſententia valet.*

4 *Cauſa debet inſeri in ſententijs criminalibus.*

1 ET *quia nobis conſtat &c.*) † Nota ꝙ licet in ciuili nõ ſit neceſſaria apponi cã quę mouit iudicem, ut not.in c.conſuluit.de re iu.& in l.2.§.fi.ff.de inſa. & plene. Ang. & Imo.in l.q̃ Romæ, §.duo fratres, ff. de ver. ob. tñ in criminali vr̃ ꝙ cauſa ſit inſerẽda, ſicut dicimus in ſnĩa excõĩcationis, q̃ non valet niſi in ea inſerat̃ cã quare excõĩcetur, vt hr̃ in c.j.de ſent.exc.lib.6.&ibi no.Et ſic vr̃ ꝙ vbi de graui p̃iudicio tractetur, ſicut in crĩalib. ꝙ cã ſit inſerẽda, ſicut cũ ſnĩa excõicationis ꝓfert̃, q̃ eſt magni p̃iudicij, & ligat aĩã, uel põt dici ꝙ iſta uerba nõ ĩportant cauſæ inſertionẽ, ſed perinde in crĩali apponũt̃ ſicut in ciuili, iſta uerba apponit̃. Viſo libello viſis &c.de quo ꝑ Bar.in auth.

si quis in aliquo documento, C.de eden. &
ibi Doc. vnde tm̄ important illa verba, vide
licet, & quia constat nobis &c. vel per cōfes
sionem inquisiti vel per testes, vel per eius
contumaciam, & sic ꝑꝑ fictam confessionē
&c. ac si diceretur visa eius confessione vel
visis attestationibus, uel uisa eius contuma
cia ex forma statutorū, ex qua hr̄ pro con-
fesso & c. quæ omnia constāt ex actis, vnde
ad talē ꝓneni mus condēnatoriā vel absolu
toriā. Et nō est mirū, qa in crīali ꝓcedit ad
similitudinem ciuiliū, vt l. absentē ff. de pę.
AVG. Tu aūt in hac materia, quia s̄. ta-
ctū est. an cā sit exprimēda in snīa, ista ma-
teria maxima est, & Doc. & gl. vario mō lo
quuntur, iō remissiue vide per Spe in tit. de
prol. sent. §. qualiter. ver. verū. & ibi ponit
fallētias, qn̄ cā sit exprimenda in snīa, & ꝑ
Io. An. in c. sicut nobis. ext. de re iu. ibi vide
tex. & Doct. omnes scribentes, maxime do.
Abb. vide gl. & Cy. Bal. Ang. & Sal. & oēs in
l. properandum. §. illo. C. de iud. & per Iac.
Bu. & Bar. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de īfa. late
per Bal. in l. præses. C. de sent. & Bal. ī l. gn̄a
liter. §. j. C. de reb. cre. & Ang. in l. sciendū,
ff. de app. recip. & Ang. in l. vtique. ff. de rei
ven. & Bal. in auth. sed nouo iure. C. de iud.
Io. And. & alij in c. finem litib. ext. de do. &
cont. Spe. in ti. de expens. §. postremo, circa
prin. sed aduertas, quia iste Doct. hic nō al
legat aliquid boni, an ī snīa crīali sit causa
inserenda, ego in indiuiduo allego Bald. ꝙ
sic in c. sicut nobis. ext. de re iu. qui hoc di-
xit in terminis, ꝗ dixit ꝙ in snīa criminali
causa esset inserenda. Quinimo dixit Albe.
in d. §. illo. ꝗ multa scripsit in hac materia
allegando multas gl. de iure ciuili, & de iu
re canonico, dicit ibi ꝙ Ia. de Are. dicebat ꝙ
in causa criminali cā est inserenda in snīa.
Itē ꝙ d. Old. hoc volebat, quia maius peri-
culum vbi vertitur per l. in seruorum. ff. de
2 pę. † Sed aduertas quia possumus limitare
ꝑdicta vt procedant cum iudex vult augere
vel minuere pœnam in criminalibus, quia
poc ipse non pōt facere sine cā, tunc in tali
sententia causa est inserenda, aliàs nō, vt vo
luit. Sal. in d. §. illo. & sic cum iudex vult re
cedere à pęna legali in criminalibus, debet
inserere causam, & sic possumus temperare
prædicta. Tene tn̄ menti quæ dixit do. Ab-
ba. in d. ca. sicut nobis, & eleganter referunt
Mod. in d. §. illo. vbi latissime scribunt, ꝙ in
illis casibus specialibus allega. à Doct. qui
ponunt ꝙ cā exprimi debet in snīa, tn̄ si nō
3 exprimitur, teneret snīa. † Et pro hac cōclu-
sione nr̄a bene facit ꝙ dixit Bart. in l. quid
ergo. §. pęna grauior, ff. de his qui not. inf.
in 2. col. qui dixit, ꝙ licet iudex in sentētia
sua, vbi auget vel minuit in pœnā in crimi
nalibus, debeat facere cum cā, tn̄ si in sentē
tia sua non exprimit cām, sententia tenet.
4 † Scias tn̄ ꝙ Alb. de Ros. in d. §. illo. indistin
cte dicit, ꝙ in criminalibus cā debet inseri
in sentētia, & dicit ꝙ ita continue seruatur
de facto, quia iudices maleficiorū ponūt in
sententijs suis, qm̄ talis accusatus fuit de ta
li maleficio cōtra eū inquisitū, & doctū est
per testes vel eius confessionē ipsum malefi
ciū cōmisisse, iō eum condēnamus, vel quia
nō est repertus culpabilis, iō ipsum absolui
mus. Si ergo ista sunt in obseruātia, nō rece
damus ab ipsa, & hæc teneas menti, ꝗa ista
fuerūt incognita nedū isti doctores hic, sed
nec fuerunt allegata à Mo. in d. §. de illo, &
de materia vide aliquid ꝑ Bal. ī l. pe. C. de si
deic. li. & ī l. fi. C. de cōst. pe. & ꝑ Bal. ī d. §. si
ignominię, & ꝑ Ang. ī d. §. illo. & ibi ꝑ Ful.

S V M M A R I V M.

1 *Condemnatio in qua dicitur condemnamus Titium pro dictis vulneribus in libr. ccc. an differat ab illa in qua dicitur cōdemnamus in ccc. libris uidelicet pro tali in l. pro tali in cc. pro tali in alijs l. & pro tali in cc.*

DICTVM Sempronium in ccc. lib. Bono-
1 *nien. sententialiter condemnamus.*) † Ista
est pœna pecuniaria, qn̄ autem est corpora
lis j̄. dicam. Et aduertas ꝙ est maxima dif-
ferentia, an dicatur pro dictis vulneribus cō
dēnamus ipsum in ccc. li. an pro tali vulne-
re in 50. & pro tali in alijs 50. & ꝓ tali in c.
vel ēt si dicat cōdēnamus in ccc. li. videlicet
ꝓ tali uulnere in 50. & ꝓ tali in cc. & ꝓ tali
in 50. vt est gl. in l. vbi fideiussor. ff. de sol. ꝙ
a facit si *a* statuto cauetur ꝙ bānitus à centū
li. s̄. impune possit occidi si sit cōdēnatus s̄.
dictis modis, exprimēdo quātitatē ꝓ quo
libet vulnere, nō dr̄ cōdēnatus vltra cētū li.
licet vnica snīa fuerit cōdēnat⁹ simul, & sic
nō poterit impune occidi, ita dicit Bar. in l.
vbi fideiu. & in l. 2. ff. de cōd. inst. & ibi Im.
facit ꝙ no. Bar. plene ī simili ī l. ꝗ fūdū, §.
cohæres. ff. ad l. Fal. & ꝙ no. Bar. & Im. in l.
quoties in stipulationib. ff. de ver. oblig. sed
Ang. in l. qui separatim, §. j ff. de appella.
dicit

dicit ꝙ si dictæ summæ descendēt ex cōdē natoria facta ex vna accusatione numero, dicetur bannitus in centum, aliàs tene opi. Bar. Sed ibi Imo. indistincte tenet opi. Bar. quia cū sumus in materia pęnali, & sic restringēda vr̄ ꝙ indistincte dicta summarū coacervatio nō sit facienda, ad hoc vt non possit impune occidi. Quinimo fortius iō qđ dicit Bar. in d.l. vbi fideiussor, si iudex dicit, condēno Titium in 300. videlicet ꝓ tali vulnere in 40. ꝓ tali in 50. & ꝓ tali ī 90. an dicat̄ condemnatus vltra centum lib. ita ꝙ possit impune occidi ex forma statuti, nā si attendimus numerationē quātitatum de ꝑse non est cōdēnatus vltra centum lib. si cumulum, ꝗa dixit in trecentis libris, tunc est condemnatus vltra cētū, & finaliter Bar. ibi dicit, ꝙ attendi dēt quātitatum dinumeratio, & non cumulus, & sic non dicet̄ cōdēnatus vltra centum lib. alle. l. ædiles aūt, §. fi. cum gl. ff. de ædil. edi. & l. Lucius, §. ꝗ habebat, ff. ad Tre. & hoc ēt tenet ibi Bar. & hoc ēt tenet Bal. ī l. an & si fur. ff. si cer. pe. facit qđ no. Bar. in simili, ī l. de pupillo, §. si plurib. ver. itē sciendum, ff. de no. ope. nun. Sed contra hoc est tex. ƒm Frā. Tig. in l. oues, in prin. cōiuncto ver. qui sępius, ff. de arbi. vbi etiā in odiosis & pœnalibus fit cumulatio, facit quod no. in l. si idem cum eodē, ff. de iur. om. iu. vnde forte de iure *b* verior est distin. Ang. in d. l. ꝗ separatim. Sed opi. Bar. maxime cum ab alijs comprobet̄ propter eius autoritatem, tenetur in practica, ꝙ tenementi, quia sæpe occurrit de facto.

ADDITIONES.

a ¶Quod facit si. *Circa istā q. statuti cauentis ꝙ cōdēnatus ī c. possit impune offendi, & unus fuit condemnatus bis in quinquaginta, nunquid possit impune offendi tanquam cōdemnatus in centū, dic ꝙ nō, vt hic habetur, adde ēt Bal. in §. discipuli, in 1. consti. fforum, & in l. sancimus, in fi. C. de dona. & Ang. in l. quoties, ff. de uer. obli. fallit qñ cōdemnatus ad certam pœnam, & ꝑꝑ nō soluere illā, incurrisset in aliam pęnam secundum limitationem Ange. in l. scire debemus, de verb. obl. item quando eo tempore fuisset condemnatus in dictis duabus quātitatibus, licet ex diuersis causis, secus si diuerso tempore facit id ꝙ habetur in l. si idem cum eo, ff. de iurisd. om. iud. & in l. si plures. ff de pact. vide omnino d. Alex. in d. l. si idem cum eodem, in fi. prin. Adde Cy. in rub. & in l. 1. de crim. stel. Quid si statuto caue-tur quod bannitus in quinquaginta libris possit impune occidi, & an tale statutum habeat locū in proditore occidente. Ang. dicit ꝙ non, in l. 1. C. de delat. lib. 10. & in l. 1. §. non fuit, ff. de dolo.*

b ¶De iure. *Nam secundum opinio. Ang. fuit iudicatū Vincen. in cōsulatu 1480. die 27. Maij. dum esset iudex malefi. mag. d. Nic. Michael, in causa illorum de Quinto, qui interfecerunt Zampetrum Martinellum, qui erat condemnatus in 25. quas si non soluerit intra duos menses, pœna duplicetur, stante statuto quod condemnatus in 50. possit impune offendi.*

AVG. Tu aūt in hac materia, adde Ang. in l. scire debemus, ff. de ver. obl. qui hoc expsse affirmauit dicens, ꝙ si statuto cauet̄ ꝙ bānitus in eodē bāno in cētū possit impune offendi, ꝙ si aliquis est bānitus in l. & in alijs l. in eodē bāno, non dicet̄ bannitus in cētū, & dicit, ꝙ de hoc est gl. magistralis in d.l. vbi fideiussor, & in l. quoties inscriptionib. ff. de ver. obl. & sequitur Pau. de Ca. in d.l. scire debemus, & voluit Bald. in l. sancimus, §. si quis aūt, el j. C. de do. & Ang. in l. si idē cū eodē, ff. de iuris. om. iu. & Imo. in l. si ꝗs testamento, in prin. ff. de le. j. Nec ob. tex. in l. fi. ff. de abig. ꝑ quē tex. ēt Ro. in d. l. si idē cū eodem, ff. de iuri. om. iu. tenuit cōtra Bar. ꝗa nō tm̄ dr̄ abigeus ꝗ decem oues furat⁹ est. Sed ēt ille ꝗ sæpius decē oues furatus est, & vide Ang. in d. l. 2. de cond. inst. ꝗ approbat dicta Bar. ibi. adde Ang. in l. si plures, ff. de pact. & ibi limitat istā materiā, & Ang. in d. l. nā & si fur. & Pe. de Anch. & Imo. in c. pe. ext. de do. in 8. col. & intellige pdicta non ꝓcedere vbi quis in eadem rixa fecit plura delicta, ꝓpter quæ fuit condemnatus in uno delicto, in 50. puta ꝑꝑ insultum, & ꝑꝑ aliud delictum, puta ꝑꝑ vulnus illatum in alijs 50. quia tunc habebit locū statutum, ꝙ bannitus in centum poterit impune offendi, elegans est decisio Ang. in d. l. si idem cum eod. ff. de iuris. om. iu. qui ita limitat prædicta, quia cum illa delicta sint facta in vna & eadem rixa, censentur vnum factum, ut no. gl. mag. in l. j. C. vn. vi. & in l. hos accusare, §. lege, ff. de acc. & hoc etiam tenuerunt Ang. & Raph. in d. l. si quis separatim, §. j. & Paul. de Cast. ibi, licet Imo. in d. l. si quis separatim, tenet contrarium ibi Raph. in d. l. si idem cum eodem, & male. & hoc est ꝙ uoluit dicere do. Ang. s. adde

quæ dicta sunt per me post Mod.in d.l.sci
re debemus , ff.de verbor.obli. & in l.quo-
ties in stipulationib.eo.ti.Et adde d.Nel.in
tract.bãni.in secundo tempore, de concur-
rentibus post perfectum bannum,q.7.

2 *Damnatus ex inquisitione, an sit infamis.*
3 *Damnatus actione iniuriarum, an sit infamis.*
4 *Damnatus ex forma statuti, an sit infamis.*

2 ANG.† An dãnat⁹ ex inquisitione sit infa
a mis,*a* istã q.format Bar.ĩ l.infamem. ff.de
pub.iu.& Rap.Imo.& Ang. in l.si vacãtia,
circa fi.C.de bo.va.& Sal.in l.ea quidẽ,ver.
sed quia ꝑꝑ denũciationẽ,& ver. vltimo q̃
ro,C.de acc.v. i in effectu concludit,aut est
dãnatus ex inquisitione,& punit aliqua co
ertione q̃ eum infamat, & tũc est infamis,
vt l ictus fustium,ff.de inf. aut non punit,
sed simpliciter condemnat & tunc aut inq
sitio permittit tanq̃ à publico iudicio sepa
rata,vt l.nullum,C.de test.in vlt.gl.& tunc
non est infamis.Sin aũt inquisitio succedit
directo in locum accusationis publici iudi-
cij,tunc condemnatus est infamis, vt ꝓbat
in l.athletas,§.calũniator,ff.de inf.& ibi vi
de Bar.& Bal.in l.ẽt,C.de fur.& in l.j.C.de
cal.& Ang. vltra alios in l.eum q non pro
basse,co.ti.& gl.Cy.& Doc.in l.fi.C.de sus.
tu.& gl.& Dy.in l.3.§.præterea,ff.de susp.
3 tu.†Quæro,an dãnatus actione *b* iniuriarũ
b sit infamis,dic ꝙ sic,ẽt ꝓ leui iniuria, vt in
c.cũ te.de re iu. Consilium tñ est ad euitan
dã infamiã,vt non cõpareat per se,sed per
procuratorem,qñ põt procurator interue-
nire,vt l.furti,§.si qs alieno,ff.de inf.vel ꝙ
soluat ante cõdemnationem vt absoluat,vt
l.si reus paratus ,ff.de procura.& no.Bart.
4 Ang.& Imo.in d.l.infamem.†An aũt dam
natus ex forma alicuius statuti sit infamis,
vel an confessus crimen sit infamis,siue in
iudicio,siue extra, dic vt plene per Bart.&
Imo.in d.l.infamem.

ADDITIONES.

a ¶Infamis. *Adde & vide Pa.de Ca. in cõs.198.*
in 1.impressis.Bar in cons.179. & Cal.in ti. de
accu.consi.5 Ful.in cons.71. & Cepol.65. Ber.
b ¶Actione. *Adde & vide Io.de Ana.in cõs.48.*

AVG. Tu aũt in hac materia,adde q̃ di-
xit Bal.in l.certa ratione, C.quã.prouo.nõ
est neces.q dicit ꝙ licet rꝭi cõdemnatus ex
inquisitione sit infamis, tñ si cõdemnatus
ex inquisitione sit condemnatus ꝑꝑ contu
maciã,isto casu non erit infamis,& hoc di
cit ꝙ voluit Dy.& dicit ꝙ oẽs Doc.hoc nõ
sequunt,quia contumacia nõ infamat.Sed
si ex cõfessione sunt condemnati, isto casu
sunt infames,si vero ex testibus sunt condẽ
nati,cum rei ipsi nunq̃ confiteri voluerint,
nullo iure cauet ꝙ sint infames,quia nulla
lex dicit ꝙ merũ offm̃ iudicis infamet,imo
de iure cõi talis ꝓcessus est ꝓhibitus,vt ff.
de mu.& ho.l.ex rescripto,§.si quis accusa-
torem,aliàs sunt famosi, vt l.cõgruit,ff.de
off.p̃.& vide Alb in l.j.C.si tu.nõ ges.q di
cit,hęc gl.sępe allegat ꝑ aduocatos, ꝙ dam
natus ex aliquo crĩe ꝑ inquisitionem non
sit infamis,secus si ꝑ accusationẽ,ꝑ d.l.in-
famem,& dicit ꝙ hãc opi.tenuit Dy.de fa
cto cõsultus in ciuitate Florentiæ , & illud
cõsilium inci.ꝙ Ser Crossus laudi nõ sit in-
famis &c.& dicit Alb.ꝙ Old.fuit ĩ cõtraria
opi.& multa alleg.ꝓ & cõtra,ibi vide,& di
cit Alb. ꝙ scripsit in ista materia ĩ l.iurisiu
rãdi,C.de testi.in ver.& q a dignitate & fa-
ma testium,& istę cõclusiones an sint veræ
vel falsæ,vide de materia Bal.in l.si his, C.
de fur.ꝑ Cano.ĩ c.qualiter & qñ,ext.de acc.
ꝑ Bar.& Doc.in l.ictus,ff.de his q not.inf.
per Bal. in l.edita,C.de eden.per Bar.in d.l.
j.C.si tut.non ges.per Bar.in d.l.2.§.p̃terea,
adde Bal.in l.obseruare,§.proficisci,ibi,q n
to quæro,ff.de off.ꝓcon.& le.Bal. late in l.
2.ff.de sena.& adde pulchra verba Bal.in l.
athletas,§.calumniator,ff.de his qui no. in
fa.in j.col.qui ponit qñ inquisitio sit facta
ẽm formã iuris,vel qñ ẽm formã statuto-
rũ,& qũo aduocati antiq.,& Gã.habuerunt
vnã opi.& Bar.aliã in hac materia, & Bar.
ibi approbat dicta sua in d.l infamem,vide
pulchra verba Bal.in l.qñ,& ibi Ang.ff.de
his q not.infa. qui ponunt de confessione
vera vel ficta an infamet,& Bal. pulchre in
d.l.ictus fustium,eo.ti.& in l.j.& in l.quid
ergo,§.ex cõpromisso,ff.de his qui not.in-
fa.& omnino Abb.in rubr.ext.de iud.in fi.
vnum longum cõsilium fecit Cal. in cons.
suis,in ti.de accu.in cons.j. qui per subtiles
rationes defendit vnum qui per inquisitio
nem fuerat cõdẽnatus,ꝙ falsos testes ꝓdu
xerat,qđ iste talis non sit infamis, & vltra
omnes disputat istam materiam do.Nellus
in tract.bannit. in 2.tem.de concurrentib.
post bannum perfectum , in 49. & in hac
quæst. & ibi ponit quid si est damnatus ꝑ
in-

inquisitionē, vel ex forma alicuius statuti, an sit infamis, de oībus istis adde pulchrū cōsil. Bar. in cōs. suo 169. & Pau. de Ca. in cōs. 196. an aūt cōdenatus actione iniuriarū sit ifamis, adde Bal. & Sal. ī l. decuriones, C. de his q̄ no. infa. φ nō est ītamis nisi sit atrox iniuria, & Ang. in d. l. īfamē, dicit φ oēs Doc. ita tenēt, licet Imo. ibi aliter recitet ipsū & gl. ī c. cū te. ext. de re iu. vr̄ tenere hoc. & ibi Abb. pōderat ipsum & Imo. ibi all. Spec. licet Bar. & Imo. in d. l. infamē. videaī velle φ ēt si sit modica iniuria, illa īfamet, & hoc voluerūt Inn. Host. Io. And. d. Ant. de But. & Imo. in d. c. cum te, ext. de re iudi.

5 *Statutum tempore delicti imponebat pęnam grauem pro aliquo maleficio, tempore inquisitionis vel accusationis fuit factū statutum imponens minorem pęnam φ statutum attendetur.*

6 *Statuto dicente, φ pro tali delicto soluantur decē libre, si postea mutetur moneta, qua moneta attendetur.*

7 *Statuto dicente φ homicida puniatur pæna librarum mille. Titius occidit Seium & anteq̄ de illo homicidio accusaretur, superuenit statutum imponens homicidis pęnam mortis, & Titius accusatur quod statutum attendetur.*

5 ANG. † Quæro tp̄e delicti erat vnū statū imponens grauē pœnā pro aliquo maleficio, tp̄e verò accusationis, vel inq̄sitionis factū fuit nouū statutū imponens minorē, a φ statutū attendetur, a vide late p Bar. in l. oēs populi. ī 15. & 16. colla. de iust. & iu. in ver. iuxta prædicta quero in delicto &c. vbi post multorū opiniones recitatas concludit, φ quædā est pœna ordinaria & ppria delictorum, & in ista semper inspicitur tp̄s delicti, siue sit publicum siue priuatū, vt l. j. ff. de pę. & l. si quis decurio, C. de fal. & in l. iniuriarum, ff. de iniu. & l. statuliberi à cęteris ff. de statuli. Quædā est adiectio pęnæ q̄ adijcitur ex aliqua cā vel minuitur, vt l. q̄d ergo, §. pœna grauior. & ibi no. ff. de his q̄ no. inf. & tn̄ in tali adiectione vel minutione facienda inspicitur tp̄s sn̄iæ, vt l pe. ff. si ex nox. cau. ag. & istud sentit ibi gl. ī vlt. so lu. & in §. oportet igitur. in Auth. vt iu. sine quoquo suffr. ex quo ēt subiungit ibi ſm quandā rationem Ray. aut p statutū imponitur pœna delinquenti aut iam imposita mitigatur. Primo casu aut statutum continet pœna delicto conuenientem, & inspicitur tp̄s delicti, aut continet pœnam grauiorem q̄ conueniat, & inspicitur tempus sententiæ, vt patet ex prædictis. Secundo casu qn̄ pœna iā imposita mitigatur, verbi gratia, dicit statutū φ bānitus liberetur soluēdo centum, istud ēt porrigitur ad bānitos anterioris temporis, secūdum φ erat aliud statutum: ratio, quia talis modus liberationis cōtingit post delictum commissum, vt ex prædictis patet, & ita ibi intelligitur φ
6 no. Cy. in l. leges, C. de leg. † Quid autem si statutum dicat φ pro tali delicto soluan-
b tur decem libræ, postea moneta *b* mutatur, an debeat soluere secundum æstimationem antiquam vel nouam? vide Pe. de Anch. in cle. j. de deci. in pe. tol.

ADDITIONES.

a ¶Attendetur. *Adde tu & vide Pa. de Cast. in cons. 17. & ibi quid si est statutum antiquum, quod potestas nō inquirat de delicto post menses quatuor, & fiat aliud statutum, φ de incestu inquiratur vsq; ad trienniū, an poterit inqri. B.*

b ¶Moneta. *Adde tu & vide Rom. plenissime loquētem in cons. 23. & ibi quid in rescriptis, quid in contractibus, et quid in testamento, & etiam per Abb. in consi. 52. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde φ ex notatis per Barto. in l. j. ff. de pœn. potest colligi bona doctri. in hac materia. & vide Alberi. de Ros. in l. leges, C. de legi. in 7. col. qui in terminis ponit istam q. quam disputauit Rich. Malum. quam de verbo ad verbū posuit Bar. in d. l. omnes populi. & ipse Alb. de Ros. sequitur opi. dicti Rich. p qua opi. dicit φ alle. no. p Io. An. in cle. de æta. & qua. in c. vt hi qui. ī gl. quæ inci. φ posteris. & alle. Gan. in trac. suo malefi. de pœ. & percus. & insul. ver. pone me accusare Titiū de quęstione illa, quam dicit etiā disputasse Ray. de Foril. in studio Bononiæ, quæ ta-
7 lis est, † statuto cauetur φ homicida pęna mille librarum puniatur. Titius occidit Seium, anteq̄ de illo homicidio accusaretur, superuenit statutū nouū imponēs homicidis pęnā mortis. Titi9 de dicto homicidio accusatur, q̄ritur vtrū puniri debeat pœna mille librarum secūdū statutum verus, q̄a actus homicidij pfectus & præteritus erat, aut puniri debeat pœna capitis, ſm statutum nouum, ibi aliter loquuntur quam in hac materia. vide Pet. de Anch. in c. j. extra de consti. in 13. q. quę incipit, quæro a quo

tẽpore, & ad quod tempus, & vsq; ad quod tempus statutum vim suã extendat, in ver. pro cuius declaratione ponit q. Richa. Malũ. quę talis est, vbi Pe. de Anc. recitat dicta Bar. in d. l. omnes populi, de verbo ad uerbum, & sequitur ipse Bar.

8 *Condemnatio ipso iure valet, licet iudex excedat modum in condemnatione, puta quia quum deberet condemnare in centũ, condemnauit in 150. & ligat condemnatum nisi appellet.*

8 ANG. † Et aduertas ꝙ licet iudex excedat modum in condẽnatione, vt puta debebat Sẽproniũ cõdẽnare in cẽtũ libris, & eũ condẽnauit in 300. tñ ipso iure valet sñia, & ipsum cõdemnatũ ligat nisi appellet, vt d. §. pęna grauior, secus esset in mulcta, quia iudex dẽt certa ratione & fine, mulctare, ut l. eos, C. de mo. mul. aliàs aũt si contra d. l. & eius modum & statutũ mulctã irrogauerit,
a firmitatem non obtinebit, *a* & sine appellatione potest rescindi, vt est tex. & ibi no. in l. certa ratione, C. quãdo prouo. non est ne.

ADDITIO.

a Obtinebit. *Adde & vide de hoc per Old. in cons. 15. Ber.*

AVG. Tu aũt in hac materia adde declarãdo prædicta, ꝙ si iudex mulctauit aliquẽ in centum, & sic stetit in finibus iurisdictionis suæ, sed ex cã iniusta hoc fecit credens cãm eẽ iustã, tunc isto casu opus est appellare, qa mulcta nõ ẽ ipso iure nulla, & iste est casus in l. & ĩ mulctis, C. de app. vbi hr̃ ꝙ si iudex circa multã facit ĩiustitiã alicui, opꝰ est appellatione, dicta ergo d. Ang. hic intelligas in iudice q non poterat mulctare nisi in decẽ, & mulctauit in duodecim, & sic excessit fines iurisdictionis suæ. Sed cã fuit iusta, qa licet cã sit iusta & mulctauerit ĩ duodecĩ, mulcta erit ipso iure nulla, & vide gl. & Bal. in d. l. certa rõne, & Doct. in d. l. & in mulctis, & in d. l. eos, & dicit d. Catal. in tra. synd. in q. 249. ꝙ iste iudex qui condemnauit in plus, fiscus nihilominꝰ habebit illud plus, ꝙ iudex teneť ad ĩteresse parti, arg. eorum quæ habentur in l. fi. C. de mo. mul.

9 *Iudex an possit contra vnum ex inquisitis ferre sñiam, & contra alios suspendere processum.*

9 ANG. † Et vt videtis hic inquirebať contra plures. An iudex possit cõtra vnũ sñiam ferre, & contra alios interim suspendere ꝓcessum, dic ꝙ sic, vt l. non idcirco, & quod no. ibi gl. & Bar. ff. de iud. & no. ff. de re iud. l. de vnoquoque, & in tantum ꝙ Bar. dicit in d. l. non idcirco, ꝙ aliqui sunt contumaces, & aliqui non, ꝑ ꝑ contumaces non debet processus contra præsentes retardari.

AVG. Tu vide Mod. in d. l. de vnoquoq; & Bal. & Ang. q sequunť Bal. ibi in d. l. nõ idcirco, & ibi Pa. de Ca. alle. no. ꝑ Bart. in l. 3. §. fi. ff. de duo. re. & bene faciũt no. ꝑ Bal. in auth. si omnes, C. si vt se ab hær. absti.

10 *Iudex sit bene cautus cui faciat pęnam applicare, quia statuta diuersimode disponunt, statuto autem non disponente, quõ sit applicanda vide.*

10 ANG. † Et tu iudex sis bene cautus cui pœnam applicari facias, qa vt plurimũ ꝑ statuta ꝓuidetur ꝙ aliqñ fisco, aliqñ parti, aliqñ ꝓ parte fisco, aliqñ ꝓ parte læso. Sin aũt statuta nõ ꝓuidẽt, tũc aut dãt actionẽ, & applicať parti, aut dãt accusationẽ & applicať fisco, aut simpliciter dicit sub pœna centũ vel similia verba, tũc aut certa ꝑsona est lęsa, & eius respectu pęna imponiť & applicať parti, vt l. fi. ff. de reli. nisi sit bonorũ publicatio, vt l. iubemꝰ, §. de his, C. de sacr. eccle. de quo late per Bar. in l. agraria, ff. de termi. mo. & per Imo. in ruar. de pub. iudi.

AVG. Tu aũt in hac materia an pœna applicetur fisco, an parti, adde Abb. in rub. ext. de iud. referentem Bar. in d. l. agraria, & approbat dicta sua, licet Ang. ĩ l. si id ꝙ, ff. de iuris. om. iud referat Bar. & dãnat unã suam distin. in vlt. membro, q dicit, ꝙ Bar. dixit contra tex. in l. pe. ff. de in ius uo. vbi lex nõ faciebat mentionẽ de actore vel accusatore, & tñ pœna applicatur parti, dicit tñ ꝙ si pęna imponitur ꝑ ꝑ publicã offensam, tunc bene applicatur fisco, contra gl. illius l. si id quod, quam gl. sequitur Io. An. in ti. de dolo, §. restat, in prin. & ver. sequentibus, & ibi dicit Io. And. ꝙ vbi pęna imponitur ex edicto prætoris, illa applicatur parti, nisi lex contrarium dicat, & ideo in d. l. pe. allega. per Ang. loquitur in edicto prætoris, ꝙ sic potes limitare dicta Bart. in d. l. agraria, & saluare Barto. ab impugnatione Ang. vel aliter respon. vt dixit Imo. in d. ru. de pub. iud. Et de materia per Bal. & Doct. in l. ecclesię, C. de epi. & cle. & late per Sali. in l. mulctarum, C. de modo mulct. Et vide pulchra verba Ang. in l. prætor, ff. de sepul. viol. & ibi etiam allegat aliqua.

11 *Fiscus an habeat bona delinquentis pro delicto*

ubi hypothecata.

11 ANG.† Quæro an pro delicto fiscus habeat bona delinquentis hypothecata. dic ꝙ
a nō.a facit ꝙ no.gl.& Bar.ĩ l.rescriptũ,ff.de pac.& qđ no.Dy.in l.placuit, ff.de iu.fis.& ꝙ no.Bar.in l.auferẽ,§.fiscus,co.ti.& plene per eundem in l.post cõtractum,ff.de don. licet Cy.teneat cõtrarium in l. si quis post hac,C.de bo.proscri.

ADDITIO.

a ¶Quod non. *Adde Fulg. idem dicentem in consi.179.in penul.colum.*

AVG. Tu aũt in hac materia uide pulchram decisionẽ Bal.in d.l. rescriptũ. & gl. & Doc.in l.j.C.de pę.fis.cre.præfer. lib.10. & Ang.in d.l.rescriptũ , & in d.l. si qs post hac. Aduerte tñ ꝙ post sñiam cõis sñia est ꝙ bona delinquẽtis sunt hypothecata, sed aduertas intelligẽdo ꝑdicta,& declarando, ꝙ ꝓ istã hypothecã nõ excludũtur creditores illius cõdẽnati,qui essent creditores aliter q̃ ex delicto illius, ꝓ d.l.j.Sed solũ cõpeteret hypothecaria cõtra debitorẽ possidentem, vel cõtra tertiũ possidentẽ, q creditor non esset,ita dicunt Guil.de Cu. & Iac.Bu. Bal.Ang.& Pe.de Anc.in d.l.rescriptum.& vide gl.& Bar.ĩ l.si is,qui.ff.de iu.fis. Adde ꝙ vltra omnes loquutus est Bal.in ista materia in l.j.C.de iu.fis.lib.10.

12 *Statuto dicente ꝙ pater teneatur soluere condemnationẽ filij , an si filius sit contumax possit contra patrem sine aliqua inuestigatione delcti , quia contumax ex forma statuti habetur pro confesso,exequi dictam sententiam.*

13 *Statutum ꝙ ex delicto unius aliter teneatur corporaliter, non ualet : & statuto dicente quod ex delicto filij facta condemnatione pater teneatur, quando contra patrem sententia habebit executionem.*

14 *Patrem teneri pro delicto filij, an intelligatur de forensi , & an habeat locum in auo, & nepote, & filio bastardo.*

15 *Statutum ꝙ pro delicto unius , pater uel alius teneatur,siue pœna sit pecuniaria,siue corporalis,an ualeat.*

16 *Statutum quod illi de domo teneantur pro consorte an ualeat.*

12 ANG.† Quid si statuto cauetur ꝙ pater teneatur soluere condemnationem filij, an si filius sit contumax, possit contra patrem sine aliqua inuestigatione delicti,quia contumax ex forma statuti hẽ pro cõfesso.exequi dictã sñiam Bar.in l.cũ filius,in prĩ.ff. de ver.obl.tenet ꝙ sic,& idẽ Bal.in l.j.C.ne fil.ꝓ pat.ex quo Bal ibi no.ꝙ valet statutũ ꝙ pater teneatur soluere cõdemnationem ex delicto filij in pecuniarijs quia hoc posset fieri pacto,ergo & statuto,vt in rubr.C.
13 de decre.decu.li.10.†Sed nõ ualet statutũ ꝙ ex delicto vnius alter teneatur corporaliter .vt no.gl.23.q.5. cum homo, & idẽ no. Imol.in d.l.cum filius. Si aũt statutũ dicat ꝙ ex delicto filij facta condẽnatione pater teneatur, tunc nisi filius fuerit ꝑsens uel cõfessus,vel si nõ fuerit cõfessus,tñ de delicto fuit cõuictus,nunq̃ contra patrẽ hẽt executionẽ,ut no.gl.Insti.de noxa.§.fi.& Bar. in d.l.cũ filius.& qđ ibi no.Imo.& Bal.in d.l. j.si aũt fuerit ꝑsens, & spõte cõfitẽ, uel ꝑcedẽte tortura,vel testib. fuit superatus,tũc pater tenetur ẽt si nõ fuerit citatus in iudicio,vt l.j. C.vbi ca.fis.& no gl. & ibi Bar.in l.in cõditione,ff.ad Sil. An aũt ꝙ pater cogitur soluere ꝓ filio possit in suã legitimã imputare. dic vt no.Bart.in l.Stichus,ff.de pec.leg.& Bal.in d.l.j.ne fil.pro pat.

AVG. Tu aũt in hac materia, adde ꝙ id qđ affirmauit Bar. in hac materia in d.l.cũ filius. affirmauit ẽt in sua disp.q̃ inci.Perusinæ ciuitatis,& multa allegauit Ro. in l.si filio.la 2.ff.sol.ma.& vr̃ inclinare in sñiam Bar.& Ang.in l.2.§.fi.ff.si ex nox.cau.aga. & Bal.in add.Spe.in ti.de ꝓl.sen.in 17.col. & Sal.in l.si filius,C.ne fil.pro pa.quamuis Bal.contrarium dicat in l.si filius, ff.de his qui sunt sui vel ali.iu.& Bal. in l.j.§.si quis procurator,ff.si quis ius dic. non obtem. & Albe.de Ros.in j.par.statu.q.51.vbi late disputat.vide in q.51.& 52.& 53.& 54.in eadem parte.De materia aliquid per do.Ant. de But.in c.quamuis. de sen.& re iud. Bal. in l.fi.in 6.colla.C.de bo.quæ libe. in §.j.& Bal.in l.2.in 6.col.C. de eden. & Imo.in d. l.cum filius. Ego latissime ibi posui post
14 Mod.dic vt ibi.†Et de ista materia quando pater tenetur pro delicto filij , scias ꝙ non intelligitur de patre forensi qui hat et alibi domicilium, licet in loco delicti habeat aliqua bona,& ita dixit do.Catal. in trac.syndi.q.130. & ibi uide ꝙ non habet locum in auo,nec in nepote, nec in filio bastardo , & ibi uide ꝙ pater possit reuocare confessionem ipsius filij, & ꝙ per procuratorem po-

15 test pr̃ cōparere, & alias q. ibi vide. † In quā
tū aūt tactū est s̃. an valeat statutum, ꝙ pro
facto vel delicto vnius, pater vel alius tenea
tur, siue in pecuniarijs, siue in corporalibus
pęnis, addatis ꝙ Bal. in ru. C. res inter alios
acta. cōclusiue dicit statutū nō tenere, si im
ponat pœnā corporalē vel infamantē pro
delicto alterius, & sequitur Sal. ibi de pęna
infamię. Bal. pessime loquitur cōtra text. in
l. quisquis, C. ad l. Iu. ma. vbi pro delicto pa
tris filij infamātur. & tenet Inn. in c. grauē.
ext. de sen. exc. Sed in pœna corporali forte
melius loquitur Bal. & sequitur Bal. in d. l.
j. C. ne fil. pro pat. & Pe. de Anc. in repe. c. ca
nonum statuta. ext. de const. in ver. hoc q̃ro
vlterius scriptum est in l. diuina. & idē Sal.
in d. l. si filius. Sed vltra oēs vide Alb. de Ro
sa. ī j. par. stat. q. 52. Et de materia uide Bal.
& Ang. in l. lex Cor. ff. de vul. & pup. & Bal.
in l. si q̄s in tantā, C. vñ vi. & Bal. in l. si qua
pęna, ff. sol. ma. & Bal. in auth. si captiui, C.
set,C.de fide instr.l.fi. sed excipiens loco ac
cusatoris hr̃,ff.de adu.l.1.§.si publico. ergo
bene sequitur cõclusio,ꝙ excipiens nõ pos-
sum postea accusare de falso. econtra vide-
tur,qm̃ ille econtra quem excipitur, nõ pu
nitur,vt euidẽter apparet ex alle. circa prin
ci.huius tit.& no.Accur.super d.§.si publi-
co.Item alia ratione: quia video quod ver-
bo accusationis non continetur exceptio,ff.
de verb.sig.l.verbum pertinere,§.accusatio
nis . ergo eadem ratione , verbo accusatio-
nis, non debet contineri exceptio . Præte-
rea in d.l.fi.C.de fi.instrum.innuitur,quod
in modum accusationis oporteat quæri de
crimine,ibi dũ dicit , inscriptionis pagina
apud competentem iudicem &c.Sol.Dic se
cũdum do.Dy. & alios sapientes plures de
Bonoñ. accusationem non procedere , se-
cundum alleg.pro prima parte quæstio.
Gandinus.

ADDITIONES.

a ¶Electo. *Adde,vt per Old.consi.311.Ber.*
b ¶Iudicantis. *Adde Alex.cons.65. 3.lib.*
c ¶Pœnam imponit. *Adde Oldr.consi.78 sed an in exceptio. criminis debeat inseri locus & tempus, sicut in accusa. vide Cal.consi.1. de excep. Bernard.*
d ¶Exceptionis. *Adde vt per Pet.de Anch.consi. 172.& consi.61.Ber.*

Quomodo de malefi. cogno. quando crimen eſt notoriū, & quid ſit fama & infamia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Maleficiorum cognitio quomodo fiat, quādo crimen notorium eſt.*
2 *Fama quid ſit.*
3 *Fama hominis quomodo minui, & quomodo conſumi dicatur.*
4 *Infamia quid ſit.*
5 *Teſtibus aliquibus deponentibus, quod eſt cōis opinio in ciuitate contra Titium, quod ipſe tale maleficium commiſit, alijs dicentibus quod de hoc eſt publica uox & fama, alijs vero dicentibus ꝙ homines ciuitatis aſtimant contra eum idem, an dicant diuerſa vel concordent.*

1 DICTVM eſt ſ. † quō de maleficijs cognoſcitur per accuſationem, denunciationem, inquiſitionem, & exceptionem, reſtat nunc videre quō cognoſcitur qn̄ crimē eſt notorium, ſed q̄a fama, infamia, p̄ſumptiones, & indicia ſunt p̄cedentia cognitionem dicti notorij criminis. Et ēt q̄a pro inueſtigatione & cognitione criminum plurimum operant̄, iō de his omnib. videamus.
2 † Et primo q̄d ſit fama. Et q̄dem fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, moribus, & legib. cōprobatus, & in nullo diminutus. Hæc eſt bona diffinitio quātum ad famā hominis, ſed non quātum ad famā alterius rei inter hoīes exiſtentis, de qua tractare intēdimus. Vn̄ dic ꝙ fama eſt publica & cōis ꝓclamatio ex ſola ſuſpicione ab incerto autore ꝓcedens, vt ff. de var. & extraor. co. l. cognitionem, §. æſtimatio, aliàs, illęſæ, ꝙ iō eſt illęſæ, i. nō læſa. Sciendum eſt tñ̄ & notādum, ꝙ nomen dignitatis poſitum in diffinitione famæ, non ſumit̄ pro aliquo honore publico, nec adminiſtratione, ſm̄ ꝙ ſumitur, aliàs, C. de digni. li. 10. Sed dignitatis nomē hic eſt ſumendum & habendum pro potētia attributa homini à natura. Et ꝙ homo ſit dignior aliarum creaturarum pōt multis rōnibus cōprobari. Et primo q̄a legit̄ in diuinis ꝙ virtus angelica eſt hoīs ſeruitio deputata, & autoritates diuinas tanq̄ leges in cauſis allegare concedit̄. in Auth. vt iud. ſine quō. ſuff. §. cognitio. ibi eſt quoq; hoc. & in Auth. quō opor. epi. §. quāta. circa prin. Et eſt ſcd'a rōne dignior, q̄a oēs ꝓprietates creaturarum in ſe admittit. Nā cū animatis habet cōicationem, quia cum herbis, & arboribus vt viuat cum brutis, vt ſentiat, & fructus percipiat, & iō dictum eſt ꝙ gratia homini natura rerum fructus creauit, vt ff. de fur. l. q̄ vas, §. ex furtiuis, ff. de vſur. l. in pecudum. Tertia rōne, quia habet communicationem cū Angelis vt diſcernat, & mentę contemplat̄ cęleſtia, vnde Ouidius.

Pronaq; cum ſpectent animalia catera terrā.
Os homini ſublime dedit, cœlūq; videre iuſſit.
Et erectos ad ſidera tollere vultus.

Et alibi ait Virgil.

Cœleſtiſque illi origo eſt.

Quas autoritates, & maxime vbi leges deficiunt, non eſt prohibitum allegare, vt ff. de ſta ho. l. ſeptimo, ff. de ſol. l. ſi pater. Seq̄tur in diffinitione famæ verbum illæſæ, & exponendū eſt illæſæ, id eſt non lęſę, ſed integre, vt ſic hæc dictio il, ponatur pro non, licet alibi ponatur pro valde, vt ff. de libe. & poſth. l. Gallus, §. ille caſus. additur in diffinitione verbum dignitatis, ꝙ exponit̄, vt dictum eſt, i. notabilitatis potentiæ, & dignitatis. Seq̄tur quare dicit ſtatus, & certe hoc iō, q̄a ſtatus hoīs hēt conſiderari circa tria naturalia, & circa tria rōnabilia. Naturalia rōnabilia q̄dem ſunt, ut eſt memoria p̄teritorum, ſcientia p̄ſentium, prouidentia futurorum, & no. in proœ. Inſti. §. quorū vtrāq; viā. & ēt naturalia tria ſunt, ſ. libertas, ciuitas & familia, q̄ tria ſub appl'one ſtatus hominis cōcinent̄, vt no. ff. de cap. di. l. 1. Adijcitur in diffinitione verbum moribus, hoc iō, q̄a is qui bonis moribus ſe gubernat, bonā famā ſibi acq̄rit & augmētat, & dignoſcitur eſſe ſuę ciuitati placabilis & dilect⁹, vt ff. de iniur. l. itē apud Labeon. §. 1. idē ait aduerſus. maxime cū boni mores plusq̄ diuitiæ operent̄, vt ff. de tut. & cura. da. ab his l. ſcire, §. 1. ff. de ver. obl. l. ſi quis ſtipulatus, in fi. dictū ēt eſt ꝙ mores cōſueuerunt à iuuentute formari, cū p̄p ſeruorū conſeruationem fiat & inducat̄ perfecta eruditio, & educatio iuuētutis, vt in corpore, Auth. de monac. §. cogitandū. Et ea q̄ moris, & conſuetudinis bonæ ſunt circa famā & ſtatum hominis intuenda & conſideranda ſunt, ut ff. de manu. vindi. l. à manumittente, ff. de ædil. edi. l. ꝙ ſi nolit, §. aſſidua, vn̄ dictū eſt moribus, i. iure cōſuetudinario & diurno, ꝙ eſt ius nō ſcriptum, q̄a ex nō ſcripto venit,

ſit, vt ff.de legi. & conſti.l.de quib.§.inue-
terata.& Inſt.de iu.natu.§. ex non ſcripto.
Nūc vidēdum eſt de uerbo legib.in diffini-
tione cōtento, & exponendū eſt legibus, id
eſt iure ſcripto. Nā per ius ſcriptū cōſueue
runt hoīes eſſe & effici ſapientes, dū ius do
cet ꝙ ad illicitis ſe abſtineāt, & permiſſa ſe
quantur, vt C.de legi.& cōſti.l.leges ſacræ.
Et etiā hoīes ſub iure & regula coarctari di
ſcunt honeſte uiuere, alterū non lædere, ut
ff.de iuſti.& iu.l.iuſtitia,§. iuris ꝑcepta. &
ff.de leg.& ſenatuſc.l.lex eſt. Et iō dictū eſt
ꝙ legibus eſt, uiuendū, ut ff.de legi.l.quod
prin.& Inſtit.quib.mo.teſt.infir. §.fi.per le
ges.n.& iura, mali homines boni efficiunt̄
metu pœnæ inferendæ, vt C.de tranſac.l.ſi
quis maior. & unius pœna metus eſt mul-
torum. vt C.ad l.Iu.repe.l.1.& ext.de cal.c.
fi.& boni meliores efficiuntur prēmiorum
exhortatione, ff.de iuſ.& iu.l.1.C.de ſta. &
imagi.l.vt virtutū præmia.& hoc eſt quod
conſueuit duobus verſibus denotari,

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Sequitur in diffinitione famæ comproba-
tum, & dr̄ comprobatus ſtatus hominis, id
eſt ſimul ꝓbatus, quia ſimul à iure nō ſcri-
pto, ideſt à bonis moribus ſuæ ciuitatis, &
ſua conuerſatione laudabili, & à iure ſcri-
pto, i. à legibus, fama, & ſtatus cuiuslibet
hoīs cōprobat̄, vt ſup.dictum eſt, & ꝙ eſt le
gibus, & moribus ſemel cōprobatum, nō li
cet amplius reprobari, niſi in reprobationi
bus īteruenīat ali qua iuſta cā, ut ff.de neg.
ge.l.Pōp.ſcribit.& ff.de adul.l.ſi vxor.in fi.
Sequit̄ in diffinitione in nullo, iſtud.n.uer-
bum in nullo, legis diffinitionē nō cōtinet,
ſed potius à magiſtris & Doc.eſt additum,
& ſuppletū. Et quidē verbū iſtud ſumit̄ ex
illo verbo illęſę, & per hoc.n.ꝙ dixit illęſę,
in telligit̄ & elicitur verbū in nullo, ut not.
in illa l.cognitionū,§.1.ff.de va.& extraor.
co. Vñ dicendū eſt in nullo, ſubaudi, ſ.eorū
q̄ ſub appellatione ſtatus hoīs cōtinentur.
Nā quotieſcūq; quis in ſe non habet oīa q̄
ſub appellatione ſtatus iure continent̄, aut
aliquid de his amittit, hominis tñ interue-
niēte facto nō diuino iudicio accedēte, tūc
fama hoīs & eius ſtatus dānatur & lęditur,
vt no.ff.de cap.di.l.vl.ꝗa capitis dimi. &c.
3 ff.eo.ti.l.1.† Reſtat mō videre & vltimo de
verbo, diminutus, & certe iō dixi diminu-
tus, ꝗa fama hoīs qñq; minuitur, qñq; cō-
ſumit̄ ex ipſi⁹ hoīs delicto, autoritate legis,
cōſumitur.n.ex toto, & extincta hr̄, ut acci-
dit in eo ꝗ ſimul & ciuitatem & libertatem
amittit, vel ciuitatē tm̄, vt Inſt.de cap.di.§.
2.ff.eo.l.amiſſione.& ff.ad l.Iul.pec.l.3.Itē
minuitur hominis ſtatus, & fama læditur,
& mutatur, quoties libertas & ciuitas reti-
netur, ſed ſtatus cōmutatur, aut quoties ꝗs
circa ſtatutū ſuū pęnā plectitur, vt ff.de ca-
pi.di.l.fi.§.fi.&.l.libertas, & ff.de var. & ex-
traor.co.l.pe.§.minuta, & §.cōſumitur. Ve
rum, ꝗa in ſuperiorib.tactum eſt, ꝗd ſit fa-
ma. Nunc videndū eſt ꝗd ſit, & quid dr̄ ta-
li famæ oppoſitū, & certe dici pōt ꝙ famæ
oppoſitū ſit, & eſſe dicatur infamia, iō quia
infamia eſt famæ priuatio, vñ qui infamis
efficitur, ex tunc dr̄ & vr̄ ſua fama priuari,
& ecōuerſo cū ſit & eſſe debeat cōtrariorū
eadē diſciplina, vt ff.de his qui ſunt ſui vel
al.iur.l.j.ff.de ver.obl.l. inter ſtipulantē,§.
4 rē ſacrā.† Vñ ſi quęrat̄ quid ſit infamia, de-
ſcribi pōt, & dr̄ ꝙ infamia eſt læſę dignita
tis ſtatus, morib. & legib. reprobatus, & in
omnib.diminutus, ut pōt colligi, ff.& C.de
5 his qui infa.irro.† Sed ꝗd ſi de crīe publico
vel priuato, teſtes cōtra aliquem deponūt,
& plures, & ex his teſtificantur duo, qđ eſt
cōis opinio in ciuitate cōtra Titium, ꝙ ip-
ſe tale maleficium cōmiſit. Alij duo depo-
nūt, ꝙ de hoc eſt publica vox & fama. Alij
dn̄t ꝙ hoīes ciuitatis ęſtimant contra eum
idem. Quærit̄, an iſtorum dicta videant̄ cō-
tinere diuerſa, an ſuꝑ eodem videantur de-
ponere dicta ſua, & ſe ad inuicē cōcordare.
Et vr̄ ꝙ ſunt diuerſa, & ꝙ ad īuicē e diſcor
dant, tñ ꝑꝑ noīum diuerſitatē cū fama opi
nio & æſtimatio ſint diuerſorum, & vbi in
noīb⁹ occurrit diuerſitas, ibi eſt diuiſa ſnīa
ꝓferenda, & iō teſtm̄ & codicilli dn̄r diuer-
ſis noībus nuncupari, ꝗa eorum ſignifica-
tio nō eſt eadem, ſed diuerſa, vt C.de codi.
l.ſi idem.& Inſt.eo.§.codicillis. tñ etiā rō-
ne ſcđa, ꝗa tam reb. q̄ hoībus nomina fue
runt impoſita, vt vnū dignoſcat̄ ab altero,
& eorum ſignificatio ſit diuerſa, vt Inſt.de
leg.§.ſi ꝗs in noīe.& ar.ff. de ſup. leg.l.La-
beo. Ecōtra vr̄ dicendum & uerius, ꝗa licet
fama, opinio, & ęſtimatio ſint diuerſorum
nominū, tñ in eis eſt eadē ſnīa & ptās, ſicut
dici conſueuit in ſingularibus legatis, & fi-
deicōmiſſis. Nā licet nomina ſunt diuerſa,
tamen

mest eadem sniā, & ipsarum conditio exequata, vt C.cō.de leg. l.j. & Insti.de leg.§. nr̃a. Præterea licet q̃tum ad nomen aliqua diuersitas sit, cautum tñ est, ꝙ q̃tū ad sniā est idem, sicut dr̃ de hæreticis, manichæis, & similib. contra quos est eadem pœna statuta, vt C.de hær.& mani.l.quicunq;. Nomina.n.ista, fama, opinio, & æstimatio, sinonyma sunt, q̱a idem significāt. sicut mucro, ensis, spata. ff.de var.& extra.co.l.pe.§. æstimatio.& in corpore Aut.de test.§. nos igit̃. Et no.ĩsum. Azo.C.q̱.ex cau.infa.irro. in prin. vnde dictum est, ꝙ parum aut nihil de diuersitatibus nominum est curādū, qñ de sensu eorum constat & effectu, vt C. de cōsti.prin.l.2.ibi, sed vt subtili, & pōt rō assignari, q̱ magis sensum q̃ verba spectamus, vt ff.de adi.leg.l.3.§.conditio.ff.de cōdi.& de.l. in conditione. in aliq̱b. tñ alijs nota differentiam esse inter notorium, cōē opi.& famā, ꝙ dic vt no.j̃.qūo de malefi. cogno.quando crimen est notorium, ad fi.

Vnde aut quo loco possit fama procedere. Rub.

6 *Fama unde aut quo loco procedere possit.*
7 *Testes in aliquo territorio degentes, an possint cogi ad comparendum coram iudice quæstionem aliquam uentilante in alio territorio.*

QVIA dictum est q̱d sit fama, & q̱d
6 infamia, sequitur vt videamus vnde aut quo loco possit fama procedere. † Sup quo vr̃ dicendum, ꝙ tā fama q̃ infamia ꝓcedere possit ex loco originis cuiuslibet, tā ꝓpriæ, q̃ paternæ, cū eius loci q̱s ciuis efficit, & forū sortit̃, vt C. de muni.& ori.l.pe. & fi.li.12. Nā in ciuitate, vñ q̱s traxit originem propriam vel paternam, merito potest eo loco fama ꝓcedere, q̱a q̱libet à na-
a tura *a* & origine ꝓpria p̄sumit̃ esse bonus, & cuiuslibet amicus, & bene morigeratus, vt C.de inoff.test.l.oīno.j.resp.& ff. de manu.test.l. seruos. & de leg.2.l. cum q̱dam. & ita rōne patriæ originis eo loco pōt fama ꝓcedere, quia q̱s ex bona rōne natus, & non infamata, bonus esse p̄sumit̃, vt ff. de ædil edi.l.ꝙ si nolit. §. mancipia. Scd̃o pōt ēt fama ꝓcedere ex loco vbi quis delinquit, vel quasi si ibi conueniat̃, ꝙ pōt, vt C.vbi de cri. agi opor. l.j. & auth. qua in prouincia. ac etiā in locis oīb. quis sortit̃ forum cum quolibet p̄dictorū locorum pos sit quis tam ciuiliter q̃ crīaliter conueniri, vt no.ff.de iu.l. hæres absens. & C. vbi sena.vel cla.l.j.& 2. Pōt etiam & tertio loco fama alicuius procedere, maxime vbi quis & quo loco fuerit conuersatus, vt extra de elec.c.postq̃. & de p̄sum.c. quosdam. & c. quanto. Et pōt rō laudabilis assignari, quare pōt & dēt fama ex dictis locis ꝓcedere, qm̃ est magis verisimile in eis locis fore verisimilia documenta, & nota testimonia inuenire, & ar.ad hoc, C. vbi de rō.l fi.C. qñ imp.inter pup.& vi.l.vna. Et ēt quia in eis locis vita & actus cuiuslibet melius sciri & agnosci pñt, vt ex̃ de ele.c.postq̃.de pur.c. cum dilectis. Et iō dictum est, ꝙ in locis talibus plurimum quoque consueuit q̃ri, cuius opinionis, & æstimationis, & famę sit quisque in ciuitate sua, vt ff.de re mil.l.nō oīs.§. à Barbaris. & ff. de q̃st.l. minore. §.
6 plurimū quoque. † Sed q̱d si inter aliquos aliqua q. moueatur coram iudice competēti, & ad probationem illius causæ requirat̃
b ꝓductio testium alterius territorij, *b* nunquid testes aliquo loco degentes corā iudice illius causæ comparere cogūt̃ ad petitionē partis vel iudicis? ĩ ista q̄ōne vr̃ primo posse dici, ꝙ non compellant̃, vt ar.C.de fi. instr.l.iudicis, quia debebunt testes & probationes recipi & induci corā iudice loci, vbi testes degunt, & ꝓbationes sunt sitę, vt ff. de test.l.3.§.pe.& C.qñ imp.ĩt.pu.& vi. l.j. Et ēt secunda rō, quia compelli nō pñt, quia nō debent testes à suis negotijs auocari, ut C.de testi.l.si qñ.& ff quemad.test. ape.l.si.quis ex signatorib. Est & tertia rō quare cōpelli nōdēt, q̱a munus testificandi publicū est. ut ff. si q̱s cau.l.2.§.2. & publicū offm̃ nemini dēt esse dānosum, ut ff. de fur.l.si seruus cōis.§.ꝙ uero.& ff.qui. ex cau.ma.l.ualet. Sol. In q. p̄missa distinguendum esse ur̃, utrū ciuilis sit quęstio uel crīalis q̃ mouetur, quia si ciuilis est, tunc est planum, ꝙ testes in alio degentes non coguntur ad ferendū testimoniū corā illius causę iudice corporaliter cōparere, sed in p̄sentia illius iudicis vbi degūt, in Aut. de testi.§. qm̃.& hoc est regulare, q̱a in casibus cōparere

ADDITIONES.

a Natura. *Adde Bal.consi.29.j.lib Ber.*
b ¶Territorij. *Adde ut per Fran.Are cons.82.B.*

rere cogunt̃ coram iudice eius loci in quo cã ciuilis mouetur, ꝙ est vbicunque indici cãæ videbitur ęquum ꝙ equum videri pōt, vel ꝑꝑ suspicionem testium, q̃a in absentia de facili mentirent̃, aut ꝑꝑ cãæ magnitudinem, vel rei q̃ peteret̃, vt no. in Auth. de testi.§.& qñ.& in Aut.de defun. seu fu. §.illud.col.5.Et ēt ꝑꝑ loci consuetudinem, si locorum consuetudo suadet, vt testes in absentia non recipiant̃, sed in iudicis p̄sentia, vt ff.de testi l.3.§.fi.Nã ēt pleruncq; loci consuetudo spectanda est, vt ff.de eui.l.si fundum.& ff.de vsur.l.j.si vero cã q̃ mouetur fuerit crĩalis, tunc indistincte congendi sunt testes,& dēnt cōpelli, licet absentes & de alio loco ad ferendum testimonium coram iudice cãę p̄dictę venire, vt C.de tes. l.nullum.& ꝓbat̃ & no.in corpore Aut. de tes.§.qm̃, in fi.& pōt rō assignari.q̃a in crĩali cã maius periculum vertit̃, & maius & diligentius est consilium adhibendũ, vt C. de appe.l.addictos.& ff.de ven.inspi.l.j §.j.

A quo, vel à quibus possit fama incipere,& quo tempore. Rubr.

8 Fama à quo uel a quibus, & ex quo tempore incipere possit.

9 Fama & uoce publica, maleficio contra aliquẽ probato, si ex aduerso probetur ꝙ illa fama habuit ortum ab inimicis, an illa fama præsumptionem inducat.

10 Fama ex quo tempore possit & debet incipere.

11 Crimine aliquo publico vel priuato commisso si duo aut tres deponunt contra aliquem vel plures, quod ille sit de dicto crimine culpabilis, de quo crimine nunquam fuerat inculpatus, an talis fama sic ad denunciationem talium inquisitionem & præsumptionem inducat.

12 Crimine aliquo priuato vel publico commisso, quidam mala fama post aliquot dies criminis commissi, ob causam dicti criminis vel aliam fuit captus & ductus ad iudicem, post hac clamor insonuit per ciuitatem, ꝙ ille erat culpabilis de dicto maleficio, nunquid ex dictis præsumptionibus possit inquiri.

8 NVNC videamus † à quo vel a quib. personis possit fama incipere, & ex quo t̃ꝑe,& vr̃ ꝙ fama debeat & possit potissime incipere ab hominibus honestæ *a* opi
a nionis & bonæ, vt a grauib.& honestis, & antiquis, vt ff.de leg.2.l.cum pater,§.rogo. & l.cum q̃dam. ꝙ est ideo, q̃a huiusmodi conditionis hoĩbus maior fides adhibet̃, vt ff.de fi.instru.l.fi.& ext.de res.c.licet ex quadam.& quia talib.ꝑsonis est credendum, vt ff.de test.l.3.§.ideoq; diuus, & C.e.ti.l.in reiu.& merite à talib.ꝑsonis dēt fama procedere, quia oĩs qui sit notatus,& rep̄hensibilis & inculpatæ vitæ, est a testimonio repellendus, vt ff.de test.l.3.in prin. & §.lege Iu.Itē nec à parentib.alicuius pōt cōtra aliquem fama incipere, q̃a parentes vsq; ad quartum gradum tã in ciuili, q̃ in crĩali cã inuicē nec ꝓ se nec cōtra se testimoniũ facere possunt, vt ff.de tes.l.4.& C.eo.l.parētes, & no.in sum.C.vbi ĩ cau.cri.Nec p̄t vel dēt fama incipere ab odiosis, q̃a s̃m odij qualitatē, odiosi sunt a testimonio repellēdi, vt in Auth.de test.§.si vero.& C.eo.ti.§.si qs.
9 †Sed quid si publica voce & fama de maleficio cōtra aliquem sit ꝓbatum, deinde ex aduerso ꝓbet̃ ꝙ illa fama initiũ & ortũ ha-
b buit ab inimicis suis sibi maliuolis, *b* nũq̃d illa fama aliq̃ p̄sumptionem,& inq̃sitionē inducat? Et primo vr̃ ꝙ sic, duplici rōne, primo quia regulariter ad cuiuslibet rei ꝓbōnē duo vl' tres testes sufficiũt, vt ff.đ tes.l.vbi.& ar. ff.de op.le.l.j. & iō ĩ ore duorũ uel triũ testiũ stat oē verbũ, vt ext.de test. c.a nobis.Scđa rō, q̃a quotiescunq; cōstat legitime de veritate rei, de qua q̃rit̃, non est ad alia adminicula decurrēdũ, vt C. si vt se ab her.abst.l.3.& ff.de off.p̄si.l.illicitas.§.veritas.& iō nō est curãdũ vñ dicta fama ꝓbata traxit originē.Et q̃a in plerisq; casib.de rei origine non curat̃, & ꝓpterea de famæ origine curãdũ nō est. ar. C. de manichæ.l. fi.§.fi.& ff.de pec.l.licet.§.si filius,& §.seq. Tertia rō, quia cũ sit principaliter de fama q̄situ, suꝑ ea tm̃, et ñ suꝑ alio iudex cognoscere & ꝓnunciare dēt, & ideo non habet locũ super famę origine disputare, quia de qua re cognouerit &c.vt ff.de iud.l.de qua re.&

ADDITIONES.

a ¶Honestæ. *Adde Ale.cōs.73.4.li. & qualiter testes dēant concludere, vt ꝓbet̃ fama,ꝑ eũdē cōsi.70.3.li.Cal.cōs.j.de prob. & Rap.Cu. cōs.73. Ful.cōs.174. & an fama sit sufficiēs vt qs tanq̃ irregularis reprobetur.vide Cal.cōs.9. de ꝓb.Be.*

b ¶Maliuolis. *Adde Ale.cons.127.4.lib.Ro.cons. 351.Pe.de Anc.cons.254.Old.consi.210.Ber.*

re. & l.2. Econtra vr̃ dicendum multiplici a
rõne: primo, quia ipſius famæ originẽ ſpe-
ctare debemus, cum origo in quibuslibet
rebus & factis ſit principaliter intuenda.
arg. ff. de neg. ge. l. Põponius. & ff. man. l. ſi
procurator. in prin. & ff. ꝓ ſoc. l. ſi ꝗdem. §.
ſi filius, & iõ de famæ origine q̃ri dẽt. Se-
cunda rõ, ꝗa principium & origo pars cu-
iuſq; rei principaliter iudicaẽ, & potiſſima,
vt ff. de ori. iur. l. j. & C. qñ lic. uni ſe ſine iu.
vin. l. j. Et iõ dictum eſt, ꝙ ſine origine ſua
nihil iudicatur eſſe perfectũ, ut ar. ff. de au.
& ar. le. l. & ſi non ſint, §. quid ergo. de ori.
iur. l. j. Tertia rõ, quia illa fama ortum ha-
buit à maliuolis, & ſic non inducit p̃ſum-
ptionem, ꝗa nobis cordi eſt lites ſine ſuſpi
cione procedere, vt C. de iud l. apertiſſimi,
& ẽt quia in hmõi caſibus exiguntur pro-
bationes indubitatæ luce meridiana clario
res, ut C. de ꝓb. l. ult. & C. de acc. l. ſinguli.
& ff. de teſt. l. ob carmen. §. ſi teſtes. Quarta
rõ non habet talis fama p̃ſumptionẽ uel
inquiſitionem inducere, qm̃ q̃ ſunt ex illi
cito principio uel origine inchoatę, u ix eſt
ut fundamento careant & ſuſpicione, & bo
no exitu peragantẽ, ut ĩ Aut. ut iu. ſine quo
ſuf. §. cognitio. & iõ mãcipia q̃ ſunt ex ma
la origine procreata, ſi fuerint ſimpliciter
uendita, pñt redhiberi ſuorũ malorũ conſi
derata origine, ut ff. de ædil. edi. l. ꝙ ſi no-
lit. §. ꝗ mancipia. & C. de coarcta. l. ſi coar-
ctalis. li. 12. Sol. In hac quæſtione credo di
cendum fore, ꝙ ex tali famæ ꝓbatione nul
la poſſit p̃ſumptio uel inquiſitio produci,
p̃dictis rationibus, ẽt ꝗa inimici facile mẽ-
tiunẽ, unde inimicorum q̃ſtioni nõ eſt faci
le fides adhibenda, ut ff. de q̃ſt. l. j. §. p̃terea.
& iõ inimici ꝑ ꝑ infidelitatẽ ipſorum à tu
tela procur. legato & arbitrio repelluntur,
ut ff. de ſuſuſp. tu. l. tutor. & ff. de proc. l. ut
ex illo. & ff. de arb. l. non diſtinguemus. §.
cũ ꝗdam, & ff. de adi. leg. l. 3. §. fi. & ſic non
dẽt fama incipere à maliuolis & maledicis
alicuius, ſed à uiris prouidis & honeſtis, &
omni exce. maiorib. Et uide j̃. aliã q. in tit.
an conſiliarij ciuitatum nr̃i temporis etc.
Reſtat mõ uidere de ſecũda parte rub. ſ. ex
quo tempore poſſit et debeat fama incipe-
10 re. †Circa ꝙ ſciendũ eſt, ꝙ uidetur ꝙ poſ-
ſit rationabiliter ortũ habere, demũ ex t̃pe
flagrãtis cr̃is, aut incontinenti poſt cõmiſ- a
ſum crimẽ publicum uel priuatum. ideoq;
illis tẽporib. orta fama illi crimini ineſſe a
uidetur, et ipſius pars et ſequela cenſetur,
cũ ea q̃ incontinenti fiunt et procedunt, ui
deantur ineſſe, et quaſi factum unũ reputa
tur, ut C. ad l. Iul. de vi. l. ſi ꝗs ad ſe fundũ.
et C. unde ui. l. 1. et ff. ſi cer. pe. l. lecta eſt, et
merito dr̃ fama poſt crimen cõmiſſum in
continẽti orta, ſtatim oriri, et ipſi ineſſe cri
mini, quia tũc proteruo actu et impetu cũ
ipſo cr̃ie fingitur eſſe orta. ar. ff. de adult. l.
ꝙ ait lex, §. fi. et ff. de uer. obl. l. cõtinuus. ff.
de ſol. l. ratũ. Secus uero ſi fama ex aliquo
interuallo, aut dudũ poſtea orta eſt contra
aliquẽ poſt diẽ cõmiſſi cr̃is, quia nõ ur̃ ꝙ
ſit tũc rõnabilis iudicãda, cũ nõ careat tũc
ꝑiculo ſuſpicionis et fraudis. Et iõ dictum
eſt, ꝙ iniuriã illatã alicui, nõ licet ex inter
uallo propulſare, cũ potius ex cã uindictæ
et doli inferẽdi, q̃ defenſionis occaſione fa
cere intelligatur, ut ff. ad l. Aqui. l. ſcientiã,
§. qui cũ aliter. et l. ſi ex plagis. § j. et ar. ff.
de incen. rui. l. j. §. fi. et ẽt quia teſtis p̃ſumi
tur malitioſus et ſuſpectus, ꝗ uult ex inter
uallo corrigere dictũ ſuum, ut in corpore
Auth. de teſti. § quare no. et ext. de teſti. c.
p̃terea. in fi. Sic et à ſimili iã fama ex inter-
11 uallo orta poterit dici ſuſpecta. †Sed pone
ꝙ crimẽ publicũ vel priuatũ ſit cõmiſſum,
duo aut tres teſtes deponunt contra aliquẽ
uel ẽt cõtra plures, ꝙ ille ſit de dicto crimi
ne conſcius uel culpabilis, de quo crimine
uel alia nunq̃ iſte fuerat inculpatus p̃ter
q̃ à teſtibus s̃. dictis. Quæritur, nunquid ta
lis fama ſic ad denũciationẽ paucorũ orta,
inꝗſitionẽ et p̃ſumptionẽ inducat? et ur̃ ꝙ
ſic, triplici rõne. Prima, quia fama ẽt orta
poſt aliquot dies cr̃is, non fingitur ex inter
uallo, ſed incõtinẽti orta, cũ uideaẽ ſtatim,
ꝗdem incõtinẽti factum, ꝙ incõtinẽti, uel
poſt aliquot dies factũ eſt, ar. C. de erro. ad
uo. l. fi. et ff. ad. le. Fal. l. j. §. ſi ita. Scd̃a rõ,
quia regulariter ad cuiuſcunq; rei ꝓbatio-
nẽ duo aut tres teſtes ſufficiũt, et ſic fama
orta ad denũciationẽ duorũ uel pluriũ, rõ
nabilis eſt hẽnda, ut ff. de teſti. l. ubi. et ext.
co. ti. c. in oĩ. et ff. de obt. leg. l. j. Tertia rõ,
ꝗa ſi propter talẽ ꝓbationẽ non poſſet ad
inqui-

ADDITIO.

a ¶Ineſſe. *Adde ꝙ ea q̃ fiunt incontinenti, dicun-tur ineſſe. Roma. conſi. 65. & conſi. 59. Ber.*

inquirendum ꝓcedi, iam sequeref, ꝙ maleficia remanerent impunita, ꝙ esse non dēt, cum magna rō suadet, pœnas ob maleficia solui, vt ff. ad l. Aq. l. ita vulneratus, & ff. de fideiuſ. l. à reo. Ecōtra dicendum vr̄, ꝙ cum statim crimine commisso orta non fuerit, sed dudum postea vr̄ in se aliq̄ malitiam cōtinere, qm̄ q̄ ex interuallo procedunt, nō vn̄r suspicione carere. Nā ꝙ ab initio fit palam & indubitatū extitit, ꝙ autem postea meditationem & suspicionē inducit, vt in Auth. de æqua. do. §. dedi, ar. ad hoc ff. ad l. Aq. l. scientiam, §. qui cum aliter. & ff. de vi & ui ar. l. in possef. & in hmōi criminalibus causis dēt sine aliqua suspicione procedi, vt ar. C. de accu. l. singuli. & ff. de cust. & ex hi. re. l. diuus. in fi. Potest & quarta rō assignari, quia cum aliqua fama contra aliquē a non procedit, tunc potest ꝑꝑ paucorum dicta ſm denunciationem eorum ad inquisitionem procedi, quia contra eos tm̄ ad inquisitionem proceditur, contra quos insinuatio clamosa procedit, vt ext. de accu. c. qualiter & qn̄. & c. inquisitionis. Nā clamor procedens contra aliquem delatus & exauditus, in publicam p̄sumptionem inducit, C. de his q. vt ind. l. fi. & ff. ad Sil. l. j. §. hoc autem senatus. Sol. In q. pręmissa dicēdum ur̄, ꝙ talis famæ probatio ad dicta paucorum orta aduersus eum cuius opinio in publicum læsa non fuerat, non debeat ad inquisitionem animum iudicis promouere, quia toties fama contra aliquem orta inquisitionem, & p̄sumptionem inducit, quoties contra eum fuerit scādalum vel clamor generatus ꝑ villam, parochiam, aut alicuius viciniæ maiorem partem, vt arg. ff. de fun. inst. l. cum de lanionis. §. asinam. ī fi. & ext. de accu. c. inquisitionis. in fi. & ad hoc ēt facit ex̄ de præsum. c. illud. & ext. de consan. & affi. c. super eo. & ar. ff. de testib. l. 3. §. eius quoque. Et merito, quia q̄dam admittuntur plures & vniuersi, & eis vt vniuersis cōceduntur, vt ff. ad munici. l. ꝙ maiores. & ff. quod cuiusq. vni. no. l. nulli. & l. placet. C. de sacrosf. eccl. l. illud. quæ plurib. denegantur vt singulis, vt ff. de ser. rust. præd. l. per fundum. & C. cō. præd. l. acceptum. & C. cōmu. di. l. solemus. & ff. de pact. l. vt suum, &
12 l. maiorem.† Sed pone q. quæ sæpe occurrit de facto. aliquod delictum publicū vel priuatum est cōmissum ī ciuitate, villa vel castro, in ꝑsonā alicuius, tꝑe vero illius delicti de malefactore aliquo non patebat, post aliquot tn̄ dies criminis, quidam ob cām dicti criminis vel aliam captus fuit, & ductus ad tribunal iudicis de ipso maleficio cognoscentis, qui captus & repręsentatus erat alias homo malæ conditionis & famæ, post hæc sic acta clamor insonuit per ciuitatē, ꝙ iste cōscius & culpabilis fuerat de maleficio antedicto, de quo crīe & maleficio nullus an̄ dictā captionem erat aliquatenus inculpatus. Nunc vero aduersus hūc duo ꝓbari nitunf, vnū ꝙ aliàs est habitus homo male conditionis & famæ, aliud ꝙ est nūc ꝑ ciuitatē clamor & publica fama de dicto maleficio contra eū, q̄ duo ꝑ idoneos testes probantur. Et tn̄ incertum à
a quo authore *a* suꝑ crīe cōtra ipsum ꝓcessit illa fama publica atq; clamor. Quærit nunqd ex dictis p̄sumptionib. & indicijs possit iudex qōnibus inqrere cōtra illum. & vr̄ quadruplici rōne ꝙ non. Prima, quia fama q̄ statim orta nō fuit commisso crīe, non uf suspicione carere, imo simulate p̄sūmitur processisse, ar. ff. de fideius. l. Modestinus. & l. cum his. & ext. de testi. in c. prætera. in fi. Secunda rō, quia uox ipsa & fama contra aliquem oritur & nascif, surgit facile & de leui procedit, ita ꝙ ad dictū unius sequi multitudo facile consueuit, ut ex̄ de pur. ca. c. cū in iuuentute sua. & q̄ leuia sūt non curanf. ar. ff. de accu. l. leuia. & ff. de do. inter uir. & ux. l. uirum unde & procedit, ꝙ omne quod in multitudine onerosa effunditur, propria dicitur minui honestate, qm̄
b immēsa multitudo nihil hēt honesti, *b* ut in Auth. de test. in prin. et in fi. §. ꝑtæterea. et quia nullum malū uelocius fama discurrere dr̄, cum ipsa mobilitate uigeat, et sibi uires acquirit eūdo, et ab initio nata, et inchoata, de facili transeat et spargaf, et falsi nuncia plerunq; consistat. unde ait Virgil.

Fama malum, quo non aliud velocius vllū:
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo:
Parua motu primo, mox sese tollit ad auras,
Ingrediturq; solū, et caput īter nubila cōdit.

Et

ADDITIONES.

a ¶Autore. *Adde ꝙ voluit Frā Are. consi. 73 B.*
b ¶Honesti. *Et alibi dicit Cyn. non est consilium in vulgo. Ber.*

Et alibi.

Fama volat trãsitq; modũ quocunq; feratur.

Tertia ratio, nã cũ incertũ sit quo autore ꝓcessit ipsa fama, sicq; sit difficile & ipsius cõtrariũ probare, vt extra de conse. dist. 4. sanctum est, iõ satis vr̃ posse dici, & omnẽ inq̃sitionẽ cessare. Quarta ratio. vr̃ ex prędictis indicijs non posse ad inquisitionẽ procedi, quia cũ clamor & fama publica insurrexerit contra illũ, demum postq̃ deprehensus, fuit, quæ ante de dicto crimine nulla erat, vr̃ quasi quadã populi proclamatione subito potius ꝓcessisse, q̃ ex aliquo rõnabili & legitimo actu, vt arg. ff. qui & a qui. l. si priuatus, & C. qui ma. non pos. l. diuo Marco, nã vanæ voces populi nõ sunt audiendę, vt C. de pę. l. decurionũ, & ff. de app. l. si cõstat. Econtra vr̃, ꝙ ex talib. ꝓsumptionib. possit ille q̃õnib. subijci quĩq; rõnib. Prima rõ: nã cum videat̃ probatũ eũ captum fuisse aliàs hoĩem malæ famæ, dici põt, ꝙ adhuc tp̃e crĩs de quo quæritur, esse ꝓsumit̃ eiusdem cõdõnis & famæ, quia ea q̃ in ꝑteritum vera fuerunt, & sic esse vera & in eo statu ho-
a die ꝓsumũtur, *a* vt ff. ad Mace. l. 3. in fi. C. si ser. expor. l. moueor, & ar. ff. si. reg. l. in final. & iõ ꝓsumẽdũ vr̃ eum aliq̃ huiusmodi delicti consciẽtiã habuisse potius q̃ alium hoĩem cõditionis alterius. Vñ cum magis de isto verisimilis videat̃, & in obscuris & in dubijs, iudex habet imitari, & inspicere ea, quæ verisimiliora sunt, & aptiora esse vident̃, vt ff. de testa. l. ob carmen, §. si testes, & ff. de ver. obl. l. eum qui ita, in prin. & ff. de reg. iu. l. in obscuris, & ext. de test. c. ex tenore, in fi. ꝑterea cũ his vr̃ ẽt ꝙ possit q̃õnib. adhiberi, vt ex tali improbitate & malignitate suã pęnã, & nõ ꝑmiũ cõsequat̃, vt ar. ff. de fur. l. itaq; fullo. & C. de leg. l. pe. & ext. de testa. c. ex tenore, in fi. alioquin occasio & materia præberetur huiusmodi cõditionis hoĩb. ꝙ ad delicta temere & de facili prosilirent, ꝙ de iure prohibitum est, vt ar. ff. de iud. l. 2. §. sed si agant, ff. de pęn. l. sed si operis. Scd̃a ratio, quia qui in vno aut pluribus habitus est suspectus, erit & in cæteris pręsumendus, vt ff. de susp. tut. l. 3. §. si cutẽ, & ff. de testa. tut. l. testamento, §. non omnino
b aũt, ꝙ ea potest rõne procedere, quia qui in vno fuit malus, & in cæteris esse ꝓsumit̃, *b* vt ff. de accu. l. si cui, §. ijsdem, & de re mili. l. non oĩs, §. a Barbaris, & ideo non vr̃ carcere suspicione huius criminis, & iõ torquendus extitit, quia tũc demũ vr̃ quis esse torquendus, cum criminis, qd̃ obijcitur, est suspectus, vt ff. de q̃õ. l. j. in prin. Tertia ratio, quia cũ appareat ꝑ probata eũ esse & fuisse hoĩem malæ famæ, talis famæ probatio indiciũ faciat, & verisimilem argm̃, & semiplenam probationem inducat, vt ext. de resti. spo. c. solicite, de pur. ca. c. si quis de gradu. & ff. de supp. leg. l. 3. in fi. ex tali iudicio torquẽdus erit, cũ hinc sit, ꝙ ex vno legitimo & rõnabili indicio possit ad tormenta procedi, ff. de quæstio. l. de mino. §. fi. & l. maritus, & l. fi. ut no. ĩ. de q̃õ. & tor. Quarta ratio, cautum est. n. de iure, ꝙ ad iudicis officium spectat inquirere veritatem modis omnibus quibus potest, vt C. de iur. cal. l. j. C. de quæst. l. interrogari, at cum per inquisitionem possit ad veritatem criminis peruentri, cum quæstio dr̃ esse inquisitio veritatis, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonẽ, §. q̃õnẽ, & ff. ad Sil. l. j. §. q̃õnem, & iste ex probatis per testes malæ famæ & conditionis homo hr̃, & publice intersit de maleficijs inquirere veritatem, ne delicta remaneant impunita, vt ff. ad l. Aq. l. ita vulneratus, & de fi-

ADDITIONES.

a ¶ Præsumuntur. *Adde ꝙ hac ratio procedere posset, vbi alias iste captus non destitisset a malo viuendi genere per triennium, sed vbi dicto tp̃e destitisset, quia tunc ꝓsumitur nouus homo, hac scripta procedere non posse, & pro hoc allego ea qua cõsuluit Ro cons. 236. vbi uide iura qua allegat, & no. quia facient tibi honorem. Ber.*

b ¶ Præsumitur. *Adde ꝙ semel malus non semper ꝓsumitur malus, quia in alia specie mali non ꝓsumitur malus, secũdũ Bal. & Imo. in l. 1. ff. de har. insti. quorum opi. sequitur Ale. cons. 5. vbi cõsuluit, ꝙ quidã non poterat poni ad torturã, quia esset suspectus de furto, licet probatum esset de mala fama, nõ tñ ꝙ solitus esset furari, dicit tñ Pe. de Anc. in cons 416. referendo verba Dy. ꝙ accedens natura contractus remouet effectum præsumptionis natura, & semper iudicari debet tanq̃ cõstitutus ĩ quasi pos. malitia, & dicit ꝙ ista sunt cõsona, quia ille q̃ solo cursu tẽporis non mutantur, ut est excõicatio, infamia, & similia, præsumuntur hodie durare post quã probatur semel quem in tali statu fuisse, all. Cy. in l. edita, & alia iura qua ibi videre potes. B.*

de fideius.l.si à reo,§.itē qđ vulgo. Merito iudex cr̄is pōt contra talē inquirere ꝑ tormēta,vt saltē tanꝗ ignobilis & infamata ꝑsona ferat testimoniū suꝑ occulto crimine, quid de ipso nouerit vel audiuerit ad similitudinē cuiuslibet ignobilis & infamati testis,ꝗ dictum suū hēt deponere cum tormētis, vt ff.de testi.l.ob carmē,§.si ca.& no.d. Azo.ī sum.C.eo.§.repellūtur ignoti.Quinta rō,q̄a cū ex ꝓbatis ꝑ testes appareat eū esse & fuisse hoīem malæ famæ,exinde videatur fecisse contra bonos mores suæ ciuitatis,villæ vel castri,& propterea illi ciuitati,villæ vel castro se p̄bucrit iniuriosum & indignum,quia contra bonos mores facit, īiuriā cōmittere dr̄,vn̄ aduersus eū animaduerti solet,vt ff.de extraor.cri.l.j.§.j. & ar. ff.de iniu.l.itē apud Labeonē,§.sed qđ dr̄ à p̄tore,& §.idē ait.Et ꝑꝑea aduersus eū tanꝗ famosum & denotatum,iudex cāæ criminis debet se terribilem p̄bere,vt in Auth.de man.prin.§.deinde,& in Auth.vt iud. sine quo.suf.§.eos aūt ꝗ ita. Ergo vt denotatus & male meritus,hic de quo q̄ritur,nō poterit ipsius ciuitatis, castri vel villæ cōtra cuius mores commisit,aliqđ pro se auxiliū inuocare,quia frustra iuris auxiliū implorat, ꝗ cōtra illud cōmisit,ff.de min.l.auxiliū, ī fi.& ff.si fa.fur. fec.dic.l.j.§.hoc aūt. Et iō vr̄ ꝙ iudex animaduertēdo in eūdē vt iniuriosum,& male meritū,possit ut terribilem se oñdendo de dicto crimine inquirere per tormēta,& maxime ut publice alijs ad terrēda maleficia sit exēplū, vt ff. deposi.l.bona fides,& ff.de pę.l.aut facta,§.fi.& ī Aut. de mā.prin.§.homicidia. Sed licet īcertum sit quis illud maleficiū cōmiserit, tñ cū de isto detēto & capto malū exēplū habeat,dū sua spōte cōstituit & se fecit hoīem malæ famæ,vr̄ ꝙ iudex ex officio suo, & de bono regimine possit de crimine occulto ad q̄ōnes procedere contra illū,ar.ff. ad l.Cor.de sic.l.3.§.sed ex senatus.& ff.de pęn.l.si quis aliquid,§.ꝗ abortionis,qđ vr̄ triplici rōne posse ꝓcedere. Primo,quia solicite dēt agere quilibet ꝗ iurisdictione p̄est, vt prouincia ꝗ̄ gubernat,malis hominib.careat, ubicūq; sint animaduertendo in eos,nec distinguitur vnde sint,ff. de of.præsi.l.3. in fi. & l.cōgruit.Secunda ratio,quia peccata nocētū nota esse oportet, & expedit. vt ff.de iniu.l.cū,§.ꝗ nocentē,& C.de of.rec.prouin. l.iustissimos,& 2.q.j.c.si peccauerit. Tertia ratio, quia cū nulla necessitate urgente sua spontanea voluntate dataq; opera se fecerit & cōstituit cōspectui hoīum hoīem malæ famę,merito erit sumēdus suspectus, ut ff.ex qui.ca.ma.l data opera,ff.ad l.Cor.de sic.l.vxori,§.j. Nec poterit cōqueri si q̄ōnibus exhibeat, cum sibi hoc imputare dēat, eo ꝙ sua culpa se fecit hoīem malæ famæ & cōditionis,& dānū ꝙ quis sua culpa sentit, iure sentire vr̄,ff.de reg.iu.l. quod quis, & ff.de nox.l.si cōis familia, & C.de fideic. li.l si quis.Sol.in q.p̄missa vr̄ fore dicendū, & forsan nō male, ꝙ si contra istū reperiat probatū per idoneos testes de publica uoce & fama,& ꝙ illa talis fama habuit certam originem , & ꝙ non ꝓcessit a maleuolis & sibi maledicis,sed a viris prouidis & honestis, & ꝙ nō processerit ad denūciationem paucorum,sed alicuius parochię,aut maioris partis alicuius viciniæ,& ēt appareat ꝙ añ maleficiū commissum, de quo q̄rit,opi. istius erat aliàs lęsa apud bonos & graues hoīes, tunc & in tali casu poterit & dēt q̄stionib.subijci,vt probatur quinq; arg. ꝓ hac parte s̄.proxi.all.Et sexta ratione, quia quantū ad q.cōtra aliquē faciēdā, vr̄ sufficere fama parochiæ, aut maioris partis loci vbi crimē cōmissū est, seu viciniæ alicuius, vt ex.de p̄sum.c.illud,& ar.C.ne de sta.def. l.si mater.Septima,quia dum se hoīem malę famę & cōditionis cōstituit,seipsum sua bona fama priuauit,& fuit sibijpsi crudelis, cū is crudelis possit merito iudicari,ꝗ suā famā negligit,& prodigus suæ salutis extitit,vt ext.de pign.c.2.& 11.q.4.c.nō sunt, & ext.de accu.c.vlt.& ar.C.de his qui pot. no.l.j.in fi.C.vt int.cer tē.cri. q̄ō.l.2. vn̄ & alterius hominis salutis & famæ præsumēdus erit, & habendus prodigus & crudelis, quoniā qui sibi parcere non curauit, multominus alijs parcere voluisse credendum est,vt ff.de bon.eo.qui mor.sibi consci.l.fi. §.videri aūt,ibi,& quidā sibi,ff.de ędi.ed.l. cum aūt,§.malus seruus.Octaua, quia ad īquisitionē & veritatē habendā de aliquo, plurimum operatur, & intuendū est cuius opinionis & æstimationis in ciuitate sit ꝗs, que & habetur,vt ar.ff.de fun.instr.l. cum de lanionis,§.asinā,in fi.& ff.de quæst.l.de minore,§.plurimum quoq;, & ff. de re mili.l.non omnes,§.a Barbaris.

Qui ad famæ probationem possint & debeant de iure admitti. Rub.

13 Famam contra aliquem probari per quos possit & debeat de iure.

14 Fama qualiter probari possit.

15 Fama probata per testes omni exceptione maiores, an ex illa possit ad sentētiam diffinitiuam procedi.

16 Fama sola legitime probata, in quibus casibus plenam faciat probationem

17 Testis super pluribꝰ articulis interrogatus, dicēs se nihil scire, sup̱ aliquib. uero probet, in fine aūt interrogatus dicat, ꝙ de omnibus supradictis est publica uox et fama, quid erit.

13 NVNC videndum † est qui ad famæ ꝓ
bationem contra aliquem faciēda pos
sint & debeant iure admitti. Et ꝗdem vr̄ ꝙ
possint de iure admitti, & corū dispositio
nes debeant de iure ualere, ꝗ odiosi & ini
mici non sunt illius aduersus quem ꝓdu-
cunt, imo vr̄ generaliter ꝙ oēs admittendi
sint, & recipiendi, ꝗ edicto de testib. specia
liter non inueniant ꝓhibiti, vt ff. de test. l.
j. sicut & dr̄ de procur. l. inuitus, §. j. ff. de ꝓ
cur. Debent ergo. & possunt ad famę pro-
bationem admitti ꝓuidi viri & honesti, &
ꝗ omni sint exceptione maiores, vt ext. de
accu. c. qualiter. & qn̄. vn̄ antiꝗ hoīes gra-
ues, necnō honestę & bonę opinionis sunt
ad tale testimoniū admittēdi, vt ff. de leg.
2. l. cum pater, §. rogo. & l cū quidā. & ext.
de test. c. licet ex quadā. ꝙ ꝗdē vr̄ posse ea
rōne ꝓcedere, quia huiusmodi cōditionis
hominib. maior fides in dubijs adhibetur,
vt ff. de testi. l. 3. §. idem diuus. de fun. inst.
14 l. fi. † Vn̄ si q̄ratur qualiter fama ꝓbari
possit, dici pōt & vr̄ ꝙ toties dr̄ fama ꝓba
a ri, *a* quoties testes oī exceptione maiores
deponunt, & dicunt ꝙ publice dr̄ in ciuita
te illa vel loco, id de quo quæritur talter ꝓ
cessisse, aut ita factum fuisse vt dr̄, & argui
tur d. §. a sn̄ia, & ff. de fun inst. l. cū de lanio
nis. & ar. ff. de flumi. & ne quid in loco pu.
15 l. j. §. j. Sed si quæratur nunquid fama p̱ su
pradictos testes eo modo ꝓbata, adeo ple-
nā probationem adducat, vt ex ea sola pos
sit ad diffinitiuā sn̄iam procedi. respondeo
distinguendum vr̄, an de ciuili, an de crimi
nali cā q̄ratur, quia in cā criminali, licet so
la famæ probatio, q̄ ꝓcesserit ex legitimo
tempore, & personis omni exceptione ma-
ioribus indicium & præsumptionem indu
cat, vt possit ſm opiniones quorundam ad
quæstiones ꝓcedi, vt dicetur j̃. de q. & tor.
tn̄ p̱ eam solā nō poterit ꝗs diffinitiue cō
b demnari, *b* quia ex suspicionib. nō est diffi-
nitiue cōdemnandū, vt ff. de pœ. l. absentē,
& ff. de ven. in pos mit. l. j. quia in crimina
libus dum de hoīs salute tractatur, debent
esse lucidæ, & apertæ probationes, vt C. de
prob. l. vlt. & bene posui & dixi quod per il
lā talē famā solā pōt ad q. procedi, quia ta
lis famæ probatio facit p̄sumptionem, &
dicit̄ esse quoddam verisimile. ar. vt ext. de
pur. ca. c. si quis de gradu. & arg. ext. de rest.
spol. c. solicite. & ff. de sup. leg. l. 3. in fi. Ve-
rum si de ciuili cā tractetur. tunc licet duæ
semiplenę probationes, sicut est dictum
unius testis, & fama cōis, vt ff. de do. p̄le. l.
Theopompus. vnā plenā probationem ad
ducāt, vt possit diffinitiua ferri sn̄ia, vt ff.
de ꝓb. l. ꝓbationes. & C. de re. cre. & iureiu.
l. bonę fidei, & ff. de test. l. 3. §. eiusdem quo
q; tn̄ sola fama, quæ semiplena probatio ī
hac cā censetur, regulariter hoc nō poterit
operari, quia ex vna semiplena ꝓbatione,
nō est regulariter sn̄ia diffinitiua, forman-
da, vt argu. C. de iud. l. iudices. & ī Auth. de
fi. instr. §. pe. Regulariter aūt dictū est, ꝗa
contingit interdum ꝙ sola fama parit &
producit probationem, ita ꝙ ea sola pro-
bata, potest diffinitiua sententia proferri,
quod in omnib. solēt procedere ea quæ ex
antiquo tempore loco remoto procedunt.
Vnde probari per testes, ꝙ Bulgarum mor
c tuum *c* viderunt, tam difficile quam for-
san impossibile videtur. Ideo tali casu
debet ad famæ ptobationem decurri, sa-
tis

ADDITIONES.

a Probari. *Adde uidendos Doc. in consilijs supra alle. sub rub. a quo uel a quibus possit fama incipere. & uide etiam Fran. Are. consi. 103. Ber.*

b Condemnari. *Adde Ioa. de Ana. consi. 1. Fran. Are consi. 13. Ang. cons. 4. Bar. consi 95. Cald. consi. 9. de prob. & quando fama plene probat in ciuilibus. & uide Ale. consi. 66. & 80. 3. lib. Roma. consil. 77. pulchre Petr. de Anchar. consil. 253. Ber.*

c Mortuum. *Adde Alex. consi. 90. 2. lib. & consi. 70. 3. lib. Ber.*

tis enim sufficere dr̃, si testes aliqui dicant,
ꝙ eum esse mortuū fama sit in sua ciuita-
te, vt eius possint tanquā mortui hęreditas
apprehēdi, vt arg. ff. de capt. & postli. reuer.
l. nec nos præterijt, & C. sol. mat. l. si quidē.
Idem etiā vr̃ dicendum, si de loco remoto
quæratur, vt aliquē esse trans mare defun-
ctum, nam satis est probare eum esse mor-
tuum, si hoc vulgi dicatur opinione, ut ar.
ff. de sepul. l. 3. in fi. ff. qñ act. d̃ pe. est an. l. j.
§. quæsitū, & ar. ff. de of. præsi. l. Barbarius,
16 & C. ne de sta. defun. l. si pater. † Et vt breui
ter loquar, multi sunt casus speciales, quib.
plena probatio sumitur, & hr̃, per solam le-
gitimam probationem de fama publica &
opi. cōi, sine alio adiuncto, qui casus istis le
gibus denotantur, vt ff. de flumi. l. 3. §. pœ-
na, & extta de testi. c præterea, & ff. de test.
l. 4. §. numerus, ff. de iureiurā. l. vulgo, ff. de
fun. instr. & instru. leg. l. cum de lanionis, §.
asinam, ff. de vsuc. l. non solum, §. j. ff. de hæ
re. insti. l. Pacumeuius, ff. quis ord. ī pos. ser.
l. 2. C. de repud. auth. ibi posita. Sed contra
hoc vr̃ ꝙ fama non pro' et, C. de offi. rec. ꝑ
uin. l iustissimos. Sed rñdeo, ꝙ ibi fama ve-
ra non erat, & ideo ibi poterat probari con
trarium, sed in l. s̃. no. non poterat probari
contrariū, do. aūt Mar. de Fano dicebat, qđ
semper fama probat ꝑ se solam, donec con
trarium fuerit probatum, & quod dr̃ ff. de
testi. l. 3. ibi, aliàs veluti consentiens fama
&c. dic, aliàs, i. aliqñ in specialibus casibus
fama consentiens, s. cum assertione partis,
probat &c. de hoc etiam no. Accur. in d. §. à
snīa, & C. de test. l. j. & Inst. eo. §. testis. Qua
liter aūt probatur ista talis fama, & ꝑ quot
testes, & super q̄ debeant concordare, dixi s̃.
17 in tract. de inquisitionibus. † Sed quid si te
stis super pluribus articulis interrogatus, di
cat se nihil scire, super aliquibus vero depo
nat, & probet, in fine aūt dicti sui deponat, a
interrogatus, & dicat, ꝙ de omnibus s̃. di-
ctis est publica vox & fama, hic dicunt qui
dā, ꝙ dictum vnius testis restringendū est
tm̄ ad illos articulos suꝑ quibus deposuit,
& non ad illos super quibus dixit se nihil
scire. Aliqui dicunt, vt no. Guil. Durātis, &
melius, ꝙ debet referri ad omnia in omni
bus articulis contēta, quia cum ponens de
oībus ponat siue asserat, testis iste de omni
bus intelligitur respondisse, bene enim pōt a
esse, ꝙ testis aliquid nescit, tñ cum dicit &
deponit, ꝙ est de omnibus publica vox &
fama deponit de scientia & non de creduli
tate. Aequum tamen est, ꝙ testis in hoc du
bio requiratur, ꝙ ipse debeat dictum suum
declarare, & ita verum esse describit dictus
Guil. Durantis in Speculo iuris ciuilis &
canonici, quod opus valde comprobatur.

Qualis & quantus sit famæ effectus. Rub.

18 Famæ effectus qualis & quantus sit.
19 Fama & voce publica probata per testes infa-
mes, an dictis talium fides sit adhibenda.
20 Periurus testis an tanquam infamis sit repellē
dus a testimonio ferendo.

SEQVITVR videre qualis & quantus
1 sit famæ effectus. † Circa qđ sciendum
est & notandū, ꝙ fama aliqñ consumit, &
aliqñ minuitur, ipsa. n. consumitur & dr̃ es
se consumpta, cum ex toto hr̃ pro extincta,
qui effectus est, vt is ad nullum publicum
vel ciuile officium admittatur, cuius fama
sit ex toto consumpta, vt ff. de uar. & extra
ordi. cri. l. pe. §. fi. Minuitur uero fama, cum
libertas & ciuitas retinetur, sed circa statū
quauis pęna plectetur, ut d. l. no. sed qualis
& quantus sit effectus, tam famæ consum-
ptæ, q̄ minutæ, vr̃ dicendum, ut plenè no.
do. Azo in sum. C. de his qui no. in fa. & de
infa. l. j. lib. 7. & ēt in pluribus partibus hu
19 ius operis colligi pōt. † Sed pone per testes
fore probatū cōtra aliquē de publica voce
& fama, qui tñ testes reperiuntur esse infa
mes, quærit an dictis talium testium sit ad
hibenda fides, & certè in causis ciuilibus cū
tormentis tñ infames recipi non prohiben
tur in testes, vt in corpore Auth. de testi. §.
scimus, & no. in sum. C. eo. tit. §. in pecunia
ria, at in causa criminali infames, de quib.
dr̃ ff. de his qui no. infa. l. j. à ferendo testi-
a monio repelluntur, *a* nec ipsorum dictis est
adhibenda fides, vt ff. de testi. l. 4. §. lex Iul.
fallit in crimine læsæ maiest. C. ad leg. Iul.
maie. l. nullus. Omnes aūt s̃. dicti infames,
nec ad ferendum testimoniū admittuntur,
nec ad accusandū, C. qui accu. non pos. l. cri
minis, & ff. de accu l. qui accusare, & l. qui
judi-

ADDITIO.

a ¶ Repelluntur. *Adde Alex. cons. 11. 1. lib. Old.*
cons. 192. Ber.

iudicio.nisi suam vel suorum iniuriã prose
quantur, vt ff.de accu.l.hi tñ. & merito te-
stes infames à ferendo testimonio repellun
tur,qa ferre testimoniũ dignitas est, & ho-
nor,vt 22.q.5.pceptum, & publicum offm
censetur,& actus,vt ff.si quis cau.l.2.§.2.&
infamibus nõ solum sunt,actus publici in-
terdicti,vt ff.de decu.l.3.§.superius,& C.de
decu.l.ne quis,ff.ad leg.Iul.de vi pub.l.2.&
ext.de test.c.licet ex quadam, in fi.1.respõ.
sed ẽt portæ dignitatis eis petere nõ debẽt,
vt C.de digni.l.neq; famosis,& C.de re mi-
20 li.l.3.lib.12. † Sed q̃ro nunquid testis quẽ
constat esse periurum,sit tanq̃ infamis à te
stimonio ferendo repellendus. Et certè pri-
mo vr̃ ꝙ sic,quia iure cauet̃,ꝙ qui periurus
est, infamis efficit̃, vt C.de transa.l. si quis
maior,& C.de diuor.& rep. auth.hodie, C.
de pœ.iudi.qui male iudi.auth. nouo iure.
econtra vr̃ multiplici rõne. Prima,quia edi
ctum de testib. prohibitorium,vt ff.de test.
l.1.& nulla lege cauet̃,ꝙ periurus à testimo
nio repellatur. Item qa nemo periurus põt
dici infamis, quia satis est ꝙ de periurio
Deum habeat vltorem, vt C.de reb.cred.&
iureiu.l.2.Item quia periurus ĩter infames
non connumerat̃,vt ff.& C.de his qui not.
infa.l.j.ergo non est infamis. argu.Insti.de
act.§.actionum. Item quia qui deierat,crĩe
stellionatus punitur, & qui condemnat̃ eo
crĩe,non efficit̃ infamis, vt ff.de cri.stel.l.1.
& l.de periurio. Item, qa infamia odiũ est
& pęna,vt arg.C de decur.l.nec infamia, &
l.nec infames, & C.de infa.l.vna & odia nõ
sunt amplianda,sed potius restringenda,vt
ff.de lib.& posth.l.cum quidam.Sol.in qõ-
ne ista dicendum vr̃, ꝙ ille qui periurus in
uentus est,rl̃r iure nostro infamis nõ fiat,
& iõ nõ sit à testimonio repellẽdus, ut s̃.di
ctum est,licet ei sit minor adhibenda fides,
qm̃ qui retro fuit malus &c. vt ff.de accus.
l.si cui,§.ijsdem,& ff.de sena.l.Cassius. hoc
tñ fallit in casibus, in quibus eo ipso,ꝙ qs
deierat,periurus efficitur,& ideo tanq̃ infa
a mis est à testimonio repellendus, *a* qui ca-
sus notantur,& colliguntur in legib.in cõ-
trarium allegatis. qui casus sunt speciales,
tñ non sunt trahendi ad consequentiam,
siue regulam, vt ff.de leg. & senatuscon.l.
qđ vero. iure autem canonico oẽs periuri à
testimonio ferendo repelluntur,vt extra de
testi.c.testimonium eius &c. Gandi.

ADDITIO.

a ¶Repellendus. *Adde Cald.idem dicentem consi.5.de iureiur. & vide Oldr.consi.192.Roman.consi 290 Alex.consi.133.1.lib. & consi.44.2.lib.& consi.20.4.lib.Ber.*

De pręsum.& indicijs dubitatis, ex quib.plerũq; proceditur ad tormenta. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones & indicia, quibus plerunque ad tormenta proceditur.*
2 *Præsumptionum species quæ sint.*
3 *Præsumptio facti quid sit.*
4 *Præsumptio facti quando de tẽpore præterito trahatur ad præsens.*
5 *Præsumptio ex præsenti facto, quando trahitur in præteritum.*
6 *Præsumptio hominis quid sit.*
7 *Præsumptio naturæ quid sit.*
8 *Præsumptio iuris tantum,quid sit.*
9 *Præsumptio iuris & de iure quid sit.*
10 *Præsumptio temeraria & leuis quid sit.*
11 *Pręsumptio probabilis,& discreta quid sit.*
12 *Præsumptio violenta quid sit.*
13 *Præsumptio & fictio quomodo differant.*
14 *Indicium quid sit,& vnde dicatur.*
15 *Crimine aliquo publico vel priuato commisso,si contra Titium fuerit per idoneos testes de publica voce & fama probatum, an iudex possit contra Titium bonæ opinionis quæstionibus inquirere.*
16 *Indiciũ primũ qũo fama coadiuuetur, vt quis subijci quæstionibus possit,etiam si inculpatus de crimine erat inimicus offensi aut suorum &c.*
17 *Indicium secundum est, si inculpatus contraxit conuersationem cum inimicis occisi &c.*
18 *Indicium tertiũ est,si quis receperit malefactorem in domo sua post maleficium perpetratum, cui non erat aliqua affinitate coniunctus.*
19 *Indicium quartum est,si inculpatus aliquid fecit, quominus delinquens deprahensus & captus ad iudicem duceretur.*
20 *Indicium, quintum est,si inculpatus de crimine aufugit crimine commisso.*
21 *Indicium sextum est, si probetur ꝙ inculpatus fuit visus in domo vel itinere gladio euaginato cum occiso aut vulnerato.*
22 *Indicium septimum est, si inculpatus captus confessus fuit,etiam extra iudicium, se esse culpabilem*

lem de tali crimine.

23 Indicium octauum eſt ſi probetur quod inter inculpatum & occiſum fuerunt verba iniurioſa ad animum reuocata &c.

24 Indiciũ nonũ eſt, ſi inculpatus ſciuit delinquentem quem potuit prohibere & non prohibuit.

25 Indicium decimum eſt, ſi probetur aliquem ſciuiſſe ꝙ in aliquo loco erant malefactores, & derobarent vel occiderent tranſeuntes, & tamen duxit mercatores ſecum per illam uiam qui fuerunt derobati, vulnerati & occiſi.

26 Indicium vndecimum eſt, ſi probetur per teſtes idoneos, ꝙ is contra quem inquiritur eſt homo malæ conditionis & famæ, habentis ortum a viris omni exceptione maioribus.

27 Indicium duodecimum eſt, ſi inculpatus alias cõmiſit maleficium in perſonam offenſi, vel etiã aliorum.

28 Indicia mala alia ſunt contra delinquẽtes, quæ iudex bonus & lector curioſus perpendere poteſt ex qualitate perſonarum, & temporum, & locorum diuerſitate &c.

1 QVIA. s̃. dictum † eſt de fama & eius partibus. Reſtat modo videre de præſumptionibus & indicijs dubitatis, quibus plerunque proceditur ad tormenta. Et primo videamus de præſumptionibus, & poſtea erit de dictis indicijs ſubſcribendum.

2 † Præſumptionum aũt multæ ſunt ſpecies. Nam alia facti, alia hominis, alia naturæ, alia iuris tm̃, alia iuris & de iure. Item præſumptionũ, alia temeraria, & leuis, alia probabilis & diſcreta, & alia dicitur violenta.

3 † Præſumptio facti eſt, qñ ex facto alicuius hominis p̃ſumitur aliquid contra eum, vel pro eo, nã iudex circa perſonã crĩoſi habet varia cõſiderare ex motu ſui animi ſ̃m varietatem factorum cõtingentium. Nam ex qualitate facti & conditionis perſonarum capitur coniectura, ut ff. de dona. inter virũ & vxo. l. vir. & ff. de act. & ob. l. fi. ibi, in perſonis cauſiſq; æſtimatorũ &c. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. famoſi. Et in primis habet iudex conſiderare cuius uitæ quis antea fuerit, vt ff. ad leg. Iul. maie. l. famoſi. ibi, & perſona a ſpectanda &c. nam qualis æſtimationis & famę quis antea fuerit talis p̃ſumitur, vt ff. de re mili. l. nõ oẽs, §. à Barbaris. ibi, qualis antea æſtimationis &c. Et facit ad hoc, ff. b de ædil. ædic. l. quæro, & ff. de rei vend. l. à bonæ fidei, & ff. de quęſt. l. de minore, §. tormenta, & ff. de teſti. l. 3. in prin. Item, quia qualẽ vitam & habitum quis duxerit, talẽ eũ eſſe p̃ſumimus, vt ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ, §. ſi q̃s virgines, & ff. de tu. & cu. dat. ab his, §. his qui. & ff. de condi. inſti. l. quidam. Item hẽt indagare iudex curioſus & ſapiens, cũ quibus hominib. & ꝑ q̃ loca conuerſabatur & utebatur de crĩe inculpatus, quẽ intẽdit aggrauare & torquere, qm̃ a mala cõuerſatio eſt malæ vitæ indicium, a ut ff. de admi. tut. l. ſi plures, §. aſſidue. Nam ex mala cõuerſatione ẽt bonus efficitur vitioſus, ut ff. de ædil. edic. l. ædiles, §. Pedius. ibi, alcator forte &c. Ac idẽ dictũ eſt philoſophi. Qualis quiſq; eſt, talium cõſortio delectatur. Item conſideret locum ſeu loca in quibus conuerſabatur, quia ſ̃m locorũ diuerſitatẽ & veritatẽ, varia colligitur coniectura, vt C. ſi manc. ita fue. alie. l. fi. & ff. de pœ. l. aut facta, §. euenit. Præterea cõſideret iudex factũ, quia ex qualitate facti, animũ facientis metimur, ut ff. de peti. hære. l. 1. ut eſt uidere hoc exẽplo. Nam ſi tibi ſeruũ ligatum vẽdidero, et in verbis exprimam talem, tñ ſeruũ fugitiuũ dicere uideor et uendere, vñ ſi poſtea ab emptore aufugit, me nõ poterit redhibitoria conuenire, ut ff. de ædil. edic. l. ſi tñ, §. ei qui ſeruũ. facit ad hoc Inſti. de hære. quali. et diffe. §. is quoq; tm̃, in fi. et ff. cõmo. l. ſi ut certo loco, §. cuſtodiã, et ff. de depoſi. l. ſi hoĩem, et C. de teſta. l. nõ codicillum. et ext. de præſum. c. 1. Nam per extrinſeca, probant̃ intrinſeca, ut ff. de diuor. l. fi. circa fi. et Inſti. de re. diui. §. pauonũ. His namq; pẽſatis actibus et factis præcedẽtib. et præſentibus de hoĩe bonum vel malum p̃ſumitur, vt d. §. a Barbaris, et C. de prin. agen. in reb. l. j. §. fi. et de off. magi. mi. l. j. et meli⁹ ff. de re mil. l. deſertorẽ, §. ad hoſtes. ibi, conſiderato eius præcedentis uitæ actu. 4 † Et hęc facti pręſumptio aliqñ trahit b de præterito *b* tꝑe ad p̃ſens, ut ſi quis conſueuit

ADDITIONES.

a ¶ Indicium. *Adde Bal. cõſ. 79. 4. lib. vbi voluit ꝙ in crimine hæreſis confeſſio ſocij ſpõtanea, vnà cũ conuerſatione ſit ſufficiens indicium ad torturam contra ſocium Ber.*

b ¶ Præterito. *Adde quandiu in præterito præſumatur in præſens. Alex. conſi. 102. 2. lib. & quãdo præſumitur de præſenti in futurum per eundem conſ. 47. 1. lib. Ber.*

sueuit falsa instr̄a facere, et aliquod instr̄m
eius reuocetur in dubium, ex p̄terito facto
p̄sumit̄ incontinenti contra eum, et sic vno
modo intelligitur, C. de proba. l. iubemus.
sic. n. qui olim fuit malus, hodie p̄sumitur
malus. vt ff. de acc. l. si cui, §. ijsdē. sic ēt p̄su-
mitur pro aliquo, si olim fuit bonus, ꝙ ho-
5 die sit bonus, vt d. §. à Barbaris. † Aliqñ ex
p̄senti facto p̄sumitur in p̄terito, vt est vide
re in casu legis, C. ad l. Iu. de adult. l. hi q. et
in corpore Auth. ut nulli iud. §. si q̄s nota.
Itē, qui non probat crimen obiectum, ipso
facto p̄sumit̄ calumniare, vt C. de aduo. di
uer. iu. l. 1. et ff. de præuar. l. pręuaricatione.
Sic et de illo malum præsumitur qui paci-
scitur de crimine, vt ff. de his qui no. infa. l.
athletas, ī fi. et l. seq. et istę præsumptiones
facti bene recipiunt probationes in contra-
rium, q̄a factum plerūq; ēt prudentissimos
6 fallit, vt ff. de iu. et fac. ign. l. j. † Pręsumptio
vero hominis est, ut qñ uir potens dicit se
uim passum ab humili, vel dicat se cōpulsū
in vrbe, vel loco vbi frequentia est hoīum.
Nā non est uerisimile, vt ff. qđ met. cau. l.
nō est uerisimile. Item hō non p̄sumitur ia
ctare suā pecuniam, ut ff. de prob. l. cum de
indebito. Item lex p̄sumit quem non culpa
bilem, vt. ff. de tes. l. diuus, j. respō. in fi. Item
ꝙ aliq̄s sit bonę fidei, vt C. de prob. l. iusiu.
et C. de his qui mili. non pos. l. super seruis.
Item lex p̄sumit, et ꝑꝑ legem p̄sumitur no
tarium scripsisse vera, ut C. de contrahend.
et commit. sti. l. optimam. Item lex p̄sumit
ꝑꝑ coniunctionē sanguinis oēm fraudem
cessare, ut ff. de ritu nup. l. non solū. j. respō.
et ff. quod cum falso tuto. auto l. pen. Item
lex p̄sumit aliquem potius simplicitate q̄
malitia deliquisse, ut ff. de his qui sibi a scri.
l. pen. hoc tñ ꝙ hæc lex dicit, speciale est in
milite ꝑꝑ simplicitatē armatæ militiæ. Nā
no. diligenter hoc esse rł̄r verum, quoties-
cunq; constat aliquem malum commisis-
se, fecisse, uel fieri fecisse, semper p̄sumitur
ꝙ dolo et fraudandi animo hoc fecerit et
cōmisserit, ut C. ad l. Cor. de sica. l. 1. et C. de
iniu. l. si non conuitij, unde semꝑ ille quem
deliquisse cōstat, si p̄tendat ignorantiā, uel
aliā excusationem, ita ꝙ dicat ꝙ non dolo
illud crimen cōmisit, hoc debet et habet ꝓ
bare. Quod dic ēt ut not. Accur. super d. l. j.
C. de sica. Aliud etiam no. dignum et obli-
uioni non trade, ꝙ ad hoc ut debeat et pos-
sit pręsumi contra aliquem, ꝙ ipse aliquod
delictum commiserit, debet constare iudi-
ci illud malum fore commissum et quomo
docunq; per testes uel indiciū, uel aliàs per
euidentiam facti, qm̄ lege cauetur, ꝙ nemo
vī animum habuisse nocendi, nisi et effe-
ctus fuerit subsecutus, ut ff. de uerb. sig. l. sæ
pe. ad fi. Et propterea dicit lex, ꝙ si q̄s con-
fiteatur se hominem occidisse qui uiuat, ꝙ
nō tenet̄ hac confessione. Nam debet con-
stare hominē a quo quam fuisse occisum,
ut ff. de inter. act. l. cōfessionibus. Quod dic
etiā, ut no. sup. quali. accu. fiat, §. item est di
ctum, peccatum enim est illud crimē super
quo debet præsumi et fundari, unde si de
ipso crīe non cōstaret quicquid ædificaret̄,
nullum esset, unde discreti assessores anteq̄
inquirant, uel accusationes recipiāt, uel su-
per eis procedant, faciunt per aspectum ui-
deri hoīem mortuum uel uulneratum. Nā
non nascitur iniuria ex reuocatione ad ani-
mum, sed ex facto, id est ex contumelia, id
est ex eo ꝙ maleficium factum est, ut ff. de
pac. l. si unus, §. pactus. ad fi. de act. et obl. l.
ex maleficio. Et oīs iniuria pręsumit̄ praue
facta et male, ut extra de præsum. c. j. uñ le
gitur, ꝙ crimē est peccatum accusatione di
gnissimum, ut 70. dist. apostolus, in fi. et ita
crimen est causa, unde accusatio procedit,
sicut aliàs damnum est causa, quia datur ac
cusatio, uel aliàs, ut no. do. Azo ī sum. circa
fi. prin. et præstat ad hoc arg. ff. quod met.
causa, l. sed et paratus, §. fi. Item alias mora
est causa quare agitur ex contractu bonæ
fidei, ut C. in quib. cau. in integ. restitu. non
est neces. l. in minorum persona. nam nisi
constat de morte domini, non est habenda
q̄stio de seruis uel familia eius, ut ff. ad Sil-
lani. l. 2. §. illud sciendum. et facit optime
quòd debeat constare de maleficio, ff. ad
legem Aquil. l. idem Neratius, §. fi. cum l.
sequen. nec prodest dicere quòd ludendo
iniuriam intulit, quia ludus noxius est in
culpa, ut ff. ad legem Aqui. l. item, §. fi. cum
l. seq. nisi ratione parentelæ, societatis, uel
amicitiæ, uel personæ contempserit iniu-
riatus, ut 5. q. 5. non omnis qui uerberat. et
hæc est probatio ex parte inferentis iniu-
riam, ut C. de iniur. l. si non conuitij. Nam
ei qui dicit, incumbit onus probandi, ut ff.
7 de probatio. l. ei qui. et l. quoties. † Præsum-
ptio enim naturæ, ut si aliquis sit natus ex
bona

bona ꝓgenie, vel bonos habuerit parentes,
p̄sumit iste bonus, vt C. ad l. Iu. maie. l. ꝗs-
ꝗs. & C. de cohor. l. si cohortalis. sic & si na
tus fuerit ex mala ꝓgenie, vel malis paren-
tib. p̄sumit esse ma lus sæpe, vt ff. de ædil.
8 edic. l. ꝙ si nolit, ꝗ mancipa. † Et est p̄sum-
ptio iuris tm̄, de qua pone exemplum, qñ
lex aliquid p̄sumit, & de tali p̄sumptione
iuris vltra non ꝓcedit aliqd statuendo, vt
C. de ꝓba. l. siue poss. & C. ad exhi. l. j. ff. de
dona. inter vir. & vxo. l. quantominus. & ff.
9 de pac. l. pactum. † Iuris & de iure dignoscit
a esse p̄sumptio, quoties ius contra *a* aliquē
p̄sumit aliqd esse factum, & de sua p̄sum-
ptione ita confidit, ꝙ vltra ꝓcedit genera-
le statutum, vel sñiam, ꝓferendo ꝙ ita ve-
rum sit illud ꝙ p̄sumit, & non aliter, tunc
ei talis p̄sumptio dr̄ esse ltīma, vt ꝓbat C.
ad Mace. l. fi. in fi. & C. arbi. tut. l. fi. & C. de
inof. test. l. si mater. & pone exēplū, C. ad l.
Iu. de adul. & l. si ꝗ. in corpore Aut. vt nul
li iudi. §. si quis vero comprehensorum. Et
hæc talis p̄sumptio p̄sumptionem in con-
b trarium non admittit, *b* vt patet ꝑ iura p̄-
dicta, ceteræ aūt p̄sumptiones prædictæ, in
10 contrarium probationes admittunt. † Te-
meraria vero & leuis dr̄ esse p̄sumptio,
quoties aliquid a leuibus, siue vilibus ꝑso
nis ꝓcedit, & a talibus ꝗbus non est credē
c dum, *c* vt arg. in Aut. de testi. §. nos igit, C.
de inces. nup. l. humilem. & huic p̄sumptio
ni non stat, vt ar. ff. de min. l. 3. §. j. ver. idē
tñ. & ff. de prob. l. si chirographum, & ideo
non pōt quis ex talib. presumptionib. subij
ci q̄stionibus, vel tor. ut ar. ff. ꝙ met. cā, l. nō
est verisimile. Nam ea q̄ leuia sunt & friuo
la, ſꝑnenda sunt, ff. de do. inter uir. & ux.
l. uirū, ff. cōmo. l. si ut certo loco, §. possunt,
ff. de accu. l. leuia. & ff. de uen. inspi. l. j. in fi.
11 † Probabilis uero & discreta pōt esse p̄sum
ptio, qñ a grauibus & honestis ꝑsonis dr̄,
& fama ꝓcedit fore aliquē factū malignū
ꝑ aliquē, ut ext. de sen. excom. c. inquisitio-
nis. & extra de p̄sum. c. illud, pōt ēt dici ꝓ-
babilis & discreta p̄sumptio rōne loci uel
tꝑis, ut ꝗa uisus fuit in loco suspecto, aut
d quia hora *d* suspecta, quo loco, aut hora cri
mē aliqd factū ē, nā locus, & tp̄s, & hora su-
spicionē facit, & p̄sumptionē inducit, ut ar.
ff. de pę. l. aut facta, §. tp̄s. & §. locus, C. de
adul. l. Gracchus. & extra de p̄sump. c. 3. & c.
literis. & hæc talis p̄sūptio facit credulita

tem, & p̄sumptionem inducit, ut no. extra
de sen. exc. c. inquisit. & dr̄ esse quoddam
uerisimile arg de pur. cano. c. si ꝗs de gra-
du. & de sup. leg. l. 3. in fi. & ideo ex tali pre
sumptione pōt ad q̄stiones ꝓcedi, cum se-
miplenam ꝓbationem adducit, ut ff. de te-
sta. l. ob carmen. §. si uero ibi, & non proxi-
12 miora esse ꝓspexit &c. † Violenta uero p̄-
sumptio alicuius facti dr̄, aut iuris tm̄, aut
iuris & de iure. de ꝗbus dictum est s̄. ergo
hic non repeto, & ꝗa de his plene dicā j.
quomo. de malefi. cog. qñ crimen est noto.
Et dr̄ p̄sumptio alicuius facti dubij aliqñ
plena, aliqñ semiplena inuestigatio, ſm ꝙ
no Gof. in summa de p̄sumpt. in suꝑ no. ꝙ
arg. & p̄sumptio sunt idē ꝙ indicia, ꝗbus
ꝓcedit ad tormenta. uñ argumenta dicunt
indicia, ut colligit, C. de fal. l. ubi. & ff. de
q̄stio. l. milites. & l. unus, §. in ea. Item præ-
sumptio & suspicio sunt idem, quas iudex
habet contra accusatum, & de tali p̄sum-
ptione loquit lex, ff. de qō. l. j. in prin. ibi
13 suspectio &c. † Item no. ꝙ differentia est
p̄sumptionem & fictionem, nam p̄sum
ptio est suꝑ incertis, & sic cōiecturis opus
est, ut ff. de uer. obl. l. continuus, §. j. in fi. fi
ctio uero est suꝑ certis, ut qñ iussit unum
esse, & fingit aliud, ut Inst. ꝗ. mo. ius patr.
potesta. sol. §. si ab hostibus. & ꝗ testa face.
pos. §. fi. & C. ad l. Iul. de adul. l. hi quidem
Vidimus de prima par. ru. Nunc uero ui-
deamus de secūda, uidelicet de iudicijs du
14 bitatis, quibus ad tormēta pcoceditur. † Et
primo videamus ꝗd sit indicium, uñ dica-
tur, ex quib. indicium habeatur, & quis sit
eius effectus. Et ꝗdem indicium hic sumi-
tur & dr̄ signū alicuius maleficij cōmissi,
uel alterius rei de qua agitur, ut colligit ex
legib. tractātib. de indicijs, de ꝗbus j. dicet
ꝑ ordinem, & dicit indicium ab indican-
do, ut ff. de præscri. uer. l. solent. de quib. ēt
indicijs dic ut no. j. de quæstio. & tormen-
tis. §. quæro q̄ & qualia. uer. possimus. &c.
Sequi-

ADDITIONES.

a ¶Conrra. *Adde Ale. consi. 62. 3. lib.*

b ¶Non admittit. *Adde quando talis præsump. probationem capiat in contrarium. Alex. consil. 77 1. lib. Ber.*

c ¶Credendum. *Adde Old. consi. 198. Ber.*

d ¶Hora. *Adde Ro. con. 451. Ber.*

Sequitur videre ex quib.cau. indicium habeatur,sed circa huius materiæ cognitionē intendo p̄mittere,quandam qōnem q̄ tota
15 die de facto subsistit, quæ talis est. † Pone aliquod crimen publicū vel priuatum fore a cōmissum in aliqua ciuitate,castro,vel villa, Titius statim commisso crimine inculpatur,cuius Titij opin.apud bonos & graues nunq̄ lęsa fuerat,& ꝙ ipse Titius fuerit conscius & culpabilis de ipso maleficio ꝑ idoneos testes probatur ꝑ publicā vocē & famam, ortā statim commisso crimine in loco vbi ꝑ ipsum Titium dicebatur crimē commissum,q̄ritur an iudex possit per talē publicā vocem & famā de dicto maleficio & qōnibus inquirere contra dictū Titium? Et vr̄ ꝙ sic,quatuor rationib. Primo, quia fama quæ aduersus aliquem oritur incontinenti commisso crimine, eidem crimini inesse vr̄,& ideo legitima & rationabilis est habenda,vt ff.de adul.l.quod ait lex,§.fi. & ff.de vi & vi arma.l.3.§.cum igitur.Secunda ratio, quia iura videntur velle ꝙ quātū ad inquisitionē cōtra aliquē faciendā sufficiat fama parochiæ,vel maioris partis loci vbi crimē cōmissum est,vt extra de p̄sum. c.illud,& ar.ff.de off.p̄f.præt.l. Barbarius. Nam quod publice dr̄ & creditur,iuris præsumptionē inducit,cui statur,quandiu contrarium non probatur, vt ff.ad Maced.l.si quis patrem,§.j.& C.qui & aduer.quos,l.j. Tertia ratio,quia si posset procedi in quæstionibus contra istum, iam dare materia etiam homini bono delinquendi,quæ est à quolibet auferenda, vt C.de indi. vidu.l.2. in fi.& ff.de iudi.l.si ingratus,in fi.Quarta ratio,quia cū humana natura facile ad delicta prorumpat,vt ī corpore Auth.de monac.§.si vero,licet de isto Titio, ante istud crimen cōmissum non fuisset aliquid sinistri auditum, tn̄ non contingit propterea, quin potuerit fuisse obiecti criminis conscius & culpabilis,q̄a non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse,vt C.vnde legiti.l.non hoc,vt C de prob.l.neq; natales. Et ideo cum aduersus eum ineat clamor viciniæ, & fama loci hoc nunciet, poterit ad inquirendū ad tormenta legitimè animus iudicis promoueri,vt ext.de accu.c.inquis. in fi.& argu.C.de Lati.lib.tol.l.vna, §.qui diu.Sol.In quæst.prædicta puto fore dicendum, ꝙ iste Titius possit qōnibus subijci, & non possit,s̄m diuersorū sapientiū opin. diuersas,vt no.j̄.de quæst.& tormen.§. sed denuo quæro &c.Sed s̄m oīum Doctorum opin.si iste Titius probauit se hoīem aliàs bonæ opinionis & famę,dico ꝙ nō possit, a subijci qōnibus vel tormentis,obstante priuilegio bonæ famæ,cum tale priuilegium potentius infamia sit habendū,vt ff.de leg. 2.l.cum pater,§.rogo,& extra de accu.c.licet,quod pōt multis rationibus comprobari.Primo per locum à p̄sumptione naturę, quę est vt de quolibet bono p̄sumatur,& ꝙ sit potius bonæ famæ q̄ malæ,vt ff.de ma. test.l.seruos,& arg.ff.de leg.2.l.cum quidā ita.Secunda ratio, quia infamia non inest naturaliter alicui,& ideo dictum est,ꝙ infamia alicui multis modis irrogatur,non dicit,inest,vt ff.& C.de infa.per totum, nam infamia contra aliquem orir̄ faciliter, frequenter.n.ad dictum vnius sequitur multitudo,vt extra de pur.cano.c.cum in iuuentute. Sed fama & integra opin.naturaliter inest alicui,vt C.de inof.test.l.omnimodo, & ideo est magis duratura, quia naturalia non ita de iure facilè immutanr̄,sicuti quę ex accedenti proueniunt, vt Instit.de iure natu.§.ꝙ non,& §.pen. Et ideo iure cauer̄, ꝙ cursus aluei naturalis delinquens facies suorum agrorum,ipsorum esse non desinit, nec eorum formā dr̄ immutare,ac nouus alueus,qui ex accidenti processu agrum occupans alienum,si relinquat eundem,tunc agri occupati priorem formā non immutat, vt arg.ff.de acqui.rer.dom.l.adeo,§. ꝙ si in vno,& Insti.de re.diui.§.insula,& ideo magis intuēda sunt quę naturalia sunt,q̄ quæ ex accidenti contingunt.Tertia ratio, quia quoties duo diuersa iura occurrunt,aliqua priuilegiata,& aliqua nō,semper iure priuilegiati est tam habenda ratio,q̄ intuenda, vt ff.de reg.iur.l.in omnibus causis,& C.q. pot.in pig.hab.l.assiduis,§.j. de pecul.l.sed ex facto, §.1. & ideo iudex debet delectari potius in odore & suauitate bonæ famæ, q̄ credulitate malæ opinionis & famæ,argu. extra de accu.c.licet, in fi. & de purg.cano. c.cum

ADDITIO.

a ¶Non possit. *Adde Raph.Ful.cons.173.Cepol. cons.60.Raph.Cu.cons.135.Alex cons.34.2.lib. Bal.cons.29 lib.1.Ber.*

c.cum in iuuentute,& quia in pręmisso du
bio iudex potius esse dẽt promptior ad bo
num q̃ ad malum,vt ff.de pœ.l. si de inter
pretatione.Quarta ratio,quia debet p̄pon-
derare priuilegiũ bonæ opi.& famæ, priui
legio malæ opinionis & famæ, duplici ra-
tione,vna intrinseca,q̃ quis habet primor-
dialiter à natura, alia extrinseca, quam hic
Titius sibi acquisiuit,tam ex bonis morib.
suæ terræ,q̃ ex sua cõuersatione laudabili,
vt in corpore Auth.de mona.§.cogitandũ,
& ff.de iniur.l.item apud Labeonẽ,§.idem
ait aduersus. Ex quibus rationibus conie-
ctura p̄teritorum capitur circa futura,cum
ex transacta vita sciatur qualis debeat in fu
turum p̄sumi,vt ff.de accu.l.si cui,§. ijsdẽ,
& ff.de re mili.l non omnes, §.à Barbaris.
At talis infamia vna tm̃ nititur ratione, s.
testium probatione, vnde cum pro fama &
bona opi.duæ faciant rõnes, sed pro infa-
mia vna tm̃, merito debet bonæ famæ pri-
uilegium infamię p̄ualere,quia regulariter
duę rõnes vincunt vnam,vt in Auth. de cõ
san.& vte.fra.§.hi.col.7.& C.de iur. & fac.
igno.l.j.Quinta ratio,quia opi.& bona fa-
ma fauorabilis est,cum per eam quis ad ho
nores & dignitates admittatur,vt C.de di-
gni.l.2.at infamia in se odium cõtinet, q̱a
per eam quis pœna plectitur cum infamia
facti,quem à dignitate repellat, vt ff.de de
cur.l.j.§.spurios,& C.de digni.l.iudices, &
l.2.Et etiã cum iure infamia à p blicis acti
bus quẽ repellat,vt ff.de test.l.3.§.lege Iul.
& ff.de accu.l.qui accusare, & ideo restrin-
gi debent,arg.ff.de lib.& posth.l. cum qui-
dam,& ff.de in ius voc.l.quæsitum,& l.sed
si hac,§.fi.Sexta rõ,quia sicut ꝓbatio malę
famæ hẽt inducere qualẽqualem præsum.
contra istum,vt C.ne de sta.defun l.si mari
tus,& extra de pręsum.c.illud,ita probatio
bonæ opinionis & famæ habet pro ipso, &
in eius fauorẽ p̄sumptionẽ inducere. Sane
quidem hęc p̄sumptio habet tollere primã
p̄sumptionẽ,cum posterior p̄sumptio amo
ueat p̄cedentem,vt ff.de his qui sunt sui vel
alie.iur.l.filium,in fi.& ff.de in integ.restj.
l.diuus,& C.de adult.l.hi qui.his igitur ra
tionibus non põt q̃õnib.subijci uel tormẽ-
tis obstante priuilegio bonæ famę, verum
si dicta fama coadiuuetur aliquo indicio,
vel rationabili adminiculo, tunc credo, ꝙ
eo casu posset iudex q̃õnib. inquirere cõtra
Titium s̃. dictum, quia legitur vno modo,
ꝙ fama consentiens,i.omnibus alijs assen-
tiens, confirmat rem de qua agitur & quæ-
ritur fides, vt ff.de testi.l.3.ibi, aliàs veluti
consentiens &c.quia q̃ per se non prosunt,
singula multa iuuãt,vt C.de prob.l.instra.
16 †Sed quæ & qualia poterunt esse ista talia
indicia quibus fama coadiuuetur, vt possit
q̱s q̃õnib.subijci & tormẽtis? & certe hæc
oĩa q̃ sequuntur.Primum indicium, si pro
betur ꝙ iste Titius de crimine inculpatus
a extitit inimicus offensi,aut suorum,ᵃ vt sui
intelligãtur omnes qui admissi fuissent ad
hm̃õi iniuriam prosequẽdam, cum eorum
iniuria,sua iniuria & dolor proprius habea
tur,vt no.de his,ff.de accus.l.j.& 2. & ff.de
libe.cau.l.j.& 2. Nam tunc & eo casu erit
suspectus de crĩe præsumendus, quia talis
inimicitiæ qualitas, cãm suspicionis addu
cit,vt extra de accu.c.cum oportet, & ff.de
prob.l.idem,& C.de testi.l.si quis,nam lex
p̄sumit de inimicis omne malum,ff.de q̃õ.
l.j.§.præterea,& ideo lex dicit,ꝙ accusator
non cogitur facere ambasiatam ad amicũ
accusati,quasi amicus accusati incipiat esse
inimicus accusatoris,vt ff.de le.l.sciẽdum,
& eadem ratione repellitur testis à testimo
nio ferendo, vt Auth.de test.§. quia vero.
17 †Secundum põt cognosci indicium,si pro
betur ꝙ iste de crimine inculpatus cõtraxit
conuersationem cũ inimicis occisi,vel iniu
riati, vel amicitiam, aut quia contra eun-
dem occisum,vel iniuriatum,fuerat taliter
versatus in alijs & conuersabat̃,ꝙ credebat
esse inimicus potius q̃ amicus,qđ quidem
põt ex varijs causis procedere, vt no.C. de
reuo.do.l.fi.& l.his sol.& ar.ff.de lib.& co.
lib.l.2.Ex talib.n.intercedẽtib. crimen po-
test præsumi,& coniectura capitur,ꝙ in de
linquendo fraudis inesset consilium, vnde
non præmio,sed pęna afficiendus est,vt ff.
de offi.præfe.vrb.l.j.§.cum patronus,& C.
18 de inoffi.test.l liberti,§.fi.† Tertiũ indiciũ
adijcitur,si appareat ꝙ quis sciẽter malefa
ctorem receperit in domo sua post malefi-
cium

ADDITIO.

a ¶Suorum. *Adde qui veniant appellatione suorum do.de Rota decis.260. quod met.causa, in antiquis. Et an veniat compater, vide Alex.cons.37.3.lib.Ber.*

ctum perpetratum, nulla ēt cū eo affinita
a te coniunctus, a cum in isto casu non videa
tur minus delinquere, q̄ ille qui tale crimē
cōmisit, vt ar. C. de his qui latro. l. j. & ff. de
recep. l. j. & de incē. rui. naufr. l. 2. §. non tm̄.
19 † Quartum indicium dr̄, si is de crīe incul
patus aliud tale q̄d fecit quominus delin-
quens dēphensus & captus ad iudicem du
cereт. Nā eo casu videreт cōscius crīs, & ꝙ
in delicto illo dolum cōmiserit, ut ar. ff. de
custo. & exhib. re. l. fin. §. j. & de eo per quē.
l. j. in prin. & C. de fur. & ser. corrup. l. eos.
b imo ēt talis puniendus b erit l. Iul. de vi pu
bli. & priu. vt ar. ad legē Iul. de vi publ. l. le
ge Iul. & ff. ad legē Iul. de ui pri. l. lege Iul.
20 † Quintum indiciū reperiт, si cōstet ꝙ iste
Titius de crīe inculpatus, cōmisso crīe, vnà
c cum malefactore, vel sine eo fugit c de loco
crīs, quo casu crīs cōmissi suspicione nō ca
ret, imo ꝑꝑ fugā seipsum accusare vr̄. ar. ff.
ad Sill. l. j. §. si quis. ibi, si cū dn̄s. & l. si q̄s ī
graui. §. de his aūt. & ff. de suspect. tut l. im
puberibus, §. j. & in Auth. de exhib. & intro
du. re. §. si vero. col. v. & C. de asses. l. consilia
rijs. & C. de omni agro deser. l. locorū. ibi,
21 & si &c. † Sextum indiciū pōt dici, si ꝓbeт
ꝙ de crīe inculpatus fuit visus in domo, iti
nere, vel agro gladio euagiuato cū occiso,
vel uulnerato. Nā ex hac coniectura capi po
test & colligi p̄sumptio, ꝙ fuerit dicti crīs
cōscius. ar. ad hoc, ext. de p̄sum. c. 3. & ī cor-
pore Auth. vt liceat mat. & auiæ. §. his quo
22 que. col. 7. † Septimum hr̄ indiciū, si ꝓbeт
ꝙ q̄s de crīe inculpatus fuerit inuētus, de
prehensus, & captus ab aliqno ob crimē p̄
dictū. Qui si captus cōfessus fuerit, licet ex
d tra iudiciū, d se ex illo crīe fore culpabilem
nā tale indicium operatur vt sit subijcien-
dus q̄stionibus & tormentis. ar. ff. de adult.
23 l. capite. iuxta fi. † Octauū ēt describi pōt ī-
diciū, si probetur, ꝙ inter occisum, & vulne
ratum ex vna parte, & de crīe inculpatum
e ex altera, extiterunt verba iniuriosa, e q̄ fue
runt ad animum reuocata, aut ꝙ hic de cri
mine īculpatus occiso vel vulnerato fuerit
minatus paulo ante maleficium cōmissū,
forsan ꝙ traheret sibi vnā pēnā de ala, vel
ꝙ faceret eū tenere male caput, vel quid si
mile. Nā ex talibus verbis & similibꝰ ante
cedentibus ipsum crimen cōiecturari pōt,
& p̄sumptio denotari, ꝙ fraudē & dolū in
delicto illo cōmiserit, & ꝙ illa verba dixe-
rit sua malignitate, & animi prauitate. arg.
ad hoc. ff. de bon. dā. l. cum rō. §. ex bonis.
ibi, fraudis &c. & arg. ff. de ser. fug. l. ex quo
dā iniuriandi proposito. §. pen. & fi. & C. de
iniur. l. si non cōuitij, hæc. n. verba si extra
iudiciū asseruare prolata, licet p̄iudicium
plenū inferre nō possint, tn̄ contra asseue-
rantē & proferentē indicium, & p̄sumptio
nē inducunt, vt ff. de ꝓb. l. quidam. & l. fi. &
not. C. de test. l. neq; ꝓfessio. & ff. de ꝓb. l.
ēt nā his modis animus & voluntas cuius
que declaraт. Et iō dictū est ꝙ nō solū ipsis
rebus & factis q̄s propriā voluntatē decla
raт, vt ff de ædil. edict. l. si tm̄. §. ei q̄. & no-
tari cōsueuit. ff. de legi. & consti. l. de q̄bus.
imo ēt ex verbis prolatis intelligiт q̄s volū
tatem propriā declarare, & intrinseca sui
cordis, quia nō intelligiт verbis exprimere,
ꝙ mēte nō agitauit, vt ff. de sup. le. l. Labeo
ad fi. & quia per acta & gesta extrinseca se-
creta cuiusq; & aīus declarātur. arg. C. de te
sta. l. nō codicillū. & ff. de legi. l. si seruus plu
riū. §. fi. & ff. de te. l. hæredes palā. §. sed & si
notā. Et in maleficijs spectaт cuiusq; ꝓposi
tū & uolūtas, vt ff. ad le. Cor. de sica. l. diuꝰ.
14 † Nonū pōt cōnumerari indiciū, si ꝓbetur
te sciuisse quę aduersus aliquē delinquētē,
quē potuisti quo minus delinqueret ꝓhi-
f bere & nō ꝓhibuisti, f nā tūc carere culpa
eius crīs nō videris, vt ff. de reg. iur. l. culpa.
& l. nullū. & ex̄ de offi. & pōt. iud. deleg. c. j.
Sed si ꝓhibere non potuisti venia dignus
eris. Et. n. si à morte potuisti hoīem libera-
re & nō liberasti, occidisse videris, vt ff. ad
le. Aq. l. sciētiā. in prin. & arg. ff. de noxa. l. ī
oībus. & l. ī delictis. ī prin. & ff. ad l. Cor. de
sica.

ADDITIONES.

a ¶Coniunctus. *Adde ꝙ cōiunctus etiā recipiens scienter delinquentem punitur. sed mitius quam extraneus. ita Alex consi. 144. 2. lib. Ber.*

b ¶Puniendus. *Adde Alex. in cons. 35. 2. lib. Ce. cons. 14. Ber.*

c ¶Fugit. *Adde Alex. consi. 65. & 77. 3. lib. Io. de Ana. consi. j. Old. cons. 65. Ber.*

d ¶Extra iudicium. *Adde an confessio extraiudicialis sit sufficiens indicium ad torturā. uide Ro. consi. 7. Ber.*

e ¶Iniuriosa. *Adde Alex. cons. 14. 3. lib. Ber.*

f ¶Prohibuisti. *Adde dicendum de hoc ut per Ro. consi. 17. Ber*

ſica.l.3.§.is cui.& licet forſan talis non deberet eadẽ pęna qua delinquens puniri, tñ eſt paulo minori pęna mulctandus, q͂a carere ñ dr̃ ſcrupulo ſocietatis occulto, q̄ manifeſto facinori deſinit obuiare, vt ex̃ d̃ homic.c.ſicut dignum,§.illi ẽt.& C. de commer.& mer.l.2.& ext.de ſen.exc.c.quantæ, ꝙ tñ ſic nõ intelligas indiſtincte, ſed intelli
25 ge, vt no.j.de pę.§.itẽ pone, ꝙ ego vidi. † Decimum colligiť ĩdicium, ſi ꝓbeť aliquẽ ſcire in certo loco malefactores vt derobarent vel occiderent tranſeuntes, vel narrauit & dixit dictis mercatorib. ut ſecũ irent, vel tranſirent ꝑ dictũ locũ, q̄ fuerunt derobati, vulnerati, vel occiſi. Nã tale indicium operať vt poſſit q̄ſtionibus & tormentis ſubijci, q͂a non ſolum cãm crĩs vr̃ ꝑbuiſſe, ſed ẽt particeps eſt & noxius p̄ſumẽdus, cũ teneať pęna l, Corne. de ſica.l.3.§. alio ſenatus.ibi.q̄ vt fal.&c.& ar.ff.ad leg.Aq.l. qui occidit,§.pe.& ff.vi bo.rap.l.pe.§. ſi cũ eo, & l.ſed ſi quis. & ideo in q̄ſtionib. eſt habẽdus, quia de his eſt q̄ſtio habenda, qui ſuſpicione cædis cõſciẽtes videbunť, vt ff. ad Sil.l.j.§.occiſorũ.ibi, tñ ſi quis &c.§.ſi quis
26 in villa. † Vndecimum colligiť indiciũ quoties probatur per teſtes idoneos, ꝙ is contra quem inquiritur, eſt homo malæ cõditionis & famæ, quæ fama ſumpſit originẽ, nõ à maliuolis, ſed prouidis uiris & diſcretis omni exceptione maiorib. & in altero de locis ex quibus rationabiliter põt fama procedere, ut no.s̃. vnde & ex quo tꝑe poſ-
27 ſit fama procedere. † Duodecimum indicium ſumiť, ſi iſte de crĩe inculpatus aliàs commiſit aliud maleficium in ꝑſonam dicti offenſi, vel ẽt aliorum, nam qui ſemel fuit malus, ſemper pręſumitur malus, vt ff. de acc.l.ſi cui.§.ijſdem.& C.de aſſ.l.nemo. & C.ad l.Iu.de vi publ.l.ſeruos.ibi, & hi q̄ bis &c. Ex præterito.n. vnoquoq; facto futura metimur, vt ff.de re mil.l.non oẽs,§.a
28 Barbaris, & l.ſeruorum,§.ad hoſtes. † Sunt
a ẽt alia multa *a* indicia cõtra delinquentes, quæ quilibet curioſus, & judex bonus põt perpendere, ſm varietatem perſonarum, & qualitatem temporum, factorũ contingentium, & locorum diuerſitatẽ, vt de his not. in prima parte huius tit. vbi de p̄ſumptione eſt notatũ. Quis aũt ſit indiciorum prædictorum effectus, ſatis colligitur ex prædictis, & dicetur plenius in ti. proxime &c.

A D D I T I O.

a ¶Alia multa. *Adde uidenda aliqualia indicia per Ro.conſ.7.& conſ 451.Ber.*

De præſumptionib & indicijs indubitatis, ex quibus condemnatio poſſet ſequi. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Præſumptiones & indicia indubitata quæ ſint.*
2 *Occiſo Titio domo ignorante malefactore, ſi publica uox & fama orta a fide dignis ſit, ꝙ Seius tale homicidium commiſerit, & illius inimicum fuiſſe eſt probatum, necnon quod uiſus fuerit exire de illa domo gladio euaginato, in qua domo incontinenti repertus eſt Titius occiſus, quid erit faciendum.*
3 *Indicia indubitata uel documenta apertiſſima, ex quibus poſſit ad cõdemnationem proceai, quæ & qualia dicuntur eſſe.*
4 *Indicium indubitatum primum eſt, quando contra aliquem eſt pręſumptio iuris & de iure.*
5 *Indicium indubitatum ſecundum eſt, quando aliquis ſponte in iudicio confeſſus eſt crimen, uel in tormentis, & perſeuerauit &c.*
6 *Indicium indubitatum tertium eſt, quando cõſtat aliquem dato precio tranſegiſſe ſuper crimine pro quo ſanguinis pœna non ingeritur.*
7 *Indicium indubitatum quartum eſt quãdo crimen quod contra aliquem oritur eſt ita publicum, ut merito poſſit notorium appellari.*
8 *Indicium indubitatum quintum eſt, quando propter euidentiam facti, nam ſi conſtat Titiũ eruiſſe oculum alteri, ſtatim colligitur quod ſit atrox iniuria.*
9 *Indiciũ indubitatũ ſextum eſt, quando officialis, cuius officium eſt in inquirendo & puniendo delinquentem proprijs oculis intueretur.*
10 *Indicium indubitatum ſeptimum eſt, vt ſi ſit camera habens tantum vnum introitum, & aliquis viſus eſt exire pallidus cũ gladio ſanguinolento in manu, & in illa camera reperitur homo recenter mortuus.*
11 *Indiciũ indubitatũ octauũ eſt, pone ꝙ occiditur q̄s in vinea, de quo inculpatur Titius, & cõtra quẽ ſunt hæc indicia, quia erat inimicus capitalis occiſi. Itẽ fuit viſus ſolꝰ ambulare cũ gladio, & ſolus fugere de loco cũ gladio euaginato, et eſt publica vox et fama quod homicidiũ cõmiſerit.*
12 *Indicium indubitatum nouum eſt, pone inculpatus Titius, quod fecerit interficere Caium, primo erat capitalis inimicus Caij, & Titius erat*

propè

*prope locum criminis quando fuit occisus, quo
perpetrato receptauit homicidam qui erat dome
sticus Titij, qui iactauerat se quod faceret occi-
di Caium, & inter eos fuerant offensæ, & orta
publica vox & fama, quod fecerat committi ta
le homicidium.*

1 NVNC restat †vt videamus de præsum
ptionib. & indicijs indubitatis, ex q̃b.
condemnatio possit sequi. Et circa præsen-
tē nostram materiam, primo intēdo forma
re quādam dubitabilē q̃onem, q̃ tota die de
facto potest subsistere, & consequenter in-
feram de præsumptionib. & indicijs ante-
2 dictis, & q̃ō talis est. † Quidam noĩe Titius
in domo vel agro reperit̃ occisus vel vulne
ratus, de malefactore aũt non cõstat aliter,
nisi quia quidã noĩe Seius de dicto malefi-
cio inculpat̃ contra hunc Titium. Ista pro-
bantur ꝑ testes idoneos oĩ exceptione ma-
iores. Primo ꝙ publica vox & fama orta est
ab idoneis personis, ꝙ dictus Seius dictum
maleficium commisit. Secundo ꝙ ipse erat
illius Titij capitalis inimicus. Tertio ꝙ ille
Seius visus fuit solus exire domũ vel agrũ
Titij cum gladio euaginato in manu fu-
giens, in qua domo vel agro ille Titius in-
continenti repertus est occisus uel vulnera
tus. Modo q̃ritur nũquid ista indicia simul
iuncta, vel mista sint, & dici possint indicia
indubitata, ex quibus possit ad condemna-
tionem procedi? Et primo vr̃ posse dici q̃d
sic, triplici rõne. Prima, quia sicut sufficit ꝙ
quis sit testibus superatus, vel propria voce
confessus ad hoc ut possit capitalis sñia cõ
tra eũ ꝓferri, vt C. de pę. l. qui sñiam, & C.
de epi. & cle. l. si quis, & C. quo app. non re
cip. l. 2. ita cod. modo debebit ex dictis indi- b
cijs contra eum repertis, sñia diffinitiua ꝓ
ferri, cum talia indicia nõ respuant̃ a iure,
vt s. dictum est in ti. p̃ce. & cum talia indi-
cia non videant̃ continere minorem autori
tatem & fidē probatam, q̃ testes uel instra,
vt C. de prob. l. ad probationes, & C. de rei
uend. l. indicia. Item tam testes q̃ aperta in
dicia & manifesta æquiparant̃, vt possit fe-
qui sñia diffinitiua, ut C. de prob. l. ult. Secũ
da rõ, quia quoties circa idē plura auxilia
eiusdem generis ex eodem facto descenden
tia, simul commista & iuncta concurrunt, a
a dñr rem perficere, & plenam probationē *a*
adducere, vt ff. de excu. tuto. l. 2. §. hoc am-
plius. & de app. l. si q̃s separatim, §. j. & C. q̃ b
nume. tut. l. vna. sic & a simili sup. dicta in-
dicia simul coniuncta plenam probationē
inducunt, iõq; singula q̃ non prosunt, tñ si
mul iũcta coadiuuãt, & in Auth. de fi. inst.
§. si uero additũ, & §. si uero nullus. co. 5. &
Insti. de hær. insti. §. si plures. & extra de te-
sti. c. præterea, & C. de testa. l. scimus. & no.
Accur. ff. de excu. tut. l. 2. in fi. j. respon. Ter-
tia ratio, quia cum in qualibet ciuili cã rłe
duæ semiplenæ probationes faciunt unam
plenam, & possit cã ciuilis per indicia & p̃-
sumptiones probari, ut extra de præsum. c.
ex literis. & arg. ff. de his qui sunt sui uel
alie. iur. l. filiũ. & notari cõsueuit, C. de reb.
credi. l. in bonæ fidei. & de proba. l. ēt pro-
prietatis. plus tñ ualere debent & operari
tria uel plura auxilia q̃ duo. Nam rõ consi-
stit, ut plus tribus q̃ duobus credatur, plura
litati. n. standũ est, ut ff. de pac. l. maiorem.
& de test. l. 3. §. hæc uerba, & C de fideic. l.
q̃onem, in fi. Ergo per locum a proportio-
ne maiori tria indicia seu tres semiplenę ꝓ
bationes, unam plenã probationē poterũt
operari. Alioquin facile & frequenter rema
nerent maleficia impunita, quod in contra
rium magna rõ suadet, ut ff. de pac. l. item si
unus, §. pacta, ff. de fideiussor. l. si a reo, §. id
quod uulgo. Quarta ratio, quia uidemus ꝙ
duo uel plura imperfecta unum perfectum
constituũt, ut C. de agric. & censi. l. cum sci-
mus. in prin. Quid plura? reperitur in iure
ꝙ ipsa principalis cã criminalis ꝑ argumē-
ta & per præsumptiones dignoscitur & ter
minatur, quanq̃ liquido delictum probari
nõ possit, ut ff. de re mili. l. non omnes, §.
a Barbaris. ibi. & si hoc liquide probari non
possit argumentis, *b* tñ cognoscendum est,
& tñ ibi capitulis cã agebatur, ut constat ꝑ
l. eo. ti. desertorem, §. is qui. & facit ad hoc
in Auth. ut lic. ma. & auiæ, §. illud. Econtra
vr̃ dicendum, ꝙ non possit quis ex dictis
indicijs & præsumptionibus diffinitiue dã
nari rationibus tribus. Prima quia cum in
ciuilibus quæstionibus maiorib. una libra
auri, non minor q̃ trium testium exigatur
pro-

ADDITIONES.

a ¶ Probationem. *Adde an in criminalib. diuersa genera probationum iungantur ut probent. Ale. cons. 24. 2 lib. Roma. consi 93. Ber.*

b ¶ Argumentis. *Adde Ro. cons. 411. Ber.*

probatio, vt in Auth. de fid. inſtru. §. oportet. & §. hic dicimus. col. 6. & not. C. ſi cert. pet. l. fi. multofortius in qualibet crĩali cauſa duæ vel tres præſumptiones, aut indicia plenã probationẽ nõ poterunt operari, ſed erit maior numerus teſtium inquirẽdus, vt poſſit ſuper crĩe ſententia diffinitiua ꝓferri, maxime cũ q̃libet cã crĩalis ſit maior & cenſeatur qualibet pecuniaria quantũcũq; ſit magna, ut ff. de pę. l. in ſeruorũ, §. fi. Et licet in cã ciuili duæ ſemiplenæ probationes (vt eſt fama publica, & dictũ vnius teſtis) vnã plenã probationem adducant, ut C. de proba. l. proprietatis. & arg. ff. de teſtib. l. 3. §. eiuſdem. & 4. q. 3. §. item ſæpe. & extra de teſtib. c. ꝑterea. Tñ ĩ crĩali cã ex dictis ſemiplenis probationibus non erit quis diffini-
a tiue damnandus, *a* quia in cã criminali probationes debent eſſe apertiſſimæ; vt C. de prob. l. fi. ſtrictius. n. in eis proceditur, cũ cõtra hominis ſalutem agatur, vt C. de appel. l. addictos. & no. extra de teſti. c. veniens. Secunda rõ, quia euidentia rei, licet habeatur pro quadã ſpecie probata, vt ff. fi. reg. l. ſi irruptione, §. fi. & C. eo. ti. l. 3. ẽt cum manifeſtũ & apertũ indiciũ habeat aliquem inueniri in crimine, & fore detentũ & captum. arg. de fur. l. 3. cum l. ſeq. & manifeſta non indigent probatione, vt ff. de do. pleg. l. j. in fi. & ff. de act. emp. & ven. l. exemplo. in fi. 1. reſpon. tñ non debet quis talibus indicijs diffinitiue dãnari, quia non eo ipſo, ꝙ quis captus inuenitur, de crĩe poterit dãnari, niſi aliter de maleficio conuincatur, vt arg. ff. de ritu nup. l. palã, §. q̃ in adulterio, & C. de defen. ciui. l. defenſores. Et iõ ſi aliquis inueniatur pro qualicunque crimine captus ab aliquo qui corã pluribus teſtibus extra iudiciũ cõfiteatˀ ſe illud crimẽ cõmiſiſſe, & ꝙ occaſione illius criminis captᵒ ſit, q̃uis iſta tria cõtra iſtũ inueniantˀ probata, ſ. ꝙ ſit captus ob illud crimẽ, & ꝙ ſit confeſſus illud crimẽ cõmiſiſſe, & ꝙ ob id ſit captus, tñ licet iſta indicia videantˀ apparentia, non dẽt ex illis ſolis indicijs iudex illũ captũ diffinitiue dãnare, licet q̃õnibus ſubijci poſſit & tormentis, vt no. ff. de adul. l. capite. in fi. & ext. de iud. c. cũ nõ ab hoĩe. Põt ẽt tertia rõ aſſignari, qm̃ ex teſtib. & inſtr̃is, & ex indicijs indubitatis, non aũt ex ꝑſumptione eſt diffinitiua ſñĩa ꝓferẽda, C. de ꝓb. l. fi. & C. de acc. l. ſinguli. In ciuili aũt ſecus, iõ quia in crĩalibus cauſis maius periculũ vertitur, iõ q̃a imminet periculũ animę, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. vñ maior eſt req̃renda cautela, vt C. de app. l. addictos, & C. de fal. l. vbi. Et ĩ caſib. dubijs, & incertis ꝓbationibus melius eſt facinus relinqui nocentis, q̃ innocẽtẽ cõdẽnare, ut ff. de pœ. l. abſentẽ, & C. quo. app. nõ reci. l. obſeruare. Et q̃a in dubio pœnę sũt potius molliẽdę q̃ exaſperandæ, vt ff. de pę. l. interpretatione. & l. ſi pręſes. Solu. vr̃ ꝙ ex ſupradictis indicijs poſſit colligi tm̃ iuris ꝑſumptio, cõtra ꝑdictum Seium, dum colligitur probatum, ꝙ erat capitalis inimicus occiſi vel vulnerati, & ꝙ viſus fuit fugere cũ gladio, de loco ꝑfato, & ꝙ publica vox & fama eſt &c. Sed q̃uis in cã ciuili ex iuris tm̃ præſumptione poſſit diffinitiua ſequi ſñĩa, ex quo in cõtrariũ nõ probatˀ, vt C. de prob. l. ſiue poſſidetis, & ff. de don. inter vir. & vxo. l. Quintus Mutius. tñ in crĩali cã, vel in cauſa q̃õnis ꝑdictę ex tali ꝑſumptione iuris tm̃ nõ debe it vel poterit quis diffinitiue damnari, quia in crĩalibus cauſis interuenire debet, & requiruntur probationes luce clariores, ut C. de prob. l. vlt. de pę. l. qui ſñĩam & de acc. l. ſinguli. ꝙ vr̃ ea ratione procedere, quia in caſibus crĩalib. perſpicacius eſt conſiliũ adhibẽdum, q̃a ibi maius periculũ & detrimẽtũ cõtingit, ut ar. d. l. addictos, ff. de vẽ. inſpi. l. j. §. j. Et iõ ex ꝑdictis pręſumptionibus nõ poterit capitaliter condẽnari, q̃a q̃s ex ꝑſumptionibus & mendicatis ſuffragijs cõdẽnãdus nõ eſt, vt ff. de pę. l. abſentẽ in prin. & C. de acc. l. ſinguli. & no. do. Azo in ſumma, C. de pœ. §. cã ac. ver. 2. Qđ vr̃ ea rõne, q̃a ſanctius eſt facinus nocentis impunitũ relinqui, q̃ innocentẽ dãnare, vt ff. de pœ. l. abſentẽ. ar. ff. de requi. reis. l. j. j. reſpõ. & q̃a in talibus dubijs pęnę veniũt molliẽdæ, ut ff. de pœ. l. interꝑtatione. & ff. de reg. iur. l. vbi, §. fi. Sed licet ex ea ſola ꝓbatione q̃ iuris eſt tm̃, aliquis nõ dẽat vel poſſit corporaliter diffinitiue dãnari, tñ ex ea ſola ꝑſũptione q̃ iuris eſt & đ iure, & ex quolibet alio indicio ĩdubitato, poterit cõtra aliquẽ diffinitiua formari ſñĩa, q̃a talis ꝑſumptio quæ

ADDITIO.

a Damnandus. *Adde Oldr. conſ. 192. Franc. de Are. conſi. 13. Ang. conſi. 4. Ber.*

q iuris est & de iure, probationẽ aliq̃ in cõ
trariũ nõ admittit,cũ legis dicat̃ esse snĩa,
C.de adul.l.hi qui in Auth. vt lic.matri. &
auiæ,§.his quorum.colla.8.& no.d.Azo in
sum.C.de adul.§. sed & præsumptiones.Itẽ
ex quolibet indicio indubitato poterit dif-
finitiua formari snĩa,vt C.de prob.l.vlti.&
merito,qa illa lege cauetur, ꝙ accusatores
eam rem hoc est illud crimen habent & de
bent in publicã notionem referre, ut possit
diffinitiua snĩa proferri, ꝙ crimen idoneis
testib. sit munitum,saltem duobus, qa ubi
numerus testium nõ adijcit̃, duo sufficiũt,
vt ff.de test.l.vbi. & ff.de oper.lib.l.j. vel ꝙ
sit apertissimis documẽtis instructum,i.pu
blicus scri.sic exponit̃ ff.de cõtrahen.& cõ-
mit.stip.l.optimã,& in Auth. vt spõ.lar.§.
hic insu p.col.8.vel ꝙ sit instructum ad pro
3 ba.indicijs indubitatis,& clariorib.luce ex-
pedita. † Sed q̃ & qualia dñr esse apertissi-
ma documenta vel indicia indubitata, ex q
bus possit ad cõdemnationem ꝓcedi, & q-
dem vr̃ dici posse, ꝙ sit cõfessio alicuius in
iudicio spõte facta,& ĩ actis curię redacta,
qa nedũ ex testibus , sed ex confessione in
a iudicio spõte facta, *a* põt qs diffinitiue dã-
b nari,*b* vt C.de cõf.l.j. & ar.C.quo app.non
rec.l.2.ff.de cust.re.l.si confessus.põt ẽt esse
apertissimum documentum, & indubitatũ
indicium, quodlibet publicum instr̃m,per
qđ crimen probat̃ & instituit̃ fuisse cõmis-
sum, qđ accidit frequenter, quoties in ali-
quo instr̃o inuenit̃, ꝙ aliquis dato precio
assertiue est pactus super eo crĩe, ꝙ non in-
gerit pœnã sanguinis,quo casu illud se cõ-
c misisse cõfiteri vr̃, *c* iõ erit pro conuicto, &
pro cõfesso habendus,& iõ puniendus est,
vt ff.de bo.eo.qui ante sen.l.1.& 2. & ff.de
iu.fis.l.in fisci causis, & ff.de his q no.inf.l.
furti, §.pactis. & l.qm̃,& ff.de iur.fis.l.eius
qui.& l.Imperator. & no.C.de ꝓb.l.vlt.dẽt
ẽt crimen esse instructum indicijs indubi-
tatis, vt possit super eo proferri diffinitiua
snĩa. de qb. indubitatis indicijs multa pñt
4 notari exempla. † Primum est indubitatũ
indicium quoties cõtra aliquẽ est iuris &
de iure p̃sumptio, & ut est in illo q p̃textu
cõsanguinitatis excusauit se ab accusatione
adulterij,& postea inuenit̃ cõtraxisse matri
d mo.cũ illa.*d* Nã p̃sumptio est,& super hæc
est legis snĩa,ꝙ oĩno puniat̃,vt C.de adu.l.
q adulteriũ. de qua p̃sumptione dixi s̃. ti.
proxi.& dicã j̃. qũo de malef.cogn. qñ cri-
5 men est noto.†Scđm est, indiciũ indubita-
tũ,qñ cõstat ꝙ aliqs ĩ iudicio de crĩe sit spõ
te cõfessus, vel ĩ tormẽtis,& ꝑseuerauit,aut
ẽt sit de maleficio ꝑ idoneos testes cõuict⁹,
vel inuenit̃ ꝙ qs sit de crĩe cõdẽnatus, q̃ cõ
dẽnatio trãsiuerit in vigorẽ rei iudicatę,ut
ff.de pœ.l.snĩã,& C.de epis. & cle.l.si qs in
hoc. & ar.extra de cohabi.cler. & mul.c.vs.
6 Tertiũ†est, qñ cõstat aliquẽ dato p̃cio su p
eo crĩe trãsegisse, pro quo crĩe pęna sãgui-
nis nõ ingerit̃,dixi sup.eo.§.põt ẽt,quo ca-
su eo ipso, sine alijs ꝓbationib. põt de crĩe
7 condẽnari.†Quartũ hr̃ indiciũ indubitatũ,
quoties cõstat ꝙ crimẽ, ꝙ aduersus aliquẽ
orit̃,ita est publicũ & manifestũ, ut merito
possit & debeat notoriũ appellari,quo casu
nec testes reqrunt̃,nec ẽt acta, ut ext.de co
ha.cle. & mulie.c.tuã nos. & c.nr̃a. & ar.ff.
de cu t.& exh.re.l.si cõfessus, & C.quorum
app. nõ reci. l.obseruare. & in tali notorio
e stat̃ officialis simplici assertioni, *e* vt 4.q.3.
§.aliqñ. de quo plene dicã j̃.qũo de malef.
8 cogno.qñ cri.est noto.†Est ẽt & quintũ in-
dubitatũ indiciũ ꝑ ꝑ euidentiã & qualitatẽ
facti, ꝙ accidit qñ cõstat aliquẽ eruisse ocu
lũ alicui.Nam ex hoc colligit̃ ꝙ iniuria illa
fuit atrox, vt ar.ff de fer.l.2.ĩ fi.uel quoties
qs dixerit alicui,vel fecit ñ dicẽda uel faciẽ
da. Nã ex hoc & qualitate facti huius appa
ret,

ADDITIONES.

a ¶Sponte facta. *Adde Pet.de Anch. consi.172. Alex.cons.1.3.lib. si tamen confessio non sit verisimilis,non poterit damnari, ita* Pet. *de Anch. cons 23.& Rapha.Cuma cons.154 Ber.*

b ¶Damnari. *Adde Old.cons.192.vbi dicit,ꝙ Salomon non voluit damnare mulierem de plagio. Item damnauerit ad restitutionem, & eandem sententiam tenet Paul.de Cast.cons.197.in primo impressis. vbi dicit, ꝙ propter dicta Gan.defendit quendam a morte, contra quem erãt indicia adeo urgentia,quod humana mens aliter credere non poterat & idem tenet Alex.cons.15.1.lib.& cons.14 3.lib.Cep.consi.32. Ber.*

c ¶Videtur. *Adde limitandum ut per Pa. de Ca consi 219.in 1 impressis.Ber.*

d ¶Cum illa. *Adde vt per Ro. cons.316.Ber.*

e ¶Assertioni. *Adde vt per Fran. Are.cons.165. vbi dicit, ꝙ nullum est maleficium ita notoriũ quod nõ possit habere aliquam executionẽ. Ber.*

ret, ꝙ dolo iā iniuriā dixerit uel fecerit, ut
C.de iniur.l.ſi non conuitij.& C.ad le.Cor.
de ſica.l.j.aut quoties conſtat aliquē alium
occidiſſe vel vulneraſſe,vel cōtra eū gladiū
traxiſſe. Nā ex tali euidentia facti apparet,
ꝙ dolo fecerit hoc,& ex ſui animi prauita-
te,& iō puniendus,ut ar.C.de ſica.l.j.& l.is
qui. & no.d.Azo.in ſum. eo.tit.§.occidere
6 aūt. † Sextum uero indicium indubitatum
eſt,ꝙ accidit frequenter, quoties iudex uel
quis alius,qui iuriſdictioni præeſt alicuius
ciuitatis,caſtri vel villæ (cuius officiū non
conſiſtit in denunciando tm̄, ſed cōſiſtit in
inquirendo & puniendo)diſcurrit per ciui-
tatē,villā vel caſtrum,cā ſuū officium expli
cādi,& inuenit,& uidet aggreſſores, uel ali
quem aliqđ maleficium cōmittentem, aut
arma portātem uetita,uel de nocte eūtem,
uel [illegible] uetitas deferentem cōtra interdicta
ciuitatis.Nā & tunc tali caſu ſatis dici pōt,
& vr̄ iſtud fore tale indubitatum indiciū,
ꝙ ex eo ſolo nulla alia ſuꝑ eo crīe probatio
ne reperta, poſſit ipſe iudex ſnīam diffiniti
uā ꝓferre, q̄a illud crimen,ſeu illud tale fa
ctum dr̄ eſſe iudici, nō ut priuato notoriū,
ar.ff.fi.reg.l.ſi irruptione, §.fi.& ff.de fer.l.
2.in fi.& de offi.p̄ſi.l.illicitas,§.ueritas. Sa-
tis.n.dr̄ probari crimen,ꝙ ſub oculis ſubij-
citur iudicātis more iudiciario inq̄rentis,
cū oculorū inſpectio habeatur ꝓ quadam
ſpecie ꝓbationis &c.nec his obſtat ꝙ aliàs
dr̄,& no.C.de acc.l.ea quidē. ubi dr̄ denun-
ciationi officialis nō eſſe credendū, q̄a hoc
locum hēt, qn̄ officialis offm̄ ſolum in nun
ciando conſiſtit,ꝙ dic plenius,ut no.s̄.qūo
10 per denuncia. de malef.cogno.† Ponitur &
ſeptimū indubitatū indiciū.ut ecce eſt quę a
dā camera habens tm̄ unū introitum & exi
tum, aliquis viſus eſt exire dictam camerā
pallidus cū gladio ſanguinolēto in manu,
in qua camera inuentus eſt hō mortuus re-
center.& ita intelligitur, C.de ꝓb.l.ult.Nā
palliditas, ſiue trepidatio eſt unū indiciū,
ut ar.ff.de qō.l.de minore,§.pe.& aliud in-
diciū eſt gladius. Nā cōtra deportantes ar-
ma,lex p̄ſumit oē malum, ut in Auth.de ar
mis.in plurib. locis, et C.ui armorum uſus
etc.l.j.li.10.Itē ꝙ gladius erat ſanguinolen
tus, eſt aliud indiciū.In hoīe.n.occiſo gla-
dius ſolet eſſe ſanguinolēt⁹, et ex qualitate
facti capit cōiectura,ut ff.de do.inter uir.et a
uxo.l.uirū,et q̄a raro talia inueniunt̄ indi-
cia,ſubijciamus duo alia exēpla de indicijs
indubitatis,ſaluo tñ in pęna imponenda,
11 ut j̄.dicā in §.ex p̄dictis uerior.† Pone igit̄
ꝓ 8.indicio indubitato,ut puta,pone ꝙ ali
q̄s occidit̄ ī una uinea uel alio loco,de quo
inculpat̄ Seius,cōtra quē ſunt hæc indicia,
videlicet, ꝙ ipſe erat inimicus capitalis oc-
ciſi.Itē ꝙ viſus fuit ſolus ambulare cū gla-
dio.Item ꝙ uiſus fuit ſolus fugere de dicto
loco cum gladio euaginato. Itē ꝙ publica
uox et fama eſt,ꝙ ipſe dictū homicidiū cō-
miſit, et ſic intellige d.l.fina. C. de probat.
12 †Ponitur et nonū exemplū.ecce inculpatur
Seius, ꝙ Titium fecit occidi cōtra Seiū iſta
probātur. Primo ꝙ erat capitalis inimicus
Titij.Item ꝙ ille Seius erat prope locum il-
lum tempore, quo factum fuit homicidiū
p̄dictum. Itē ꝙ ipſe perpetrato dicto homi
cidio receptauit homicidā.Itē ꝙ homicida
era tdomeſticus dicti Seii.Item ꝙ ille Seius
iactauit ſe, ꝙ illum Titiū faceret occidi, et
eſt de hoc uериſimile ꝙ faceret. Itē ꝙ olim
aliquæ offenſæ fuerunt inter p̄dictos.Item
ꝙ publica uox et fama eſt,ꝙ dictum homi
cidium fecit cōmitti. hęc omnia ſimul iun
cta vīr eſſe indubitata indicia, ꝙ ille Seius
fecerit cōmitti homicidium s̄. dictum. Ex
prædictis uero indicijs tribus ſup.proxime
dictis, uidelicet 7.8.9.ſcripſit do.Tho.de Pi
perata poſſe ad condemnationē procedi,di
cens ſic intelligi.l.ult.C.de prob.tanq̄ ex in
dubitatis indicijs.Nō ob.ff.de pęn.l.abſen
tem. ubi ex p̄ſumptionibus nemo dānādus
exiſtit,ſed oēs ſapientes quos Boñ. uidi, et
alibi dicunt,et ēt ita uidi conſuetudine ob-
ſeruari, ꝙ ꝑꝑ talia uel ſimilia nō poſſit q̄s
diffinitiue in perſonā dānari a rōnibus et a
iuribus pro hac parte allegatis in q. poſita
ſup.eo.tit.§.q.talis eſt etc.at ſi ex maleficio
ex quo eſſent talia indicia deberet ſeq̄ pecu
niaria pęna, habeat Ptās arbitriū,aliàs non
poſſet locum hr̄e quod ſcripſit dictus do.
Tho. et quod dr̄ d.l.ult.C.de prob.et ita ui-
di ſępius obſeruari. Rō eſt,quia ubi maius
periculum etc.ut ſup.in d.q.no.Illud tamē
in ſumma notandum eſt, ꝙ omnia p̄dicta
indicia,de quibus hr̄ mentio s̄. eo.ti.per.to
tum

ADDITIO.

a ¶Damnari. *Adde uidendos Doct.in conſilijs ad leg.ſupra in verbo,etiam damnari.Ber.*

tum.non adeo indubitata dicuntur, quin
aduersus ea possit probari cōtrariū, pterq̄
in casu illo, vbi est iuris & de iure præsum
ptio contra aliquē de dicto delicto, vt nota
tur s̄.qm̄ nihil est adeo indubitatum, quin
quandam solicitam dubitationē recipiat,
vt in Auth.de Tabel.§.si vero.col. 4. & C.
toritate.arg. C.de iud.l.nullꝰ, & de iure fis.
l.prohibitam.in fi.& publice dictum crimē
non priuatum erat iudicandum reipub.cā,
sicut cetera crimina per domesticos non
commissa,vt ff.de pe.l.respiciendum,§.fur
ta domestica,& ff.deposi.l.j.§.merito.Nam
qualiscunque esset talis accusatio, siue cri-
men illatum,non accusantis voluntate,sed
iudicis cognoscentis autoritate aboleri de-
bet,vt ff.ad Turpil.l.j.§.accusatore.ibi.quē
mouet &c.& ff.de custo. reo.l.si confessus,
q̄d plura dānatū vel addictū supplicio, ne-
mini licet tenere vel vindicare. multomi-
nus occidere,vt C.de app.l.addictos.Ratio
est,quia a publico tenebatur,& publice pu
niebat,cuius supplicium nemini cuiuscun
que dignitatis uel religionis, licet punire
vel impedire.arg.ff. depo. l.si hominem. &
de cond.cau.da l.cum seruus.insuper nega
ri non potest,ꝙ iste non sit homo commu
nis ratione delicti, & custodiæ, & executio
nis faciendæ, & hæc omnia publico com-
petunt & non priuato,vt ff.ad munici.l.de
iure.& auth.qua in prouincia.& per d.l.de
cust.reo,& C.de preca.plus dico,ꝙ videtur

expressum,vt ecce qui confessus in iudicio
reum, & propterea detentum in vinculis
emiserit,l.Iul.mai.tenetur,vt ff.ad l.Iu.ma
ie.l.cuiuscunque.in fi. & quis magis emit
tit,q̃ qui interfecit,sunt etiam paria aufer
re,frangere,& delere,& si.vt ff.de iuri. om.
iud.l.si quis id.§.j.& ff.vi bo.rap.l.prætor,
§.loquitur.& ff.de ser.corru.l. in hoc iudi-
cio, Item licet cōe concesserit potestatem
capiendi & offendendi cuicunque, nonne
& sibi reseruauit?certe sic,vt ff.deapp.in fi.
l.j.quia non propterea a se abdicauit,vt ff.
de offi.eius cui mand.est iuris.l.j.in fi. & si
quis dixerit hoc ius, & hoc punire cōi, &
alijs ĩsolidum competere, dico ꝙ est a cōi
præuentum,& sic alijs denegatum,vt ff.de
iu.l.si quis postea,& de iur.omn.iu.l. cum
quædam puella.nā & hoc est ius in omni-
bus quibus insolidum cōpetit, vt de duo.
reis,l.ex duob.idem in criminalibus & ac-
cusationibus, ff.de accus.l.si cui.§. ijsdem.
Imo amplius dico ꝙ si ēt priuatus ad hāc
vindictam concurreret cōe tanq̃ magis ido
neum, & maius deberet ꝓferri, vt ff. de ac
cus.l.si plures.& ff.de fi.instru.l.fi.vel tanq̃
dn̄s, & cui hoc ius directe competit, vt C.
de nouat.l.3.no.vel quia cōis voluntas est
fauorabilior & æquior,& via iuris & iusti-
tiæ,altera vindictę singularis & priuatę,&
quasi horribiliter,vt ff.de reg.iu.l.inter pa
res.& C.qui bo.ced.poss.l.fina. Nec potest
ignorantiam allegare, qui sciebat iurisdi-
ctionem inceptam a communi, & cui rei
petebatur,vt ff.depo.l.si hominem.& scie-
bat commune inchoasse,& velle exequi vi
gore iustitiæ,& sic sibi ꝑ consequens dene
gatum Nam per extrinseca colligūt intrin
seca,ad quod bene accedit, ff. de diuor.l.si
circa fi.præterea probatur euidentissima ra
tione, quia statutum dēt intelligi de eo, q̄
est in sua potestate,& nō cōis custodia.Nā
q̄ est in bāno & sua libertate, & est inobe
diens in nō ĩueniēdo & factus est hostis nō
parens,nec se capi ꝑmittens,hunc talem ꝑ
missum est capere & occidere, q̄a talis sua
contumacia auget pęnam. vt ff. de pœn.l.
relegati & de tabul.exhi.l.locum,§.condē-
natio,sed cum est apprehēsus,& in cōis po
testate,cessat talis contumacia,quæ erat in
non veniendo, & si permisit se capi, cuius
causa permittebatur occidi, licet non esset
pęna,quæ est a cōmuni imponēda ratione

præ-

prẹteritæ eorũ cõtumaciæ,& iniuriẹ illatæ
cõi,quæ forte per ſtatutũ eſt ſibi imponen
da, quia cõis debitor factus erat,& ſublata
iniuria,quam committebat in non uenien
do,in ſe permittendo capi,poſtq̃ in fortiã
cõis peruenit,quia in his oĩno non eſt con
tumax,licet quia fuerit citatus aliq̃s re, &
uerbo,ut ff.de in ius uoc.l.pleriq;. & ſi uer
bo citatus,non uenit , licet aliqua pœna ei
ꝑꝑ ſuã contumaciam imponat,uel ſit im-
poſita,ſi tñ poſtea per uim comprehenſus
ueniat,non eſt amodo plus cõtumax , quia
uenit,& ita ceſſante illa cauſa, & iniuria,q̃
quotidiẹ cõmittebat in non ueniendo,ceſ-
ſat effectus illius quotidianæ iniuriæ,& ꝓ
pterea occidi à priuato non potuit, Et hẹc
probo ꝑ duo argumẽta, quia trãsfugis nõ
datur poſtliminiũ,ſed captis ſubuenit, vt
19 ff.q.ex ca.ma.l.item ei q.†Item nec tranſ
fugam nec hoſtem licet occidere, poſtq̃ ca
ptus eſt,niſi republicæ,cui uindicta à iure
permittitur,ut ff.de pẹ.l.aut damna,§.j. &
ij.& l.ſi quis,§.j.Simile bãnum eſt in feris
beſtijs,q̃ ad nos pertinent,quandiu in no-
ſtra ſunt cuſtodia,& nulli licet eas capere,
cum uero euaſerint &c.occupanti concedũ
tur,ut ff.de acqui.re.do.l.3.in fi. nam ſi ad
mitteretur,eſſet exemplũ pernitioſum , ut a
ff.de pœ.l.ſi quis,§.q abortionis.C.de ꝓb.
l.exemplo.ad hoc eſt de his,q dicunt delin
quẽtes ad magiſtratus puniẽdos,ff.de furt.
l.interdũ,§.qui furem,& de ſer.fug.l.j.§.fi.
& l.ad publicum,quibus legib.colligit , ꝙ
ex tũc ſunt ſecuri,licet antea potuerint of-
fendi.& facit C.de exac. tribu. l.j.& 3. &c.
20 Super q.ij.an bannitus, qui ſoluit vel ſatiſ
dedit de ſoluẽdo, potuerit impune occidi,
uꝛ̃ ꝙ ſic.arg.legũ allegatarum ꝓ hac parte
ſupra ꝓxi.q.& facit ex̃ de ſen.excõ. c. ꝙ in
dubijs.Item in dicto ſtatuto continetur,ꝙ
ex quo ſatisfecit trahatur de banno , ergo
interim eſt in bãno.arg.ff.de in integ. reſt.
l.nam & ſi.ff.de ædil.edic.l.bouem,§.pe.&
ſi durat bannũ,& pœna . Itẽ cũ plura ſunt
neceſſaria,ad aliquid obtinendũ , ſi aliquid
defuerit,id nõ ualet,ut ff.de iti. actuq; pri.
l.3.§.ĩterdictũ. Item ſicut alibi neceſſe eſt
quẽ ſcribi ĩ numero militũ, ut de numero
habeatur,nec ſufficit quẽ eſſe electũ, ut ff. a
de re mili.l.ex eo.& C.de cohor. l. quicũq;
ita nõ ſufficit quẽ eſſe in eo ſtatu , ut eximi
debeat de numero bannitorum, niſi fuerit
exemptus,ut cõtrariorũ eadem ſit diſcipli-
na,cum nihil tam naturale eſt &c.ut C.q̃n
lic ab emp. diſce.l.j.& 2. Econtra uꝛ̃, ꝙ de
banno habeatur exẽptus.arg.l.ff.de re mil.
l.filiusfamilias. Nam & domus pro cõbu-
ſta hꝛ̃,ad quã ignis prope uenit, ut ff.quod
ui aut clam,l.ſi filius,§.eſt & alius,& q pa-
ratus eſt dare,ſimilis eſt danti,ut in Auth.
ut exact.do.fi.§.ult. & q̃ habent ſe ad eſſe,q̃
negotiũ non ſuſpendunt,ut ff.de noua.l.ſi
pupil.Item inceptum uꝛ̃ factũ , & ꝓ facto
hꝛ̃,ut ff.de au.& ar.leg.l.& ſi non ſint,§.q̃d
ergo,nam ut ibi in explemento negotij re
ſurgere hẽt fauor, ita hæc liberatio & exẽ-
ptio de bãno . ut negotium cẹptum hꝛ̃ pro
completo & conſummato, ut ff.mand.l.1.
ff.de teſt.l.de qua ætate , & de uſucap.l.in
uſucap.& ff.de min.l.deniq;,§.minorẽ. Itẽ
iſte bannitus habet actionẽ, ut examinatur
de banno,ergo ip ſam rem, i.effectũ exem-
ptionis habere uꝛ̃,ut eximatur,ut ff.de reg.
iur.l.qui actionẽ. Item debitor reipub.poſt
ſatiſdationẽ honorib. rectè fungitur, ergo
multò magis pẹnã euitat , ut C.de deb.ci.l.
j.§.ſi ſuper. Item ceſſante cã ceſſat effectus,
ut ſup.in ꝓxi.q.notaui. Sol.do.Iac.de Lar.
ſoluit hanc q.dicens,ꝙ iſte bannitus occidi
a non potuit*a* ſinẹ pẹna, cum poſt ſatiſdatio
nem uel ſatis factionẽ euanuit uirtus bãni,
& bannitũ accipere debemus cum effectu,
ut ff ne quis eum,l.ſi per alium.& ff.quod
quiſq; iur.l.3.§.hæc uerba.Nam nõ poteſt
dici bannitus , qui ad cancellationẽ banni
habet actionem , & contra uires banni ha-
bet exceptiones:nam cui damus actionem,
multofortius exceptionẽ, ut ff.de ſuperfi.
l.j.ff.de re iud.l.inuitus, §.q dã. ſicut & nõ
dꝛ̃ obligatus,qui exceptione eſt tutus,ut ff.
de reg.iur.l.nihil intereſt, & ff.de cond.ob
turp.cau.l.pen.ff.de dolo,l.eleganter, l.ſer-
uus pactionis . Item ita demum occiditur
quis, cum ex eius parte bellum ſit illicitũ,
ita ꝙ reſiſtere ſibi nõ liceat , ut C.de his q
ad eccle.confu. l.3. & C.de ſer.mili. l.2.&
aliàs eſt bellũ illicitũ ex parte offendentis,
cum

ADDITIO.

¶Non potuit. *Adde dicendam ut per Pau.de Caſt conſi.4.& 193 in primo impreſſis.Alex. conſi.77.3 lib.Angel.conſil.288.Cep.conſi.6.& 39.Bernard.*

cum nefas sit hoïem homini insidiarij, vt ff.de iusti.& iur.l.vt vim, cum ergo non liceat resisti banno post satisdationem vel satisfactionẽ, ergo non licet offendi. Non obstat c.qui in dubijs, quia illud habet locum in sñia excõicationis, quæ difficilius tollit̃, vt ext.de transla. præla.c. inter corporalia. Hæ duæ qõnes fuerunt disputatæ in ciuitate Paduæ in scholis, per do. Accur. de Regio, & solutæ, vt s̃. ꝓ qua etiam solutione, aureæ sint leges ff.de reg.iur.l. non singulis, & C.de malefi.& mathe.l.vlt.& optimè etiam facit si subtiliter intelligatur, C.de Iudæ.& cel.l.nullus, cum legib. ibi no. per quam legem idem do. Accur. dixit se terminasse quæst. de bannito offenso, cum in publica custodia teneretur. Gand.

Quid sit agendum reo præsente, & non contumace. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Reus quando præsens est, & non contumax, quid facere debebit.*

2 *Accusato Titio ꝙ commiserit homicidium Parmæ, si ipse dicat ꝙ fuit commissum Cremonæ, nõ tamen confiteatur se commisisse homicidium, an hæc exceptio prius decidetur, & quid fiet si maleficium sit commissum in confinio vtriusque territorij.*

3 *Accusatione ut supra stante, si non appareat in quo territorio maleficium sit commissum, quid erit faciendum.*

4 *Accusato comparente si confiteatur vel neget delictum, quid agendum erit.*

5 *Delictum graue quod dicatur esse.*

6 *Accusatus comparens & dans fideiussores de parendo iuri, & condemnatione soluenda, si relaxetur, & postea uocetur per iudicem, ille vero non compareat, quid erit faciendum.*

7 *Fideiussoribus datis, ut supra, si admoniti nõ præsentauerunt principalem, an & quomodo contra eos proceditur.*

8 *Fideiussor, ut supra in exigendo pęnam quam soluit, an seruabit ordinem iudiciarium.*

9 *Fideiussores si nõ possunt exhibere reum, pro quo fideiusserunt, an poterunt eum plene defendere, aut inducias ad eum præsentandum petere.*

REo autem cõparente & veniente ad mãdata Potestatis, quid sit agendum
1 †videamus. Et certè ipse reus poterit suas exceptiones opponere, si quas habet, tam dilatorias, quàm peremptorias. Nam sicut in causis pecuniarijs talis exceptio dẽt opponi in initio, i. ante lit. contest. vt C. de except.l.vlt.& pen.& de proba.l.exceptionem, ita & in criminalibus causis debet obseruari, vt ff.de adul.l.si maritus, §.pręscrip.& vt no.s̃ de procu.§.vlti. vnde ante lit.contest. poterit opponere, ꝙ accusator sit seruus, pupillꝰ, mulier, vel similis, vel ꝙ non sit de iurisdictione iudicis. Si aũt reus non habet aliquã de p̃dictis exceptionibus, tunc iurabit de veritate dicenda, & nomen eius recipietur inter reos. Item vr̃ ẽt ꝙ ipse reus ante li.contest. debeat opponere exceptiones peremptorias, vt d.§.p̃scriptiones. Circa q̃ dicit do.Odof. ꝙ exceptiones dilatoriæ & peremptorię, sicut in ciuilibus, ita & in criminalibus debent opponi ante lit.cont. per iura superius alleg. sed exceptiones peremptorias dicit posse opponi & probari, quandocunq; ante sñiam, vt C.de excep.l. si qđ, & C. sent.rescin.non pos.l.2. Nec obst.d.§. pręscriptiones, vbi innuitur ꝙ exceptiones peremptoriæ debent opponi ante lit.cont. quia illud quod ibi dr̃, speciale est in crimine adulterij, vbi postq̃ nomẽ rei receptum, est inter reos, dictæ exceptiones peremptoriæ opponi non possunt, vt ff.de adult.l 2.
2 §.extraneus &c.† Sed quid si tu me accusas de crimine, qđ dicebas Parmæ esse commissum, ego aũt dico illud maleficium seu homicidiũ fuisse cõmissum Cremonæ, non tñ confiteor me illud commisisse, quæritur an hæc exceptio prius debeat decidi, q̃ nomen meum recipiatur inter reos, vr̃ ꝙ sic cũ hæc quæstio sit emergens, vt C. de dilato.l.à ꝓcedente, & ff.de lib.cau.l.liberis, §.fi. ꝓ qua qõne incidenti, s̃m cõem opi. est ꝓnunciãdum, vt no.d. Azo in sum.C.de or.iudi.circa fi.rub. Tu tñ dicas, & ita sentit do.Guil. de Suz. ꝙ super accusatio. illa est procedendum, non o st. exceptione p̃dicta, vt ff.de iurisd.om.iu.l.cum quędã puella, vnde cũ accusator in sua accusatione posuerit homicidiũ illud, vel maleficiũ fore cõmissum Parmæ, debet accusator Parmæ r̃ndere, verum si in causæ processu probabitur dictũ maleficium alibi fore cõmissum, apparebit Parmensem iudicẽ fore nõ competentẽ, & sic ipso iure non ualebit qđ factum erit, vt C.si a non compe.iud.l.vlt. Si tñ in cõfinio vtriusq; territorij factum fuerit dictũ maleficium, & petat accusatus ꝙ accusator designet

gnet

gnet locũ dicti maleficij, debet & tenetur
hoc facere, ff. de accu. l. libellorũ, & etiã lo-
cum illum designabit ad oculũ, vt Instit. de
gradi. §. fi. ff. fin. regun. l. si irruptione, §. fi.
3 †Sed quid si nõ appareat, vtrum sit factum
illud maleficiũ in territorio Parmę, vel Cre
monæ, quid erit tunc faciendum? respon. ꝙ
fines vtriusq; territorij sunt distinguẽdi &
terminãdi, si autem non distinguãtur, tunc
vterq; Potestas tam Parmæ, q̃ Cremonæ
cognoscet de illo maleficio, ut ff. de excu.
tut. l. iurisperitos, §. cum oriundus. Accusa
tione aũt exposita, si ipse accusatus nullas
habet exceptiones, ꝓcedet in accusatione,
q̃ accusationẽ accusator semper necesse ha
bedit probare veram esse, alioquin obtinet
regula, ꝙ si accusator nõ probat, reus absol
uitur, vt C. de eden. l. qui accusare. Fallit in
casibus, in quibus tam accusato q̃ accusato
ri incumbit onus probandi, ut C. de aboli.
l. vbi, & C. de abol. l. fallaciter, §. quid. Item
obtinet alia regula quę est, vt accusator nõ
probans uideatur & intelligatur calumnia
tor, vt C. de aduo. diuer. iudi. l. j. quod fallit
tñ in marito & alijs, quos non est uerisimi
le calumniari, ut ff. ad Turp. l. j. §. calumnia
4 ri, & C. de adult. l. quamuis. † Sed pone, ꝙ
accusatus cõparuit, & confessus est delictũ, b
vel etiã negauit, quid est iudici faciẽdum?
respon. q̃a aut confitetur, aut negat. Primo
casu subdistingue, quia aut confitet̃ crimẽ
de quo tm̃ pœna pecuniaria est imponẽda,
a & tunc est fideiussoribus a committendus,
vt C. de app. l. eos, §. pen. & ff. de cust. reo.
l. fi. Si autẽ confitet̃ crimen ꝓꝓ quod debet
pœna corporalis imponi, tunc ponẽdus est
in carcerem, ut ff. de cust. reo. l. si confessus,
& l. diuus, & tenendus, donec ex crimine ꝓ
nuncietur cui confesso pœna uelox est im- a
ponẽda, ut C. de cust. reo. l. vlti. debet tñ ille
confessus admoneri, ꝙ suam defensionẽ fa
ciat si quam habet, vt C. de iure fisc. l. defen
sionis facultas, & C. de bo. vacã. l. ult. ibi da
ta copia reclamandi, & facit ff. de quæst. l. j.
§. si quis ultro. ubi sponte cõfesso danda est
defensio ad suam innocentiã excusandam.
Nam probationes & defensiones possunt
fieri vsq; ad sñiam, ut C. de reb. cred. & iure
iur. l. si quis iusiurandũ, & de proba. l. indi
cia, & de transa. l. contentio. si autẽ accusa-
tus negat crimen de quo accusatur, uel cõ- b
tra cum inquiritur, tunc aut agitur de cri-
mine graui, aut de nõ graui, primo casu po
nitur in carcerem, ut ff. de cust. reo. l. diuus.
& indagatio criminis statim debet fieri, ut
innocens absoluatur, & noxius puniatur.
Carcer. n. ad custodiam est inuentus, non vt
pœna imponatur ex carcere, ut ff. de pœ. l.
aut damna, §. solent. Hoc tñ fallit, seu corri
gitur in muliere, quæ ob aliquod debitum
fiscale vel priuatũ, seu ob aliquod delictũ,
vel crimen in carcerẽ non ponitur, imo si
tale sit crimen, quod non sit necesse eam in
carcerẽ ponere, cõmittitur fideiussoribus, si
fideiussores dare poterit, aliàs ꝑstabit iura-
toriam cautionẽ de iudicio sisti, & iudica-
tum soluendo, & relaxabitur. Sed si crimen
sit grauissimũ, de quo hęc mulier accusatur
in monasterium mittit̃, vel mulieribus tra
dit̃, per quas custodiatur, ut in Auth. ut nul
li. iud. §. necessariũ. Si autẽ crimen qđ quis
negauerit, non sit graue, & sit accusatus, tũc
fideiussoribus est relaxandus, ut d. l. diuus.
5 †Sed quod dr̃ esse graue delictũ, respõdeo,
illud pro quo quis debeat personaliter pu-
niri, ut est in crimine læsæ maiesta. ut C. ad
leg. Iu. maiest. l. quis, vel patria prodita, vel
sacramentis rup. C. de abol. l. fallaciter, uel
in furto, vt C. de ser. fugi. auth. suo iure, &
b simi. De his grauibus b delictis, habes no. ꝑ
ordinem, ĩ. de pœ. circa fi. vbi tractantur ca
sus, vbi quis amittit oculũ, nasum, manũ, &
pedem: tundit̃, verberatur, & comburitur,
suspendit̃, & signum imponitur, & eo ipso
qđ quis accusatur de graui crimine, est po-
nendus in carcerẽ, ut no. Accur. C. de custo.
reo. l. 2. in summa, no. ꝙ ad hoc ut quis sit
ponen-

ADDITIONES.

a ¶Fideiussoribus. *Adde Io de Ana. consi. 1. & Pau. de Cast. consi. 346. 3. lib. incip. clarum est iure. in quo cõsi. notabiliter uoluit, ꝙ etiam ubi pœna corporalis uenit infligenda reo, iudex ex causa possit illum fideiussoribus relaxare, sicut potest ex causa pœnam corporalem augere & minuere. cogita tamen quia cum iudex minuit pœnam, delictum aliqualiter punitur, quod forte non puniretur si reus fideiussoribus relaxaretur. vnde cum sit diuersa ratio, non uidetur inferendum iuribus vulgaribus. autoritas viri est magna. Ber.*

b ¶Grauibus. *Adde quæ dicantur grauia delicta Cep. consi. 11. Ber.*

ponendus in carcerē vel fideiussorib.cōmit
tēdus, bonus iudex ęstimabit pro qualitate
crīs vel ꝑꝑ honores, vel amplissimas facul-
tates, vel ꝓ innocētia ꝑsonæ, vel qualitate
dignitate eius q̱ accusat̄, ut ff.de requi.reis.
6 l.1.†Sed pone, ꝙ iste accusat⁹ negauit se fo
re culpa ilē, & dedit fideiussores de paren-
do iuri, & de cōdēnatione soluenda, & rela-
xatus postea añ cōdemnationē req̱rit̄, & in
cōtumacia ꝑsistit in non veniendo, & obie-
ctis rñdeo nunq̱d eius bona erunt annotan
da?dic ꝙ nō.imo alio mō ꝓcedet̄ cōtra eū,
q̱a imponet̄ ei pena pecuniaria, ut ff. si q̱s
ius di.nō obtē.l.j. Et si adhuc cōtumacia ꝑ
seueret, sæpi⁹ admonitus dēt relegari, ut ff.
de pę.l.absentē, §.aduersus, & l.capitaliū, §.
7 j.& ff.an ꝑ al.capi.l.1.†Sed q̄ro nunq̱d pos
sit contra fideiussores ꝓcedi admonitos qđ
principalē ꝑsentent, & si pōt ꝓcedi, qualr
procedet̄.rñdeo, & cōtra fideiussores pōt ꝓ
cedi hoc mō, q̱a aut ꝓmiserunt certā pęnā,
ꝙ illū accusatū exhiberent, & tunc ad pœnā
promissā aget̄, vt ff.si q̱s cau.l.1.& de exhi.
re.l.si quis reum. Si aūt non ꝓmiserunt pę
nā, sed simplr ꝓmiserunt illū exhibere, tūc
pœna pecuniaria pōt iudex eos punire, q̱a
iudici non obtemperauerunt iubenti reum
exhiberi, vt ff.si q̱s ius di.non obtem.l.1.&
hæc pęna seu mulcta applicat̄ fisco, vt C.de
mo.mul.l.mulctarū. Et hoc est verū qñ fide
a iussor nō est in dolo,ᵃ q̱a nō exhibet reum.
Si aūt dolo fecit quominus eum exhiberet,
tunc poterit ex̄ ordinem puniri, vel poterit
relegari ad tp̄s, vel fustigari, vel acerbe pote
8 rit ꝓcedi cōtra eū, vt ff.de req.re.l.si q̱s reū.
& C.de fideiuss.l.si quis Barsatorā &c.† Sed
b nūquid fideiussor in exigēdo hanc pęnā, te
nebitur dare libellum,ᵇ &c.ordinis iudicia-
rij facere?& determinatū fuit ꝙ non, per id
ꝙ no.Accur.C.de epi.& cle.auth.gñaliter.
9 in gl. q̄ inci. nunquid ex hac.& ita ibi di it
Raph.†Sed quæro, pone ꝙ fideiussores non
pñt exhibere reū pro quo fideiusserunt, sed
volunt eū in iudicio defendere plene, & in
se iudiciū suscipere: q̄ritur, an possint. Vel
pone, ꝙ petant inducias ad eum ꝑsentādū,
s̄m ꝙ in cā ciuili conceditur fideiussori, vt
C.de fideiuss l.sancimus. Resp.primū nō ad
mittitur ꝙ possit defendere illum reū, quia
ad crimē publici iudicij frustra procurator
interuenit, vt ff.de pub.iu.l.pe. §.ad crimē,
p̄terq̱ illustris persona, vt C.de pub.iudi.l.
si. Itē quia iam puniretur qui nullū malefi
cium cōmisit contra iura, cum pœna suos
debeat tenere autores, vt C. de pœ.l.sanci-
mus. Item si fideiussor puniretur capite vel
aliter in ꝑsonā, vel relegaret̄ vel exportare-
tur, nunq̄ hoc posset repetere, ꝙ secus est in
cā ciuili uel pecuniaria, & hoc qñ ille reus
erat puniēdus pęna relegati, uel ultra quia
aliàs admitteret̄ defensor, ut plene de hac
materia no.s̄.de procu. & no.ff.de procu.l.
seruum quoq;.§.publice vtile est. & d.§.ad
crimē, ꝙ aūt fideiussor possit pręsentare, bñ
dabunt̄ inducię.C.de fideiuss.l.sancimus.G.

ADDITIONES.

a ¶Dolo. *Adde ut per Cep. cons.25. & promittēs reum præsentare toties quoties liberatur præsentando bis, secundum Ro.cons.15.Ber.*

b ¶Libellum. *Adde Spe.& Io.An. in addi.Spec. in tit.de fideiuss.§ sequitur.in prin. Ber.*

---

a De quæstionib.& tormē.ᵃ Ru.

ADDITIO.

a ¶Tormentis. *Adde quod dicatur tormentum, Alex consi.57.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet de facili neque repente ad tormenta seu quæstionem prosilire.*
2 *Quæstio non ex quolibet maleficio, neque ex qua libet causa, neque indifferenter de qualibet persona est habenda.*
3 *Quæstio quando sit adhibenda.*
4 *Quæstio quando repetenda.*
5 *Iudex quæ temperamenta secum habere debeat in quæstionibus.*
6 *Questio quid sit.*
7 *Quæstionibus subijci quæ personæ valeant.*
8 *Testis, an torqueri possit.*
9 *Torqueri qui non possint.*
10 *Quæstio qūo sit hēnda, & cū quo moderamine.*
11 *Quæstio quo ordine habenda est, quando plures sunt torquendi.*
12 *Torqueri homines ex quibus causis possint, & quando liber homo torqueatur.*
13 *Quæstionem quæ præcedere debeant.*
14 *Indicia quæ & qualia debent q̄ōnem præcedere.*
15 *Quæstionis quis sit effectus.*
16 *Reus quæstionibus subiectus si de alio confiteatur, an illius dicto sit standum.*
17 *Reo in quæstionibus alios inculpante, an illi erūt quæstionibus subijciendi.*

18 Tortus nominat aliquem mala fama & conditionis, an nominatus poterit torqueri in casibus non exceptuatis.

19 Tortus indicijs p̃cedentibus confitetur se illud furtũ fecisse, an poterit torqueri & interrogari de alijs furtis, ad q̃ nulla indicia habemus.

20 Tortus qui nihil dixit, an poterit repeti.

21 Tortus si dicat, teneatis me ad tondulum quantum vultis, quia nihil dicã cum sim innocens, an statim de tormento est deponendus.

22 Tortus fuit quidam a Potestate Bononia causa maleficij commissi in comitatu Bononia, pro quo tamen nõ debebat pati pœnam corporalẽ, qui confessus est se fecisse aliqua furta Mutinæ, an iste Potestas poterit eum punire.

23 Reo indicato, iudex vult eum torquere, ipse dicit, detis mihi defensionẽ meã, quia uolo tollere indicia &c. an danda erit dilatio ad se defendendum.

24 Confessus in tormentis, & perseuerans si dicat se errasse, an audietur.

25 Confessione in tormentis facta, non habita perseueratione, quid operabitur illa confessio.

26 Tortus non p̃cedentibus indicijs, si confiteatur homicidium, & perseueret, an possit damnari.

27 Confessio in tormentis facta, an praiudicat, nisi sit perseueratum.

28 Confessio qua dicatur facta metu tormentorũ.

29 Confessio facta a ducto ad pedem tormentorũ, non ligatis manibus de retro, sed adhibitis minis de torquendo nisi confiteatur, an uidetur facta metu tormentorun, vt dicamus illam nõ ualere nisi fuerit perseueratum.

30 Confessio facta extra locum in quo homines torquentur, iudice dicente, aut confitearis, aut ducam te ad torturam, inferendo sibi metum, an videatur facta metu tormentorum.

31 Statuto ciuitatis dicente, quod quis non possit poni ad torturam, nisi in certis casibus, Potestas auidus honoris, fecit ponere reum in aliqua turri, denegando ei cibum & potum usque quo confessus fuit, an talis confessio dicatur facta metu tormentorum.

32 Perseueratio in quo loco fieri dẽat & qualiter.

33 Perseuerationis tempus quantum distare debet ab hora confessionis.

34 Quæstioni qui debeant interesse.

35 Iudex adeo modum excedens in tormẽtis, quod tortus uel deficit, aut in membro debilitatus est, an tenebitur, & quo iure tenebitur.

36 Indicium sufficiens ad torturam, an sit probato maleficio per unum testem de uisu.

37 Milites nostri temporis, an torqueri possint.

38 Aduocati an torqueri ualeant.

39 Infamatus contra quem fuit de crimine probatum per publicam uocem & famam ortam incontinenti commisso crimine, in loco criminis, & a personis fide dignis, an poterit torqueri.

40 Infamatus post aliquod tempus publica uoce, & fama maleficij commissi, ita occulte ꝙ non constabat de malefactore, qui aliàs est homo malæ conditionis & fama, an possit torqueri.

41 Statuto dante liberum & generale arbitrium Potestati inquirendi & puniendi maleficia, &c. an poterit contra delatum de crimine ad torturam procedere sine indicijs, & non nulla alia de arbitrio Potestatis.

TRACTATVRI plenius de q̃õnibus & tormentis, vidẽ dum est quid sit q̃stio, q̃ ꝑsonæ pñt torqueri, qualiter dẽat q̃stio fieri, seu cum quo moderamine, quo ordine sint hoĩes torquendi, ex quibus causis, & q̃ oporteat p̃cedere qõnem, & q̃s sit qõnis effectus. denuo formabo circa materiam aliquas bonas qões & vtiles. Et vt iudicibus immodice seuientibus q̃dam tẽperies adhibita videatur. Primo notanda
1 sunt quinque magistralia. † Primum ante oĩa, ꝙ oĩs iudex qui de aliquo qõnem hr̃e intendit, ante omnia hr̃e dẽt iuris & humanitatis considerationem hanc, s. vt non facile nec repente ad qõnem prosiliat, si aliqua alia via leuiori vel veriori põt obiectis crĩs veritas inueniri, quãtuncũq; adsint indicia vel verisimilia, ar. ff. de quæst. l. diuus. 1. & 2. resp. & l. edictum, & C. eo. l. quoties.
2 Scd̃m no. ꝙ † nõ ex quolibet maleficio, nec ex qualibet causa, nec indifferentèr de qualibet ꝑsona habenda est q. vt d. l. edictum.
3 † Tertium no. ꝙ non quælibet indicia sufficiunt ad torturã habendã, tunc. n. torquendus est reus, cũ suspectus est, & indicia p̃cesserunt verisimilia, talia ꝙ quasi sola torq̃ndi confessio esse videatur, vt ff. e. l. j. 2. resp.
4 † Quartũ no. ꝙ in q. non est aliquis repetendus de iure, nisi duo cõcurrant, & ꝙ noua supersint indicia, & ꝙ tortus in fortitudine corporis animiq; durauerit. ar. ff. eo. l. vni⁹. §. j. licet de cõsuetudine multi assessores hoc nõ seruẽt, vt ĩ. subijciã. eo. ti. §. itẽ q̃
5 ro ꝙ. † Quintũ no. ꝙ iudices hoc tẽperamẽtum teneãt, ut tormenta nõ sumant de aliquo immẽsa, nec quãta postulauerit accusator: sed prout moderatæ rõnis tẽperamẽta desi-

desiderant,adeo ꝙ tortus,sanus,seu saluus
innocentiæ, seu supplicio conseruet̃,ut ff.
co.l.de minore,§.tormenta, & l.q̃onis mo-
dum,aliàs tenet̃ iudex,vt ff.de iniu.l. apud
Labeonem,§.q̃onis,ver.ibi teneri eum &c.
6 †Incipiamus à primo,s.quid sit quæstio,&
quidem q.est inquisitio quę fit ad eruendã
veritatem ꝑ tormenta & corporis dolorẽ,
vt ff.de iniur.l.itẽ apud Labeonem, §.adij-
citur,ver.q̃onem,& ff.ad Sil.l.j.§. quæstio-
7 ne.† Quæ ꝑsonæ torqueantur seu torqueri
pñt, & certè torqueri pñt tã liberi, q̃ serui
libertini,& statuliberi,vt ff.eo.l.edi.& l.sta
tuliberi,& l.diuus, & tã masculi q̃ feminæ
nisi sint p̃gnantes,vt ff.de pę.l.p̃gnantes,&
q̃q̃ contrariũ q̃dã dixerint, dic indubitàter
liberos hoĩes tã in seipsos , q̃ in alios posse
torq̃ri,vt ff.e.l.ex libero.in prin.& l.vnius,
§.testes,& C.ad l.Cor.de fal.l.pe.sicut & l.si
q̃s decurio.& ff.de re mi.l.ꝓditores,& C.e.
l.milites,vbi ĩdistinctè loquit̃,& quo adcri
mina,& quo ad ꝑsonas cuiuscunq; cõditio
nis, excepto ꝙ in dignitate posito torqueri
ꝓmittit,& facit C.de infa.l.nullum,vbi de
hoc no. Accur.& C.de asse.s.l.nullum, ad fi.
8 q̃ oĩa iura loquuntur de q.habendis de libe
ris hominib.† Hæc quæstio,an testis possit
a torqueri,rñdeo sic,si vacillet,*a* & dicat se in
terfuisse illi negotio, & postea interrogatꝰ
dixit se nihil scire. Nam si dicat se non in-
terfuisse,& nihil scire,non potest torqueri,
quia dicta duo debẽt interuenire,s.ꝙ vacil-
let & ꝙ interfuit facto,vt ff.eo.l. ex libero,
in prin.& l.unius,§.testes,& facit ad tortu-
ram habendam,C.de epi.& cle.l.presbyter,
9 & in Auth.de testi.§.sancimus.† Excipiun
tur quidam quos ius torqueri non sinit:q̃-
dam videlicet ꝑꝑ ętatem,quia minores 14.
annis, qui licet torqueri non pñt, torqueri
tñ pñt ferula vel corrigia leuiter ad eruẽdã
veritatem,vt ff.ad Sill.l.j.§.impubes,& l.ex
cipiuntur,ff.eo.l.de minore,j.resp. & l.ex li
bero,§.de minore.Itẽ qui in ætate decrepi-
ta sunt,non pñt torqueri. Et quæ sit illa
ętas decrepita,dicitur ff.ad Sill.l.3.§.cogno
scitur.Item in dignitate positi non torquẽ-
b tur,ut eminentissimi milites, *b* & decurio-
c nes,*c* & filij & nepotes eorum,ut nec in eis
aliqua corporalis macula aspergatur,ut C.
eo.l. milites, & l.diuo Marco. & l.decurio-
nes,& ff.de decu.l.fi.Solet in quibusdã crĩ-
bus dignitas non p̃bere excusationem , nec
minor ętas,quin torqueatur,vt in crĩe les̃
maie.l.proditorib.& quibusdã alijs, vt ff.e.
l.de minore,j.resp.& l.ex libero,§.j.& ff.de
re mili.l.desertorem, §.is qui. & l.prodito-
res.Itẽ decuriones & alio casu torquentur,
cum tꝑe decurionatus q̃ritur de fide instr.
ꝙ ante decurionatũ cõfecerunt, vt C.ad le.
10 Cor.de fal.l.si quis decurio.†Qualiter aũt
q.sit habẽda,& cum quo moderamine? dic
ꝙ nõ est in immensum habẽda, nec in quã
tum postulauerit accusator, sed vt modera
tæ rõnis tẽperamenta desiderant,ut ff.eo.l.
de minore,§.tormenta. Et suꝑ hoc nõ põt
certa doctrina dari, sed iudex debet conside
rare cuius formidinis,*d* & cuius debilitatis, d
& cuius valetudinis,& cuius ætatis sit quĩ
torquendus est,vt s̃m varietatẽ ꝑsonarum,
& uarietatem criminis,seu alterius negotij
qualitatem,vtat̃ tormẽtis,q̃nque à superio
ribus,q̃nque à minoribus,ꝙ hęc sint consi
derãda,probatur ꝑ iura, vt ff.de re mi.l.3.
§.fi.ff.ad Sill.l.si quis in graui.in prin.& §.
subuenitur,& l.j.§.impubes,dic ergo sic, iu
dex torq̃at reũ vt innocentię vel supplicio
eũ seruet incolumẽ,ut ff.e.l.q̃onis modus,
11 &c.† Nunc uidẽdũ est,quo ordine sint ha
bẽda tormẽta,& certè si de plurib.sint habẽ
da, sagax iudex considerabit à quo facilius
veritas erui possit, & ab illo q̃onẽ incipiat,
tanq̃ à timidiori,& magis suspecto,& à mĩ
nori,& à magis debiliori,& non à fortiori,
ut ff.e.l.j.§.j.& l.unius,j.respon. Itẽ si sunt
torquendi pater & filius,à filio est incipien
dum in cõspectu p̃ris,q̃a ꝑ hoc citius dicit
p̃r, quia pater magis veretur de filio , q̃ de
seipso,ut ff.ꝙ met.cau.l. isti q̃dẽ,& Inst.de
noxa.§.veniẽs.Itẽ fœmina citius torquẽda
est q̃ masculus,quia homo tanquàm maio
ris constantiæ,tardius confitetur, & mulier
citius , quia momẽtaneum & instabile cor
ha-

ADDITIONES.

a ¶Vacillet. *Adde Ale.cons.63.2.li.Ce.cõs.61.B.*
b ¶Milites. *Adde Fulg.cons.173. ubi dicit, ꝙ nec doctor torqueri potest.Ber.*
c ¶Decuriones. *Adde ꝙ Ce.consuluit cõtrarium, & ita dicit seruari de cõsuetudine & allegatẽt authorẽ inf.sub ru.an cõsiliarij possint torq̃ri.B.*
d ¶Fortitudinis. *Adde quod Bal.cõs.270.dicit ꝙ bene facit iudex si adhibet medicos in tortura, q̃a aliqui sunt molles carne,et aliqui debiles.B.*

habeat, vt ff.de inof.test.l. filia in orbitate,
& ff.de iu.fis.l.deferre, in prin.& ext.de ver.
12 sig.l.forus, in fi.†Ex quib.aũt causis homi
nes torqueantur, respondeo ciuili & crĩali
cã, & tunc cum veritas aliter reperiri non a
põt, vt ff.co.l.ex libero, & C.e.l.quot. & ut
no.Azo in sum.eo.ti.§.torquẽdi, non tñ ex
oĩ causa quilibet torquẽdus est, nec q̃libet
p̃sona, vt ff.co.l.edictum, vnde vr̃ ꝙ de ali-
quo libero hoĩe nõ possit hr̃i q. nisi in atro
cioribus & grauioribus delictis, & non pro
leuibus, ut dicit d.l.edictum, & ita no.in
scholis d.Fed. de la Schola, & dixit ꝙ l.di-
13 uus, loquitur in seruo &c.†Quæ aũt debẽt
p̃cedere quæstionẽ, dic indicia sufficientia
& verisimilia, nã à tormentis incipiendum
non est, ut ff.co.l.j. j.resp.nam sine indiciis
& p̃sumptionib.quis torquẽdus non est, ut
ff.e.l.minor, §.in ea.& l.maritus, l.fi.& C.d̃
fal.l.sicut, ad fi.& C.d̃ qõ.l.pridẽ.& l.ad mi
lites. Et certè est valde a rectorib.considerã
dum & ponderãdum, nunquid p̃cedant in-
dicia sufficiẽtia & uerisimilia, ad hoc vt ha-
beat̃ qõ de aliquo, cum talis appellatio vel
restitutio subsequens prodesse non possit.
Nam pleriq; cum torquent̃ perire solent,
ff.de pę.l.aut dãna.§.j. & ꝙ indicia p̃cedere
debeãt ꝓbatur p̱ dictas ll.vt C.eo.ti. cũ co-
14 gnitionaliter.†Sed q̃ro q̃ & qualia esse de-
beãt ista indicia, quæ debent præcedere ut
quis possit torq̃ri, respondeo, non possunt
certo modo dici vel ostendi, nec de his po-
test dari certa doctri. sed hoc committit̃ ar-
bitrio iudicantis, ar.ff.de test.l.3.ĩ prin.ibi,
tu magis scire potes &c. sicut dicimus de
accusatione, & mora, ut ff.de diuer.& tem.
p̃scrip.l.de accessionib. & ff.de vsu.l.mora.
& gñaliter omne ꝙ non determinatur à iu
re, relinquit̃ arbitrio iudicantis, vt ff.de iu.
delib.l.1. possumus tñ in gñe talem pone-
re doctrinam, ꝙ bonus iudex debet solicite
instare ad indagandum indicia contra ve-
latum de crĩe. Nam indicia sunt aliis prob.
prox.& indicia dñr quasi a demonstrando,
& demonstratiua ueritatis, & probationis
adminicula, ut C.de prob.l.instr̃a domesti-
ca, & l.fi.sunt.n.indicia pars claræ probatio
nis, C.qui test.fac.pos.l.hac cõsultissima, §.
deinde, ibi indicia &c. Nã indicium dr̃ ab
indicãdo, vñ indicia idẽ ꝙ demõstratiua ad
minicula ad indagãdam veritatem, ut C.de a
adul.l.qui adulterij, & ff.de p̃scr.ver.l.solẽt,

dẽt itaq; curiosus iudex indagare & inqui
rere, cũ quibus hominib. & p̱ q̃ loca conser
uabatur delatus de crĩe quem torq̃re inten
dit, quia mala conuersatio, est malæ cõuer-
a sationis indiciũ, a ut ff.de admi.tu.l. si plu-
res, §.assidue. Nã ex mala conuersatione, ẽt
bonus efficitur vitiosus, vt ff.de ædi. edi.l.
ędiles, §. Pedius, ibi, alcator forte &c.ad idẽ
dictũ Phil.qualis ẽ quisq;, taliũ cõsortio de
lectant̃. Itẽ consideret locũ seu loca in qui-
bus conuersabat̃, quia s̃m locorũ diuersita-
tẽ & varietatem, varia colligit̃ cõiectura, vt
C.si man.ita fuc.alie.l.1.& ff.de pę.l.aut fa
cta, §.euenit, hẽt ẽt considerare iudex, cuius
vitæ fuerit quis antea, & cuius æstimatio-
nis & famę, & qualẽ vitam & habitum q̱s
duxerit. Itẽ qualitatem maleficij, qd̃ dic, ut
no.s̃.de p̃sump.& indi.indu.circa prin. Itẽ
dẽt inquirere bonus iudex, si ille qui de cri-
mine inculpatur, erat inimicus occisi uel of
fensus. Itẽ si sciẽte recipit illũ in sua domo
q̱ fecit offensã. Itẽ si dedit opem ne malefa
ctor caperet̃. Itẽ si aufugit de domo vel de
loco ubi maleficiũ fuerit cõmissum. Item si
occasione dicti criminis fuerit captus ab ali
quib. vel detentus. Itẽ si ĩter p̃dictos fuerãt
vel p̃cesserãt aliqua verba iniuriosa. Item si
potuit ꝓhibere ne illud maleficiũ cõmitte
ret̃. Item si sciebat malefactorem certo loco
latere, & de hoc interrogatus dixit se nihil
scire. Item si alias aliud maleficiũ cõmisit ĩ
p̱sona dicti offensi vel ĩ p̱sonã alterius. Itẽ
si publica uox & fama est, ꝙ dictum malefi
cium commiserit, vel cõmitti fecerit, de q̱-
bus oĩbus indiciis plene dixi & no.s̃.de in-
di.indub.unde quę ibi dixi, intelligant̃ repe
tita, de uno restat videre quis sit effectus qõ
15 nis.†Et quidem si quis confiteat̃ crimen, de
quo inculpat̃ ultro.i.absq; formidine tor-
mentorum, dixerunt q̱dã antiqui, & quidã
Moder.Doc.eum non esse statim cõdemnã
dum, sed ꝙ dẽt iudex post dies & tp̃s iterũ
corã se facere adduci reũ, & eum iterũ inter
rogare de ipso maleficio, quia dixerunt ꝙ
cõfessio facta in crĩali causa, statim non p̄iu
dicat, nec statim facit plenã probationem
ut exp̃sse dicit l.C. de cust.& exhi re.l. 2.&
ita

ADDITIO.

a ¶Indicium. *Adde ꝙ idem dicit Bal.cons. supra alle. proxime 69. Ber.*

Ita cã l. ĩtelligunt, si sit facta cõfessio formi
dine tormentorum, uel sine. Et ĩtelligunt ẽt
ita l. ff. de q̃st. l. j. §. diuus. & §. si qs ultro. &
ita dixerunt locum esse perseuerationi, siue
cõfessio sit extorta formidine tormẽtorũ,
siue sit facta sponte. Dicentes ꝙ in hoc est
dr̃ia inter confessionem in cã ciuili factã,
& factã in cã crĩali, ar. Inst. de pub. iu. ĩ prĩ.
uos tñ dicatis cõtra, & hæc ẽ cõis opi. Doc.
nã cum qs cõfitet̃ crimen se cõmisisse, statĩ
carcerãd⁹ est, & illico absq; alia aliqua ꝑse
ueratione & confessione dã nãdus est, ut ff.
de cust. reo. l. ult. j. resp. & C. de pę. l. cũ reis.
& ita intelligat̃ ff. de cust. & exh. reo. l. si cõ
fessus. Non ob. d. §. diuus. & §. si qs ultro.
qa intelligant̃ in confessionib. habitis ĩ tor
mentis. Item non ob. d. l. 2. C. de cust. & ex-
hi. re. qa ĩtelligit̃ silr̃ in confessionib. factis
in tormentis, ut patet in fi. ubi dicit, iudici
bus immodice seuientib. &c. hæc est uerior
lectura & cõis opin. Doct. Si aũt confiteat̃
qs in tormentis, uel formidine tormento-
a rum, ꝛ tunc confessioni non stat̃, nec ꝓ con
fesso hr̃, ut d. §. diuus. & C. quo. app. non re
cip. l. 2. & est rõ, qa qõ fragilis est res &c. ut
ff. e. l. j. §. qõni, & hẽt locum tunc l. 2. C. de
cust. & exhi. re. ut iudex faciat corã se crĩosũ
uenire, & q̃rat ab eo, utrum uelit in confes
sione sua ꝑseuerare, an retractare, uel aliter
dicere, & si ꝑseuerauerit, tenet confessio. ar.
d. §. si qs ultro. & d. l. 2. C. quo. app. nõ reci.
&c. Nunc aũt restat formare circa hũc trac.
16 multas breues & utiles q̃st. † Et primo q̃-
ro, qd erit. Ecce aliqs subijcit̃ qõnib. confi-
tet̃ is contra alium, nunqd stat̃ dicto eius?
rñdeo, distingue, qa aut confitet̃ simplr̃ in
alios, & non in se, nec in suos socios: & tũc
stat̃ dicto suo cũ alijs indicijs, vt iudex ex di-
cto torti, & alijs indicijs ad condemna-
tionem ꝓcedere posit, ut C. de asses. l. nul-
li. ad fi. & ff. eo. l. edictum. & ẽt l. j. §. q qõnẽ.
ibi efficacissimas cãs &c. Ad idem Tullius
in Topicis ibi, ubi dr̃. Nam in tormentis i-
gne & uerberib. fatigati, ꝙ dicũt ueritas. ibi
ur̃ dici, saluo si dixerũt de inimico, qa tunc
eis facile credendum non est, sed nec oĩno
fides detrahẽda, sed cã cognita erit fides ad
hibẽda, vl̃ nõ habẽda, vt ff. e. l. j. §. p̃terea &
ff. de test. l. 3. in prin. Aut torquet̃ in se, & in
alios, & nihil in se cõfitet̃. & hẽnt locũ s̃. ꝓ
xi. dicta. Si aũt cõfitet̃ de se & alijs, tũc ƒm
do. Azo. cuius opi. pręualet, est inuenire re
gulã & instãtiam à regula Nã r̃lr cõfessus
de se non dẽt interrogari de alijs, & maxi-
me de socijs, vt ff. e. ti. l. repeti. §. is q de se,
& C. e. l. sicuti. in prin. & C. de acc. l. fi. & si
de facto aliorum interroget̃, vel sine inter-
rogatione confiteat̃, non stat̃ dicto suo. hoc
tñ fallit in casib. in quib. de se cõfessus tor
quet̃, & interrogat̃ de alijs, si tñ aliqua p̃ce
deret p̃sumptio, vt C. de qõ. l. j. Primus ca-
sus est in qbuslibet latronib. q de se confes
si, interrogandi sunt de socijs mandatorib.
& receptatorib. vt ff. de cust. & exhi. re. l. di-
uus Adr. & C. de ser. l. pe. Scd̃s ĩ falsatorib.
monetæ. C de fal mo. l. vlt. Tertius, ff. ad ex
hi. l. fi. vbi seruus torquet̃ vt ĩdicet conso-
cios crĩs. Quartus, C. de malef. & ma. l. vl.
Quintus in seruo de nece dñi de se cõfesso,
vt interroget̃ quo mandãte, vt ff. ad Sill. l.
prius. & l. si ꝑcussor. & est ſpãle, vt sentit gl.
ord. ff. de q̃st. l. is q de se. Sext⁹. ff. ad l. Aq.
l. idem Neratius. §. sed si ser. & bene dixit, si
aliqua p̃cedãt indicia qa aliàs nõ dẽt inter
rogari de alijs, vt C. de q̃st. l. j. Itẽ ei⁹ rñsio
cõtra alios facta, nõ erit plena ꝓbatio, sed
aliqua erit p̃sumptio cõtra eos de maleficio
17 illo, vt no. Accur. de acc. l. vlt. † Sed q̃ro, nũ-
quid isti noĩati, & inculpati ab illo tormen
tato, poterũt ꝑ illã talẽ noĩatiõẽ subijci qõ
nib. & tormẽtis? rñdeo sic, ĩ dictis sex casib.
s̃. exceptuatis, vt p̃alle. l. nullus. & ar. ff. eo. l.
j. §. cum qs à latrõe. & ar. ꝙ dicit in alijs, vt
ff. e. l. j. §. diuus Adrian⁹. & in alijs casib. nõ
b poterũt *b* poni ad tormẽta. vt C. de acc. l. fi.
18 & ff. e. l. is q. † Sed qd si ꝑsona noĩata a tor
to sit malæ famæ, & conditiõis, & susp icio
nis, nũqd in alijs casib. nõ exceptuatis pote
rit poni ad tormẽta? dic de iure ꝙ nõ, nisi p̃
cedãt alia sufficiẽtia indicia. Nã ĩculpatio
de eo facta nõ ĩducit indiciũ, cũ de hoc nõ
debuerit interrogari, vt C. de acc. l. fi. & ff. e.
l. is q. ergo ꝙ inde seqtur, tãq̃ factũ lege ꝓ
hibẽte ñ valuit. l. nõ dubiũ, C. de legi. & co.
Tñ vidi de cõsuetudine torq̃ri, ꝓ quo facit
19 ff. e. l. j. §. diu⁹ Adria. & l. fi. † Sed qd de q. q̃
tota die occurit de facto: accusatus est qui
dã furto, & ƌ ĩdicijs p̃cedẽtib. torquet̃ & cõ
fitetur

ADDITIONES.

a ¶Tormentorum. *Adde Pe de Anc. cons. 23. B.*
b ¶Non poterunt. *Adde Alex. consil. 87. 3. libr. Ful. cons 136. & 172 Io de An. con. 59. 3. lib. B.*

fitetur ſe illud furtum feciſſe,nunquid dẽt
procedi in tortura,& interrogari ꝙ dicat,&
confiteaẽ de alijs furtis, ſi qua fecerit ad q̄
nulla habemus indicia? dico ꝙ nõ,de iuris
ſubtilitate,ar.eorũ q̄ no.in prox.q.ſcđa par
te.Et ꝗa quãtũ ad illa furta, de ꝗb.in gñe,
vel ſpecie nunc q̄rimus, nulla p̄cedant indi
cia,& ſine indicijs nullus torquẽdus eſt, vt
C.de fal.l.ſicut,& ff.de qõ l.j.ĩ prin.& l.ma
ritus,ſed de gñali cõ ſuctudine Italiæ quoti
a die ſeruamus cõtrariũ *a* ſpecialiter ĩ furtis, c
ꝗa magis frequentanẽ,q̄ conſuetudo p̄t iu-
uari ꝑ l.ff.de re mi.l.nõ oẽs,§.à Barbaris,&
20 ff.de offi.p̄ſi.l.congruit &c.† Item q̄ro, po-
ne ꝙ ſemel ſit habita q.de quodã,nunquid
ipſa q.repeti poterit forte , ꝗa tortus nihil
dixit,vr̃ ꝙ ſic,vt ff.eo.l.repeti.& l.vnius,§.
j.q̄ leges indiſtincte dũt q.poſſe repeti , &
vbi lex nõ diſtinguit,nec nos,vt ff.de pub.l.
p̄cio. Tu tñ dic ẜm dñm Odof. ꝙ non ſine
b nouis indicijs, *b* vt ꝗa tortus dixit nullum
cum eo ea nocte iacuiſſe, vel nullum iacuiſ
ſe in illa domo,vbi maleficium fuerat com
miſſum,& poſtea ꝑ teſtes reperiaẽ cõtariũ,
vel aliud veriſimile , & hæc eſt ẽt cõis opi.
aliorum Doctorum, & licet in gl. nulla lex
allegeẽ ad hoc , poſſumus tñ allegare ff. de
ver.ſig.l.boues,§.hoc ſermone,& ff.ꝓ ſoc.l.
ſi ſocius ꝓ filia,§.nec ſi prior. Aſſeſſores tñ
honoris auidi hoc non ſeruãt,imo quotidie
qões repetunt ſine nouis indicijs,quouſq;
de petitis crĩbus eruerint ueritatem,ꝗa pñt
defenſari, ꝑ l.in corpore Auth. vt iud.ſine
quoq.ſuffr.§.oportet,ibi, iudices torq̄bunt
fures & non prius quieſcãt &c. Conſideret
aũt iudex in q.repetenda, qũo tortus in aĩ
& corporis fortitudine ꝑdurauerit,vt ff.eo.
21 l.vnius,§.reus &c.† Quid ſi tortus dicat,te
neatis me ad tondulum q̄̃tum vultis, ꝗa ſi
me teneatis ꝑ x.annos nihil dicã, qm̃ ĩ nul
lo ſum pollutus obiecti crĩs,& ſic oĩa diffi-
teẽ,nunꝗd ſtatim de tormento eſt dimitten
dus,& relaxandus,certè non, ſed ꝓcedeẽ in
tortura temperate,vel aſꝑe ẜm conditionẽ
ꝑſonę,& ẜm crĩs qualitatem,& ſi confitebi
tur,bñ ꝗdem,ſi aũt diffiteaẽ,iudex dẽt eum a
in carcerib.retinere, & ſi noua indicia adue
nerint,poterit qõnem repetere. Si aũt non
adfuerint noua ĩdicia,tunc ſtatuit iudex ac b
cuſatori competentem dilationem ad alleg.
& ꝓbandũ, & ſi poterit cõuinci,cõdẽnabiẽ, c
alias relaxabiẽ, vt ff.eo.l.j.§ pęna,& l.vni⁹.
22 C.de iu.fiſ.l.defenſionis facultas.† D.Dy.
dicit ĩ l.ſi cui,§.fi.ff.de acc.ꝙ Ptãs Bononię
poſuit aliquem ad torturã,qui in comitatu
Bononiæ aliqđ maleficium commiſit, ꝑꝑ
ꝙ non dẽbat pati pœnã corporalem , ꝗ in
tormentis confeſſus fuit ſe aliqua furta fe-
ciſſe Mutinæ,& alia plura maleficia,mõ q̄-
riẽ,nũquid Ptãs Bonoñ. poſſit eum ultimo
ſupplicio tradere vel condemnare ꝑꝑ male
ficia q̄ commiſit alibi,nõ in diſtrictu Bono
nię,& dico ꝙ non, *c* vt hic,& ff.de re.mi.l.3.
ff.de iniu.rup.& irri.l.ſi ꝗs filio.§.hi autẽ,
23 in fi.ibi,iuriſdictionis ſuæ.† Sed ꝗd erit de
qõne q̄ de facto quotidie occurrit, ecce con
tra Titium procedunt indicia manifeſta de
crĩe ꝑ eum ꝑpetrato,ꝑꝑ q̄ iudex informat⁹
eſt,vult ponere hunc Titium ad tormenta,
dicit iſte Titius, dñe anteq̄̃ me ponatis ad
tormenta,placeat uobis pri⁹ mihi dare ter
minũ defenſionis,intra quem poſſim ꝓba
re de innocentia mea,quia incontinenti ſũ
paratus tollere ꝑ teſtes idoneos oĩa indicia
ſi q̄ habetis contra me:quæriẽ nunꝗd priuſ
quã ad tormenta ponaẽ, ſit defenſionis ter-
min⁹ aſſignãdus ?vr̃ ꝙ non, ꝑ l.C.vbi ſena.
vel cla.cõ.l.3.ver.eo ꝗ ibi, ne quas ante ꝓ-
bationes iniurias patiaẽ &c. cum hoc ꝙ ibi
ſtatuiẽ, in illis ꝑſonis ĩ dignitate poſitis ſit
ſpeciale, vt añ eorum ꝓbationem non po-
naẽ ad tormenta,uel eorum defenſionẽ,er
go in cęteris vr̃ contrariũ,ſ.ꝙ ſeruandũ ſit
ius cõe,ut arg.ff.de mi.l.j.& de iud.l.cum p̄
tor,& C.de procu.l.maritus.Præterea uide-
mus ꝙ actor primo probat, & fundata ĩten
tione actoris reus opponit, & ꝓbat excep.
ſuas,& ſuas defenſiones,vt C.de exc.l.ſi qui
dẽ,& C.de ꝓb.l.exce. & facit C. de bo.vac.
l.fi.& de iur.fiſ.l.defenſionis facultas,ergo
prius dẽt fundari intentio cõis totaliter tã
per teſtes,q̄̃ ꝑ confeſſionem rei, antequam
ipſe reus in ſua defenſione uel exceptione
audiatur.Sol. Dicatis, ꝙ defenſio prius ſit
dan-

ADDITIONES.

a ¶Contrarium.*Adde do.Card.conſ.45.idem te nentem,& Cep.conſ.40.Alex.tamen conſ.52.1. lib.aliter ſentire videtur.Ber.*

b ¶Nouis indicijs. *Adde Raph.Cum conſ 160. Alex.conſ.5. 1.lib.Cep conſ.67.Ber.*

c ¶Quod non.*Adde Fulg.in conſ.150. Ale.conſ. 111.1.lib.Ber.*

a danda, a maxime qñ tale q̃d allegat̃ ꝓbari,
quo ꝓbato, iſte Titius non deberet ad tor-
menta poni. & ſuper hoc ita conſuluit do.
Lãb. de Rã. ꝑ l. q̃ dicit a comminatione tor
mẽtorũ appellari, facta a iudice de aliquo
tormentãdo, vt ff. de app. re. vel non, l. 2. &
eſt rõ, quia in prędicto caſu appella. ſit con
ceſſa, quia ſi poſt torturam differret̃ defen-
ſio, nunq̃ ꝑ appellationem poſſet poſtea re
cuperare detrimentũ mẽbrorũ, vt d. l. no. &
eadem rõ locum vendicat in caſu ꝓpoſito.
ſerò. n. appellaret̃, ſi primo torqueret̃. Nam
pleriq; in tormẽtis ſolent deficere. Pręterea d
videmus ꝙ princeps iam ſubuenit damna-
to, & ex confeſſione ſua facta in tormẽtis,
& ꝑſeuerata ẽt poſt ſnĩam defenſionẽ ſuæ
innocentiæ cõcedendo, & ſnĩam retractan-
do, ſi cõſtiterit de innocentia cõdẽnati, vt
ff. eo. l. j. §. ſi quis vltro. Si igit̃ iam cõfeſſo,
& iã cõdẽnato princeps ſubuenit, & defen-
ſionis facultatẽ cõcedit, quanto magis an-
te ſnĩam hoc denegari non dẽt? cui. n. quod
plus eſt concedit̃, non dẽt denegari ꝙ mi-
nus eſt, vt dicit regula iuris, cui ꝙ plus eſt.
quid plura in iure legit̃ expreſſe, ꝙ quocun
que tꝑe iudicij reo petente, defenſio danda
eſt, vt ff. eo. ti. l. vnius, §. cogniturum, & ibi
24 quocunq; tꝑe &c. † Sed quid ſi confeſſus in
tormentis & ꝑſeuerãs, poſtea dicat ſe erraſ
b ſe, nunquid an̄ condemna. audiet̃, b ſi dicat
velle corrigere errorẽ ſuũ. reſpondeo, aut al
legat ſe erraſſe ĩ facto, aut ĩ iure. primo ca-
ſu audit̃, q̃a nõ uĩ confiteri q̃ errauit, vt ff. c
dę confeſ. l. non fatet̃. & talis error non cõ
ſueuit obeſſe vſq; ad ſnĩã, ut C. de iu. & fa.
ign. l. error. & facit C. quo. app. nõ re. l. 2. Nã
cõdẽnato ex cõfeſſione ꝑſeuerata ſubuenit̃
ẽt poſt ſnĩam, ꝓbãdo de ſua innocẽtia, & ſi
errauerit, abſoluet̃, vt ff. eo. l. j. §. ſi q̃s vltro.
multo fortius dẽt iſte audiri uolẽs an̄ ſnĩã
ꝓbare de ſuo errore. Itẽ iſte nõ perſeuera- a
uit ĩ cõfeſſione, ex quo ñ expectauit ſnĩam.
Itẽ cõfeſſus formidine tormentorũ audit̃
appellãs, vt C. quor. app. nõ re. l. 2. Si aũt er
rauit ĩ iure, nõ poterit cõtra ſuã confeſſio-
25 nem venire, vt d. l. error &c. † Sed pone ꝙ
aliquis in tormentis confeſſus eſt, tñ non ꝑ b
ſeuerauit, nunq̃d illa talis confeſſio aliq̃d c
c operetur. c & vr̃ ꝙ ſit ſemiplena probatio, d
vt no. C. de cuſt. & exhi. re. l. 2. & ff. eo. l. j. §.
diuus: qui §. ẽt intelligitur in confeſſione c
torti, in qua extitit perſeueratum: vel dic
forte melius, & verius, ꝙ niſi perſeueratum
ſit, ꝙ illa talis confeſſio nullam plenam, vel
ſemiplenam ꝓba. ꝓducit, qm̃ paribus paſ-
ſibus ambulant, in nullo mõ cõfiteri, & cõ
fiteri formidine tormẽtorũ, vt C. quor. app.
26 nõ re. l. 2. &c. † Itẽ pone, ꝙ quidam captus
fuit, & ductus corã Poteſtate tanq̃ homici
diũ cõmiſiſſet, Poteſtas incõtinenti nõ p̃ce
dentib. indicijs aliq̃b. fecit eũ poni ad tor-
mẽta, q̃ cõfeſſ⁹ fuit ſe illud homicidiũ cõ-
miſiſſe, in qua ẽt cõfeſſione ꝑſeuerauit. mõ
q̃ritur, nunquid ex confeſſione poſſit diffi-
nitiue dãnari. dic ꝙ nõ, d arg. ff. de quæſt. l.
diuus Pius. §. ex quib. cauſis. Nã ſi nõ dẽt
q̃s torqueri, ergo ꝙ tortus dixerit nõ valet,
vt C. de legi. & ſenatuſc. l non dubiũ. & ibi
no. Accur. & facit ff. eo. ti. l. maritus. & l. pe.
ſꝫm vnã le. & ar. C. ſi ex fal. inſtr. in l. 2. 3. &
4. Præterea hoc eſt de ſubſtãtiali ſolẽnitate
q. hab ẽdę, ꝙ legitima p̃cedãt indicia, alias
q̃s torqueri nõ dẽt, cũ a tormẽtis inchoan
dũ nõ ſit, vt ff. de q̃ſt. l. j. 2. & 3. j. reſp. l. mari
tus. & C. eod. tit l. cognitionaliter. & l. mili
tes. quo deficiẽte, quicquid ſequitur ex eo,
vel ob id, nõ valet, vt d. l. nõ dubiũ. & C. de
fi. inſt. & iure ha. fiſ. l. j. & ff. de ĩ inte. re. l. di
27 uus & C. de app. l. nominationes &c. † Di-
ctum eſt s̃. ꝙ cõfeſſio facta in tormẽtis nõ
28 præiudicat niſi fuerit perſeueratum † Sed
hic ego quæro, q̃ cõfeſſio dicatur facta for-
midine tormentorum? reſpõdeo, ſi torquẽ-
dus ducatur ad pedẽ torturæ, & ligent̃ eius
c manus de retro, e & dicatur ei a iudice, ꝙ
niſi cõfiteatur, ꝙ incontinenti ſubijciet eũ
torturæ. In hoc enim caſu ſi confitetur, nõ
tenet talis confeſſio, niſi in confeſſione fue
rit perſeueratum, quia lex ęquiparat talem
confeſ-

ADDITIONES.

¶Sit danda. *Adde ut per Alex. conſil. 65. lib. j. & 41. ij. lib. quæ tamen licet ſint diuerſis libris inſerta, tamen idem conſi. duplicatum. & ibi uide quid ſi Poteſtas habet arbitriũ, an uigore illius arbitrij poſſit denegari copia indiciorum, & an poſſit recipere teſtes non citata parte. Ber.*

¶Audi tur. *Adde Fran. Are. conſi. 146. Bern.*

Operetur. *Adde Rap. Cum. conſi 138. Ber.*

¶Quod non. *Adde Pet. de Anc. conſi 23. Alex. conſ. 5 & conſi. 143. 2. lib. Ber.*

¶De retro. *Adde Pe. de Anc. conſi. 23. ſupra alleg Ale conſi. 48. 4. lib. Ber.*

confessionem extortã formidine tormen-
torũ,confessioni factæ in tormentis, vt C.
quo.appe.nõ re.l.3.ibi, aut formidine tor
mentorũ.& no.ꝙ ibi dicit,formidine, non
aũt dicit in tormẽtis,& idẽ ibi sentit gl.ar.
ff.de iniu.l.itẽ apud Labeonem, §. ꝙ adij-
cit,ver.quæstionẽ,ibi,vel leuis territio &c.
ergo a cõtrario sensu nõ leuis territio dr̃ ip
sum tormentum.ad hoc concor. quod dr̃,
sufficit terror armorum , ẽt si ꝗs eius vsus
non sit,ff.de iust.& iu.ar.l.idẽ est,§. ꝗ arg.
itẽ quo ad l.Cor.de sic.æquipollentia sunt,
hoĩem ꝑcutere gladio,& distinguendo gla
diũ hoĩem insultare.l.j.§.diuus,C.eo.ti.l.is
ꝗ.& facit ff.ex ꝗb.caus.ma.l.3.& C.ꝙ met.
29 cau.l.me.†Sed ꝗd si ducatur ad pedem tor
turæ,sed non ligenẽ manus de retro sed tm̃
minaĩ sibi de torquendo eum, si non confi
teatur,& ob eas minas confessus fuerit,nũ
quid talis confessio ur̃ esse facta formidine
tormẽtorũ,ut dicamus confessionẽ nõ uale
re,nisi fuerit perseueratum in ea.vr̃ ꝙ sic, vt
ar.ff.de vi & vi ar.l.j.§.armati.& ff.de inc.
rui.nau l.j.§.ĩcẽdijs.& l.patronus j.res sed
contrariũ vr̃. qm̃ leuis terror nõ spectat ad
formidinẽ tormentorũ,vt ff.de iniu.l.item
apud Labeonem,§.adijcitur.ver.ꝗstionem.
30 Sed quod prius dixi,verius puto.† Sed ꝗd
a si extra locũ,*a* in quo hoĩes torquentur,iu-
dex dixit,aut cõfitearis, aut ducam ad tor-
turam,inferendo sibi terrorem,de hoc ꝗ̃tũ
poterat,& ille talis his auditis fuerit cõfes-
sus,nunquid dicetur ĩ hoc casu cõ fessio fa-
cta formidine tormẽtorũ ? dic ꝙ non quia
leuis territio,&c. vt d.l.itẽ apud Labeonẽ ,
ver.q.ff.de iniu.& C. ꝙ met. cau.l. metum
nõ iactationib.terrorẽ aũt aut metũ tormẽ
torũ,debemus accipere pręsentẽ & instãtẽ
torturę,ar.ff.ꝙ me.ca.l.metũ.j.rñ.& ff. ꝗ.
de ædi. priua. l. an in totum, C. quæ sit lon-
ga consuetud. l. j. & hæc est ueritas. & hoc
7 idem intelligas in castro uel uilla.† Sed nū
quid

ADDITIO.

¶ Qui possunt statuta facere. *Adde late Doc. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. uide Roma. consi. 60. ubi dicit ꝙ populus Romanus non pōt hodie condere leges. Ber.*

quid Potestas tenetur seruare talia statuta
collegiorũ? Dic ꝙ sic, nisi sint cõtraria iuri
cõi, vel municipali illius ciuitatis, vt ff. de
9 colle. illic. l. fi. †Sed pone ꝙ ciuitas fecit ali-
qđ statutũ contra ius, q̄ritur an valeat tale
statutũ? Et dic ꝙ si illud statutum est cõtra
ius naturale, ꝙ illud statutũ non valet de iu
re, quia iura naturalia sunt immutabilia, vt
Insti. de iure natu. §. fi. sed si non sit contra
iura, vr̃ ꝙ valet, l. oẽs populi, ff. de iust. & iu.
sed vr̃ ꝙ non valeat, quia soli Imperatori li
10 cet facere legẽ, C. de legi. & consti. l. fi. † Po
ne q̃õnem, nunquid ciues possint facere sta
tuta, vt fructus, vel alia comestibilia vendã
tur certo p̃tio, vr̃ ꝙ non, vt C. de Iudæ. l. ne
mo, ff. rer. amo. l. non est, C. de monopo. l. j.
ff. ad l. Iul. de ambi. l. fi. Item q̃a nemo eme
re vel vendere tenetur, sine precio vel men-
sura, vt ff. de contrah. emp. l. Imperator, C.
de iu. delib. l. nec emere. Sol. dic statuta vale
a re, *a* quia ex cã põt constitui modus vendẽ
di comestibilia, & ex cã alicui inter dicunt̃
negotia sua, vt C. de episc. aud. l. j. ff. de offi.
præf. vrb. l. j. §. cura. & ff. de mun. & ho. l. 1.
§. epi. Item publica vtilitas præfertur, C. de
cadu. tol. l. j. in fi. nam si aliter fieret, hoĩes
venderent res in immensum, bonum est er
go ꝙ adhibeatur medela, ut arg. ff. de inter-
11 ro. act. l. de ætate, §. ex cã. † Sed quid si Po-
testas iurauerit seruare oĩa statuta, & sint
ibi mala statuta, & iniqua, nũquid tenetur
seruare? Dic ꝙ non tenetur, si non vult, ut
ff. de pact. l. contra iuris, §. quod & ipsum,
& in concordã. positis in gl. super illa l. quę
incip. nisi, in c. præterea, vr̃ c. dec. vt ext. de
iureiu. c. j. in 6. & c, quintauallis, & ad hoc
facit ff. de ope. lib. l. si iur. & de leg. 3. l. fidei-
commissa, §. quãquam, sed multominus te
netur, imo nullo modo debent seruari sta-
tuta si qua sint contra libertatem ecclesiæ,
cum ipsa nulla sint ipso iure, ut in auth.
cassa & irrita, quę est C. de epis. & cl. l. si iur.
& quanquã ista statuta q̄ sunt contra liber
tatem ecclesię, non tenetur seruare, ut dixi,
tñ si nõ seruat, periurus vr̃, vt ar. ff. de pact. a
12 l. iurisgentium, §. & gñaliter. † Est ẽt statu- b
tum, quærere & videre vtrum statuta ciui-
tatum & terrarum recipiant interp̃tationẽ
vel non, ita ꝙ solum intelligantur litera ia
b cet, *b* & sonat, super qua q̃õne plene alleg.
pro & contra, & postea subijciam sol. Doct.
Et primo no. est ꝙ interpretatio alicuius
verbi obscuri est declaranda, ff. de verb. obl.
l. j. §. fi. & ff. de orig. iu. l. facturus, & ff. de iu.
& fac. igno. l. 2. nam cum in verbis statuti
non sit ambiguitas vel obscuritas, interpre
tationi vel declarationi non est locus, ff. de
leg. 3. l. ille aut ille, §. cum in verbis. In pri-
mis itaq; vr̃, ꝙ nullum statutum possit in-
terpretari pluribus rõnibus & causis: nam
regula est in iurẽ nr̃o in his quę sunt stricti
iuris, vt ĩ statutis terrarũ, & in stipulationi
bus, ꝙ id quod non est expresse cautum, ha
beatur pro omisso, ut ff. de verb. ob. l. quic-
quid. j. respõ. ibi, nisi palam verbis exprima
tur &c. vt ff. de condi. ob turp. cau. l. fi. acce-
dit ad hoc ff. de iniur. l. item apud Labeo-
nem, §. ait prætor, ff. de reg. iur. l. expressa.
Pręterea statuta terrarũ sunt stricti iuris, ꝙ
patet ex eo, ꝙ ex statutis oritur condictio
ex lege, vt C. de condi. ex leg. l. vnica, actio-
nes aũt sunt bonę fidei, aut sũt stricti iuris.
Quę aũt actiones sũt bonę fidei cõnumerã
tur Inst. de act. §. actionũ, & §. ĩ bonę fidei,
vnũ cũ cõdict. ex leg. nõ sit ibi cõe, ergo ꝑ lo
cũ à diuisione, ẽ ipsa cõdic. ex leg. & sta. stri
cti iuris. Vñ si statuta sunt stricti iuris, q̃a
sunt, ergo sunt sterilia sicut mulieres, q̄ nõ
pariunt, & sic nullã interp̃tationem vel sub
auditionẽ recipiunt, sed eorum verba iuxta
grammaticalẽ intellectũ, sicut iacẽt, stricte
& rigide sunt intelligenda, & ẽm rudem &
propriã significationẽ, vnde licet perq̃ du-
ra, tñ ita seruanda sunt, ut ff. qui & a quib.
manumi. li. non fiant, l. prospexit legissa. &
ff. de exerci. l. j. §. si is, & facit ff. de mili. test.
l. quod constitutum. Item legitur, ꝙ verbis
edicti sit standum, ut ff. de le. 3. l. non aliter,
& in dubijs melius est verbis edicti seruire:
& ideo interpretationi locus non est, vt d. l.
non aliter, & d. l. j. ff. de exerci. §. si is qui na
uem, & ff. de institο. l. sed & si pupillus, §. j.
Item facit pro hac parte, ff. de verb. obl. l. si
quis

ADDITIONES.

a ¶Valere. *Adde Ang. cons. 38. Ber.*

b ¶Vt iacet. *Adde an statuta recipiant interpretationem, maxime si sint alia statuta, ꝙ debeant intelligi prout iacent Alex. cons 89. 1. lib. & cons. 254. 2. li. de quo vide etiam Fran. Are. cons. 19. per Pau de Cast. in cons. 345. & qua interpretationes recipiant statuta, vide per Cep. cons. 72. & cons. 81. Ber.*

quis arbitratu,& ff.ad exhib.l.pe. vnde quidam inhærentes Iudæorũ legi,dixerunt interpretationi ſtatuti nullo mō fore locum. Ecōtra vr̃, ꝙ ſtatuta poſſint interpretari & debeant,j̃.ſcriptis rationibus. Primò, quia ſi deberemus tanq̃ Iudæi inhærere literæ ſtatuti loquentis,ꝙ quicunq; fecerit homicidium,moriatur:iam infans vel furioſus ſi homicidium cōmitteret, punireť, qđ eſſet iniquum,ꝗa ſenſu carent,ut ff.de iu.& fac. igno.l.fi.C.de fal.mo.l.1.in fi. & ꝗa carent dolo, & voluntas & propoſitũ diſtinguunt maleficia,vt ff.de iniu.l.qui iniuriæ.ꝑ legē enim de homicidio non punitur infans, ut ff.ad l.Cornel.de ſica.l.quod infans. nec ēt furioſus,vt d.l.1.ff.de offi.præſi.l.diuus. eſt bonum ergo ꝙ interpreteť ſtatutum, vt dicatur,ſi aliquis occidit aliquē,ſ.dolo. Item ſi ſtatutum dicat,ſi ꝗs nō traxerit ad ignē, puniať in lib.decē,accidit ꝙ infans, vel infirmus,vel fęmina non traxerit ad ignem, nunꝗd punietur?certè ſic.ſi deberemus inhærere verbis ſtatuti, quod eſſet iniquum. Vtile ergo & neceſſarium eſt, ꝙ ſtatuta poſſint interpretari & mitigari.Item ſi ſtatutũ non interpretaretur, iam puniretur ēt, qui ſui defenſionem interfecit hoīem, qđ eſſet iniquum, ut homo patereť ſe occidi, ut ff. de iuſti.& iure,l.ut vim,& C.vnde vi.l.1.& C.qñ lic.vnic.ſe vindic.ꝑ totũ.quid plura? contractus mutui,qui eſt ſtricti iuris, interpretatur.Nam licet ſenatuſcō. Maced.prohibeat ne filiofami. detur pecunia mutuo, tñ ipſe ſecus interpretatur, ꝙ idem intelligatur de vino,oleo & frumento, ut ff.ad ſenatuſc.Maced.l.ſed Iulianus,§.mutui.Præterea nedum ſenatuſc.ſed & ipſa lex principis interpretať.nam benignius leges interpretandæ ſunt &c.vt ff. de leg.& ſenatuſcō. l.benignius, & ff.de codicil.l.quod ſeruus. multo fortius ſtatuta q̃ fiunt ab hoīe ſunt interpretanda:nam ipſa ſtatuta ſunt leges, ut ff.de iuſti.& iure,l.omnis, nam d.l.benignius. non diſtinguit de quibus legibus debeat fieri interpretatio & poſſit, ergo nec nos debemus diſtinguere, ut ff. de pu.l.de pretio.quid plura?lex eſt exp̃ſſa, q̃ loquitur in ſtatutis terrarum ꝙ poſſunt interpretari,ut ff.de mu.& ho.l.vt gradatim, §.ſed & ſi l.munici.& ff.ad l.Aqui.l.ita vulneratus. ad fi.& ff. de leg.3.l.ſeruos aũt. Item princeps maioris authoritatis eſt,q̃ ſit populus. vt C.de conſu.l.2.lib.12.& in Authen.qũo opor.epiſ.in prin. & C.de legi. & conſt.l.1. & tñ beneficia ipſius pleniſſime ſunt interpretanda, ut ff.de conſt. Prin.l.beneficia. & ſi quis malitioſe interpretaretur,infamis efficeretur, ut C.de leg. & conſt.l.2. Item lex principis eſt cōis & gñalis,ſed ſtatutũ ñ eſt gñale,niſi in ciuitate illa, ī qua ſtatutũ eſt factũ,ut C.de legi.& cōſti.l.3. unde lex cōis debet p̃ualere,ut in Auth.de nō alie.§.quia uero.ergo quia lex interpretatur multo magis ſtatuta ſunt interpretanda.Item lex Iulia inhibet ꝙ fundus dotalis alienari non poſſit,ut Inſti.quib. alie.lic.vel nō. in prin. & tñ hæc lex ēt interpretatur,ꝙ ſi fiat alienatio oīum bonorum,ꝙ fundus dotalis intelligatur alienatus,& cum vniuerſitate bonorum trãſit,ut ff.de fun.dota.l.1.Item lex imponit pœnã patrono ſi aſtringat libertũ iurare ne nubat,ut ff.de iure patro.l.adigere.& tñ ipſa lex interpretatur, ꝙ ſi ille talis libertus fuerit caſtratus, ꝙ tũc dñs nullam pœnã patiatur. Item uoluntas teſtatoris ꝓ lege ſeruanda eſt, ut in Auth.de nupt.§.diſponant. & tñ talis uoluntas interpretatur, ut C.de leg.l.1.Præterea video ꝙ lex recipit interpretationē,ut patet ff.ad l.Aqui.l.quēadmodũ,§.1.ſed illud eſt plebiſcitũ. Videamus de lege quæ interpretatur,ut s̃.dixi de fun.dota.Item edictũ, prætoris interpretatur, l.ab hoſtibus, §.quod ſimpliciter,ff.ex qui.cau.maio.l.quãuis, ff.de in ius uoc.l.3. §.hæc uerba.in fi.ff.de neg.geſt.Item ſenatuſcō.interpretatur,l.item ſi filius,§.ſi mutui,& l.filium habeo, ff.ad Maced.C.eo.l.ſi filius. Item conſtitutio principis interpretatur, l.fi.C.mand.& l.fi.C.de eden.l.ex facto,ff.de vulg.& pup. Item uideo interpretari rñſum Papiniani,l.ait p̃tor,ff.de iniur. Item reſponſum Sabini.l.dicere,§.j.ff.de arbi. Item video interpretari cōſuetudinem, & ad ſimilia procedi, ubi ratio æquiparat quæ conſuetudo introduxit, l.1.C. quæ ſit lon.conſue.l.de quibus, ff. de leg.& hoc vr̃ expreſſum in omni iure ciuili, quia uerba eius iuris non ſunt captanda,l.ad exhibendum,ff.ad exhib.l.benignius, ff.de leg.& l. in ambiguis.Abſurdũ eſt enim legē municipalē factã à popularibus maioris eſſe efficaciæ, q̃ leges quas ipſe princeps cōſtituit, qui ſupereminet uniuerſis, l.2.circa fi.C.de quadri.p̃ſcr.l.cōſtitutiones,C.de leg.& l.fi.

nec

nec ob. sacr͞m quod Potestas sic iurat, quia
& leges iurat seruare Potestas, ut in Auth.
ut iu.sine quoq. suffr.§.1. & in auth.iusiur.
quod præsta.§. iuro.nec.n. sacr͞m tollit in-
terpretationē hominis, l.indubitatis, C.de
non nu.pecu. l.non dubium, C.de leg.l.iu-
risgentiũ,§.& gñaliter,ff.de pac. l.imperia-
lis,cum auth.ibi posita,C.de nup.l.fi.ff.qui
satisd.cog.nil.n.aliud est iurare statuta ser-
uare,nisi mentē honestã potius q̃ verba sta
tuti,q̃a non uerbis,sed rebus legē imponi-
mus,l.fi.C.cõia de le.l.scire,ff.de legi.Et ad
hanc materiam possent adduci illa gñalia
sensum nõ uerba spectari,& uerba gñaliter
dicta,gñaliter debent intelligi,& sol.huius
qõnis põt in sol. dictorũ brocardorũ reperi
ri,sic ergo statuta recipi, ut interpretant̄ &
trahunt̄ ad similia, nisi essent contra leges
& cõtra iustitiã & ęquitatē,tunc.n.nõ sunt
amplianda,sed restringenda,l.de quibus,ff.
de legi & l. quod contra rõnem, & l.quod
principi,ff.de consti.Princ.Sol.d.Odofr.di-
cit statuta debere posse interpretari à iudi-
ce per legē,de leg.3.l.fideicommissa, §.hæc
verba, & l.seruos, & d.l.ut gradatim,§.sed
& si,l.& ita no.ff. de mu.& ho.l.honorē, d.
vero Iac. de Are. dicit ꝫm cõem & ueriorē
opi.Doct.ꝙ statuta interpretant̄ ꝫm deter-
minationē iuris cõis, ut ff.de ven.inspi.l.1.
§.quamuis.sic & d.§.sed & si lege. est ergo
verũ ꝙ statuta recipiunt interpretationē,
& declarationē, & subauditionem, si ambi
gua fuerint,uel obscura per rõnes, & iura
superius allega.nec ob. ꝙ sint stricti iuris,
igitur non posse interpretari, quia hoc idē
intelligit do.Guil.Statutum.n.est stricti iu
ris,quia ex eo oritur condictio ex lege, quæ
est stricti iuris,ut s̄. dictũ est & probatum.
Ergo si ea ratione est stricti iuris,non obst.
quia cõtractus qui est stricti iuris interpre-
tat̄,ut est cõtractus mutui,ut dixi sup. & fa
cit etiã ꝙ possit interpretari,ff.de ritu nup.
13 l.j.in fi.†Sed quæro si super aliquo statuto
versatur ambiguitas uel obscuritas quis de
clarabit uel interpretabitur hanc obscurita
tem? Et primo vr̄ ꝙ recurrendũ sit ad illos
qui cõdiderunt primitus illud statutũ, s.ad
statutarios, qui illi primi fuerũt qui uerba
protulerunt,ut ff.de reg.iur.l in ambiguis,
ff. de uino triti. & oleo leg.l.si quis uinum,
§.vino.Qui enim fuit primo author legis,
debet esse eius interpretator seu interpres,
arg.ff.si regun.l.eos, ff.de aqua plu arcen.l.
quod principi. Nec enim debemus specta-
re tp̄s confirmationis ipsius statuti, sed tp̄s
factionis,ergo non debemus spectare men-
tes cõfirmantiũ, sed mentes facientiũ,arg.
ad hoc, ff.de dona.inter uir. & uxo. l. si do-
nante, §.fi.ff.de re mili.l.si certũ, in fi.ff.de
condi. ex leg. l.quod præterea. nec eius qui
mandat quid fieri intentio exequenda est,
sed eius,qui fecit,arg.ff.de contrah.emp.&
uen.l.in hoc iudicio, ff.de ædil. edic.l.cum
autē,ff.de reg.iu.l.Neratius, ff.de uerb.obl.
l.in conuentionalibus. Item uideo ꝙ testa-
tor interpertatur uoluntatem suã, vt ff.qui
testa.face.poss.l.hæredes,§.si quid. Item si
in scriptis vertitur ambiguitas,eius est in-
terpretari à quo scriptũ emanauit, ut ff.de
regu.iur.l.Neratius, & l.ambigua, & ff.de
ori.iur.l.2.§.exactis.ibi, interpretarent̄ &c.
Item tabellio interpretat̄ suum instr͞m, ut
ff.ad l.Cor.de fal.l. si quis decurio. Item si
super lege principis dubietas emergat, re-
currit̄ ad ipsum principē, si sit eius copia,
ut C. de leg. & consti.l.leges sacratissimæ,
& ff.eo.ti.l.nam ad ea. & l.nam ut Pedius.
Econtra vr̄ ꝙ cõsilium ciuitatis ipsum sta-
tutum interpretari debeat,in cuius potesta
te fuit totum statutum irritum reuocare,
ar.ff.de in lit.iur.l.uideamus, §.pe. & l.seq.
Non enim dr̄ fecisse statutũ,nisi consilium
qđ approbat legem & improbat. Senato-
res enim uice statutariorũ cõdebãt iura, &
qđ eis placebat, consulebant principem, &
ea iura non senatorũ, sed leges Imperatorũ
appellabantur, quia recipiebãt autoritatē
ab ipso,ut C.de leg.& consti.l.humanum.
Nam & sanctus Pau.dicit,neq; cui plantat,
neq; qui rigat aliquid facit, sed qui funda-
mentum dat Deus.Nec qui scribit, nec qui
dictat consilium interpretatur:nam aliqua
singularis persona non posset facere statu-
tum,ergo non debet posse illud interpreta-
ri,ut no.Azo in sum. C.de consti.in fi.Sol.
Dic statutarios ipsum statutũ interpretari
nõ posse,quia functi sunt officio suo, quia
tp̄s transcursum est eis assignatũ pro cõden
dis statutis, ut arg.ff.de re iudi.l.iudex.nec
obst.l.2.ff.de ori.iur.§.exactis,quia nõ erat
ibi tp̄s eorum finitum,dic ergo ꝙ consiliũ,
& consiliarij interpretantur dictũ statutũ,
quia ei interpretari licet, cuius est condere,
sicut ex legibus superiorib. constat. Vel dic

secun-

sm do.Odof.ꝙ iudex interpretabiẗ dictum
statutum vt s̃.dixi in proxima qõne,arg.ff.
de leg.3.l.fideicõmissa,§.hæc verba.sed cõ-
munis opi.est, & ita vidi sæpius seruari de
facto,ꝙ cõsilium,& cõsiliarij interpretanẗ.
14 †Sed quid si ꝑ illud consiliũ nõ interprete-
tur dictũ statutũ,quid fiet?dic sic,distinguo
aut in verbis nulla vertiẗ dubitatio , & tũc
nulla interpretatio faciẽda est,nã vbi nulla
est in verbis dubitatio, non est admittenda
volũtatis qõ,vt ff.de le.3.l.ille aut ille,ff.de
lib.& posthu l.2.nã lex sicut lata est, obser-
uãda est, vt ff.qui & a quib. l.prospexit, &
vbi lex non distinguit,nec nos,vt ff.de pub.
l.de pretio.Si autem in verbis sit aliqua du
bitatio & ambiguitas, tunc si illud statutũ
ex consuetudine sit certo mõ intellectum ,
ei intellectui stabitur, ff.de leg.& constit.l.
minime.& l.si de interpretatione.Si aũt nõ
sit sm consuetudinem certo modo intelle-
ctum, tunc debebit scrutari mentem statu-
ti,vt ff.de leg.3.l.non aliter,& ff.de fun.in-
stru.& instru leg.l.cũ delanionis,§.asinam.
Si aũt non constet de mente,tunc debet in-
terpretari in benigniorem partem , vt ff.de
legi.& consti.l.benignius.& l.in ambigua.
ita tñ ut non interpretetur contra illũ , uel
contra illos quorum fauore factũ esse , C.
de leg.& consti.l.quod fauore, & ff.co.ti.l.
nulla.Si aũt non appareat quę pars sit beni
gnior,stabitur rigori verborũ ipsius statuti
ut ff. de leg.3.l. non aliter & ff.de condi. &
de.l.nã Publius,§.1.& in re dubia,melius ẽ
verbis edicti seruire,ut ff.de exerc.l.1.§ si is
qui nauẽ,& verba prout sonant,debent in-
telligi,ut ff.de insti.l.sed & si pupillus,§.1.
Si tñ nec de cõsuetudine suꝑ statuto intelli
gendo habita constat,nec de mẽte,nec quæ
pars sit benignior, procureẗ ꝙ ꝑ consilium
fiat interpretatio , ff.de p̃to.sti.l.in p̃torijs ,
& ff.de reg.iu.l.in ambiguis.& hoc s̃.deter-
minatũ est,aliter stabimus rigori verborũ,
15 vt dictũ est.† Sed pone ꝙ in volumine sta-
tutorũ reperiunẗ super eodẽ negotio duo
statuta cõtraria & diuersa, q̃ritur nunquid
ptãs ea statuta,vel qđ uel nullum dẽat ser-
uare.Et primo vĩ ꝙ nullũ sit seruandũ ꝑ l.
C.de legi.& const.l.nõ dubiũ.Itẽ q̃a in ulti
mis uoluntatibus & in pactis posteriora de
rogant prioribus, ff.de iur.codi.l.diui.§.sed
licet,ꝙ C.de fideiu.tu.l.2. & C.de pac.l.pa-
cta,& ff.e.ti.l.si vnus,§.pactus,& de cõtrah.
emp.l.pacta.& de procur.§. si q̃s cum ꝓcu.
§.fi sed tu dic sm d.Guil.& alios,ꝙ vtrũq;
statutum dẽat seruari,q̃a nullum de his sta
tutis dr̃ prius alio, & nullum posterius,ar.
legis q̃ dicit ꝙ si in testamento tutorem fi-
lijs meis dedero,& postea in codicillis aliũ,
si oẽs iurant tꝑe quo aditur hæreditas , &
ita tꝑe quo incipit valere tutela , oẽs tuto-
res erunt,ut C.de testa.tut.l.2.& sic est in p̃
missa qõne,quia tꝑe quo incipit statutum
habere vires, s. qñ eo cõpleto confirmatur,
non est aliquod statutum ante uel post. Et
hoc est verum,ꝙ utrunque statutum ualet,
qñ ipsa statuta per aliqua intermedia sunt
16 contraria.†Sed quæro, quid si duo statuta
directe sunt contraria , ita qđ per obserua-
tionẽ unius aliud obseruari non põt , quid
fiet in hoc casu?Dic ꝙ humanius statutum
sit seruandũ,ff.de legibus.l.benignius.& l.
in ambiguis , ff.de re iudica. l.semper inter
veteres, & l.quoties, & C.de fideicõmiss.li.
l.fi. Vos aũt dicatis iuxta opinionem Do.
Guil. ꝙ neutrum dictorum seruandum , ff.
de reg.iur.l.ubi repugnantia , C.de fide in-
17 stru.l.scripturę †Quęro,aliquo statuto an
tiquo cauetur, ꝙ quicunque cum cultello ,
vel alijs armis aliquem hominem uulnera
uerit,ponatur in perpetuo bãno, & omnia
eius bona debeant publicari, alio nouo sta-
tuto continetur,ꝙ quicunq; in platea com-
muni aliquem vulnerauerit,soluat pro bã-
no lib.5.Titius in platea aliquem vulnera-
uerit, & in lib.5. est condemnatus , petitur
insuper ꝙ ponatur in banno sm formã ve
teris statuti,quæritur quid iuris? Et dic pro
& contra, ut in qõne statuti,& solue ꝙ po-
natur in banno ꝑpetuo, quia videntur esse
duo delicta,vnum ratione ꝑcussion is,aliud
ratione loci.l.aut facta,§.fi.ff.de pę.nã cum
quis adulterium cõmittit cum affine , mu-
lier & masculus diuersis pęnis puniũtur,ut
C.de adult.l.q̃uis.& in carcerẽ mittuntur .
vt in Auth.ut nulli iudicum, §.quia uero .
18 †Sed pone ꝙ ciues fecerunt statutum & iu
rauerunt ipsum seruare,modo volunt ipsi
ciues illud statutum tollere, & mutare,quæ
ritur nũquid hoc facere possunt?Primo vi-
detur ꝙ sic, quia nemo in re sua debet suo
arbitrio carere, ff.de pactis. l.nemo,ff.si ser.
vendi.l.sicuti, §.apud. Item ꝙ talis contra-
ctus non tenet,ff.deposi.l.1.§.penul.ff.co m-
mu.diuid.l.in hoc iudicio,§.si conuenerit .
Item

Itẽ qui pōt ligare, & pōt ſoluere, ff. de acq. hære. l. is pōt, de reg. iur. l. eius. Item q a nemo pōt ſibi ipſi obligatus exiſtere, l. ſi plures, ff. de pac. Inſti. de interdict. §. retinẽdæ, ff. de furt. l. hæres, §. ſeruo, ff. de euict. l. fi. q̃ eſt exp̃ſſa. Itẽ quia priuatorum pacto iura publica nō mutantur, ff de pactis, l. ius publicum. Econtra vr̃, ꝙ licet unicuiq; ſuo iuri renunciare, C. de pac. l. ſi quis in cōſcribẽ. c. ſi diligenti. de foro cōp. Itẽ quia ſeruare dẽt iuramentum ille q hanc neceſſitatem ſibi impoſuit. ar. ff. qui ſatiſ. cog. l. fideiuſſor, §. 1. ff. de diſtra. pigno l. ſi creditor, §. j. Item non debet uia periurijs aperiri, C. ad l. Iul. repet. l. fi. ff. eod. l. fi. Item facit, C. de act. & obl. l. ſicut. l. in cōmodato, ff. commo. Item quia obligatio ſemel contracta, nō dẽt poſſe extingui arbitrio debitoris, arg. ff. de eo ꝙ cer. loc. l. 2. Solu. diſtingue, quia aut illud ſtatutum eſt ſuper negotio ipſius ciuitatis, & nō eſt p̃ciſum, & tunc pōt tolli & mutari, quia nihil tam naturale eſt &c. arg. ff. de reg. iur. l. nihil, & ff. de ſol. l. prout quiſq;. & ff. qñ li. ab emp. diſce. l. j. & quia nemo pōt ſibi legẽ ĩponere, a qua recedere non liceat, ff. de leg. 3. l. ſi quis in prin. teſta. Si aũt ex illo tali ſtatuto eſſet alicuius aliquod acquiſitum, tunc dicti ciues ſtatutum mutare nō poſſunt, quia nemo pōt ſuum conſiliũ mutare alterius in p̃iudicium, ut ff. de reg. iu. l. nemo. ſi aũt dictũ ſit ꝙ dictũ ſtatutũ ſit p̃ciſum, & ultra ſit proceſſum, vr̃ ꝙ non poſſit tolli uel mutari aliquo modo uel ingenio, vt quotidie fieri nos uidemus: tũc dicit do. Guil. ꝙ ipſum ſtatutum non poſſit tolli ac mutari, ẽt contraria cōi uoluntate, nã talia verba debent aliquid operari, ff. de vſu. l. ſtipulatus. de leg. 1. l. ſi qñ, & ff. ad municip. l. j. & hoc dic ſm d. Gui. alij uero ſapientes dicunt, ꝙ ſi dictũ ſtatutũ nō ſit iuramẽto uallatũ, ꝙ mutari poſſit: ſi aũt ſacramento uallatũ ſit, ꝙ tũc tolli nō poſſit, uel mutari ꝑꝑ iuramentũ, quia oẽ iuramentũ ſeruandum eſt, niſi vergat in p̃iudiciũ ſalutis æternæ, C. ad l. Iu. repe. l. fi. ex̃ de iureiu. c. cũ contingit. nã ptãs & cõe poſuerunt ſe in hac neceſſitate iuramẽti, ergo dẽnt hoc ſeruare, ar. ff. q ſatiſ. cog. l. ſi fideiuſſor, §. fi. nã cōi licuit ſtatutum facere & paciſci, vñ nō debuit via ꝑiurijs aperiri, C. de iud. l. 2. & C. ad l. Iu. repet. l. fi. nã multa ualent firmata ſacramento, q̃ alias non valerent, vt C. ſi aduerſ. ven. auth. ſacramen. pub. & ff. de leg. 2. l. cum pater §. filius. Nã ſicut fuit in poteſtatis arbitrio iurare vel nō iurare, ita poſt iurm̃ p̃ſtitum eſt neceſſe ſacr̃m ipſum ſeruare, arg. C. de act. & obl. l. ſicut. Itẽ quia licet unicuiq; ius ſuum cōpetens reſpuere, ut ff. de mino. l. ſi iudex, C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo. & q̃q̃ hoc verũ ſit, ſm cõem opi. Doc. tñ uidebatur cōtra, q a nemo in re ſua pōt arbitrio ſuo carere ĩuitus, ff. de pac. l. nemo

18 ff. ſi ſerui. ven. l. ſicut, §. Papinianus. Itẽ q a ptãtem ſui arbitrij non pōt a ſe abdicare, ff. de of. p̃ſi l. pe. Itẽ qui pōt ſe ligare, pōt ſe abſoluere, ff. de acq. hær. l. is pōt. & de reg. iur. l. nemo, & l. eius. Itẽ quia nemo pōt ſibi ipſi obligatus exiſtere, cum uicem duorũ ſuſtineat, ut Inſti. de interdi. §. retinende. & eſt de hoc lex expreſſa, ut ff. de euict. l. fi. ff. de pact. l. ſi plures. Itẽ quia nemo pōt ſe indiſſolubili uinculo obligare, ut ff. de ſol. l. ſi conueniant, & ff. de dona. inter vir. & vxo. l quod aũt, §. vxori. Vnde aliqui ſapientes dicere, uoluerunt, quia aut conſiliarij ſtatutorum ſententiãdo fecerunt, aut mãdando, aut contrahendo. Primo caſu ipſi non pñt mutare ſtatutum, neq; ſuam, neq; p̃deceſſoris ſui ſñiam quiſq̃ pōt mutare, ut C. ſentẽ. reſcin. non poſ. l. 1. Sc̃o aũt caſu pōt bñ re integra reuocare mandatum, quia hoc pōt ſingularis perſona, ff. man. l. ſi inter cãs. & quia vniuerſitas loco vnius hr̃, ut ff. de fide iuſ. mortuo. l. Si aũt cōtrahendo aliquid ſtatuit, ſubdiſtingue, q a aũt ſtatutũ ꝑtinet ad ſolã publicã vtilitatẽ, aut ad priuatã. Si ad publicam, bñ pñt tollere iſta ſtatuta, ff. qđ cuiuſq; vniuer. l. item eorum, §. ſi actor. & ff. de decre. ab or. fac. l. ꝙ ſemel. Si aũt ad priuatã utilitatẽ ꝑtineat, tunc mutare no pōt, quia nemo poteſt, ut ff. de reg. iur. l. nemo.

19 † Preterea quæro, an illi q de maleficio accuſantur, vel contra quos inquiritur, vel et accuſant, poſſint renũciare bñficijs ſtatutorũ in ipſorum fauorem facientium? Reſp. ꝙ partes pñt renunciare ſtatuto ex quo ſentiũt fauorẽ, & nō odiũ. Septẽ. n ſunt ſpecies legũ, lex plebiſcita, ſenatuſcōſulta, ꝑtorum edicta, prudentũ rñſa, principũ placita, conſuetudines, & octauum eſt ius municipale, q ſi contra ſeptem prima pñt pacta ualere, q longe digniora ſunt, multo fortius ualere de: ent pacta in lege municipali, quæ eſt debilior, quod probatur, ff. de iuſtit. & iur.

l. ius

l.ius aũt ciuile.& Inst.de iur.natu.in §.scriptum.& §.ex non scrip.& §.pen. Quod aũt pacisci possit contra leges per partes, patet in l.Falcidia.quæ per partem p̃cepit defalcationem: & tñ si aliquis velit hoc remittere pacto, põt etiam cõuenire.C.ad leg. Falcid.authen.sed cum testator.ibi, si quędam legata &c.vbi qui solidum legatum aliq̃b. soluit, beneficio legis Falcidiæ renunciare vr̃,& in l.vlt.non obst.ff.ad l. Falc.l. qđ de bonis.§.j.q̃a viuo testatore, pactum de futura successione non tenuit, vt C.de pact.l.fi.nec obst.l.ij.quia vel est correcta ꝑ auth. vel de futuro trahetur ꝙ debuit de primis pensatio solui. Et sic video tenere pactum contra legem Falcidiam. Item video in le. xij. tabularum q̃ de furto tractat, vt patet ff.de fur.l.si pignore, §. cum furti. & actio furti ex ipsa lege descendit.sicut & aliæ actiones de furto.dic, non manifesto: nã de manifesto, p̃toria est, ff.de orig.iu:l.ij.§.ꝑinde.& notat do. Azo.in sum. §. est aũt & tñ video ꝙ p̃dicta contra actionem furti seruant̃, ff.de pact.l si tibi decem.§.sunt q̃dam,& de fur.l.interdum, §.j.&§.q̃ tutela, & l.si pignore, §.fi. Item ẽt contra plebiscita video pacta seruari. Lex .n. Aquilia plebiscitum est, vt e.ti.l.j.& de eius natura est in damno dato culpabiliter emendando, aliter.n.non, & tñ video contra naturã hui⁹ plebisciti pacta seruari, l, si seruus seruũ, §. si calicẽ, ff.ad leg. Aq.& l.item q̃rit̃, §.si gẽma, ff.loca. Item contra senatuscõ.video pacta seruari, ff.ad Velleia l.fi.§.pen. Item cõtra edicta p̃torum vt ff.de pact.l.pacisci.& l.iurisgentium, §.si paciscar. Itẽ contra rñsa prudentiũ. Voluerunt.n.sapientes, sp̃ãliter Nerua, depositariũ de dolo & lata culpa teneri, & tñ ex pacto põt allter fieri, ff. depo.l.j.§.nõ solum, & l.ꝙ Nerua.& simil. ff.si quis cau.§.quasi. Item cõtra principiũ placita. Nam statuit princeps ĩ appellationib quædam fatalĩa, & partes suo pacto id immutant, C.de temp.appel.l.fi.in fi. Item contra consuetudinem video pacta seruari: nam vbi de vsuris non est consuetudo, de vsuris certis consuetudo seruat̃, & tamen si pactum est, p̃ualebit consuetudo, vt C. de vsur.l.eos, §.qui cæteros. ff.eo.l.j. Præterea video ꝙ iudex seruare debet, quę partes decreuerunt seruãda, tam in forma iudicij, vt C.de episc.& cle.auth.gñaliter.q̃ in prolatione sñĩæ.vt ff.de re iud.l.si conuenerit, l. iudicẽ, ff.cõi diui.q̃ ẽt in executione sñĩæ, ff.de pact,l.tale. §.j.cum ergo sic sit in prædictis, q̃ digniora sunt, q̃ populorũ leges, dic ꝙ statutis vel reformationibus consiliorum possit renũciari, qñ sunt inducta in fauorẽ partium, si aũt sint ĩducta in publicã vtilitatẽ vel fauorẽ gñaliter, vel ẽt in odiũ, dic ꝙ tũc nõ possit, ꝙ dic vt no.s̃. de statu. & eorum obserua.§.quæro, sed nunquid, & quod hic est, poterat ibi scribi & apponi.

De multis quæst.dependentib. a statutis, quæ incidunt circa maleficia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Statutum imponit pœnam centum vulneranti, & mille occidenti, quidam uulnerauit aliquem & accusatus se præsentauit ac fideiussores dedit, si postea moriatur uulneratus, & Potestas in mille condemnet reum, an fideiussores ad cẽtum tenebuntur, uel ad mille.*

2 *Statutum dicit ꝙ faciens insultum ad domum, magis puniatur q̃ alibi, si quis alium insultat ad porticum domus, an incidat in statutum, & sic an appellatione domus ueniat porticus.*

3 *Statutum dicit, si in aliqua uilla, uel castro fuerit maleficium factum, cõe teneatur illum Potestati ciuitatis denũciare sub pœna centum. Titius deliquit & postea aufugit, sed deinde in manus Potestatis uenit, an commune erit liberatum & quando commune tenetur, an teneantur infirmi, absentes, inhabiles, uiduæ, pupilli, & alia miserabiles personę.*

4 *Stante casu, ut supra, an inquilini tenebuntur.*

5 *Statutum Bergomi continet ꝙ faciens insultum ad domum alicuius, puniatur in centum: Titius fuit insultatus ad domum suæ habitationis quam conduxerat, an insultator incidat in pœnam statuti.*

6 *Statuto dicente, nullus portet arma sub certa pœna, inuentus fuit, Titius cum panceria an puniatur.*

7 *Statuto continetur, qui fecerit tale maleficium possit a quolibet accusari, & habet medietatem banni: Titius aliquem denunciauit, sed non accusauit, & sequuta est condemnatio, an medietatem habebit.*

8 *Statutum ciuitatis punit portantes cultellum, si accedat, ꝙ dum familia Potestatis perquireret, inuenit quatuor homines in uia, & unum cultellum penes eos in terra, uel inuentus fuit sub*

quodam

quodam bancho ubi prædicti stabant: quid erit de condemnatione.

Statuto continetur ꝙ nullus ludat ad taxillos sub certa pœna & ꝙ quilibet possit accusare, & medietatẽ banni habeat si quidam denunciauit nõ aũt accusauit, an habebit medietatẽ.

10 *Statuto dicente ꝙ Potestas debeat terminare omnes causas maleficiorum intra duos mẽses, an elapsis duobus mensibus poterit condemnare, uel absoluere.*

11 *Statuto dante domino Potestati arbitrium in omnibus maleficijs suo tempore perpetratis contigit quod illo tẽpore fuit uulneratus quidam, et tempore sequentis Potestatis, qui non habebat arbitrium est mortuus, quæritur, an Potestas habeat arbitrium in illo.*

12 *Statuto dicente ꝙ Potestas habeat arbitrium duobus primis mensibus sui regiminis, de omnibus maleficijs dicto tempore commissis quo tẽpore quidam fecit maleficium, de quo fuit accusatus, quæritur, an pendente accusatione currat tempus, ita ꝙ potestas desinat habere arbitrium.*

13 *Statutum ponit pęnam occurenti ad rumorem cum armis, quidam finito rumore ad illum cũ armis currit, an punietur.*

14 *Statutum ponit pœnam sol. v. si bestia intrãdo uineam alicuius, dãnum dederit, an si bestia ꝑdita dãnum det, habebit locum statutum.*

15 *Statuto ciuitatis dicente, ꝙ si dãnũ detur in uilla, cõmune teneatur, uilla uero habeat statutũ, ꝙ pro dãnis datis uilla non teneatur, quod horum statutorum præualebit.*

16 *Statutum ciuitatis Senarum est, quod homicidæ bona publicentur, si uasallus homicidium committat, an feudum debeat publicari.*

17 *Statuto dicẽte, ꝙ nullus possit detineri pro maleficio ꝑ quo pęna peccuniaria sit imponenda, si dederit fideiussores de condemnatione soluenda, uel de præsentando, & alia securitas non exigatur ab eo nec a fideiussoribus. Titius si sit accusatus de tali, & fideiussores det, ut supra, ac de parendo præceptis Potestati, fideiussoribus præsentantibus Titium, an poterit cogi ad soluendum condemnationem factam.*

18 *Statutum dicit ꝙ nulla bestia det damnũ, uel quod nauis non uadat ad locum prohibitum sub pęna x. sol. modo Potestas condemnauit bestiã unam uel nauim, quæritur, an ualeat talis condemnatio.*

19 *Statutum dicit ꝙ nullus ponatur ad torturã, nisi pro homicidio, raptu mulierum, & falsitate, si quidam per uim carnaliter cognoscat mulierem, an poterit subijci torturæ.*

20 *Virginem proijciens in terram, & eam per uim stuprans, qua pęna puniatur.*

21 *Virginis raptus, an pęna mortis puniatur, & quando.*

22 *Statutum dicit quod rapiens filium decapitetur, si aliquis rapiat carentem patre, an statutum habebit locum.*

23 *Cognito masculo contra naturam, quid faciet iudex.*

24 *Vir si membro mulieris non ad hoc cõcesso usus fuerit qua pœna feriatur.*

25 *Sodomita, uel seipsum polluens, uel uxorẽ extra claustra polluens, an ab uxore possit dimitti.*

26 *Cognoscens pulchram, an magis peccet, quam cognoscens deformem.*

27 *Statuto dicente ꝙ banniti pro quibusdam maleficijs nunquam possint eximi nec cancellari de banno, si quidam pro tali maleficio bannitus petat se cancellari, quia uult ostendere bannum ipso iure nullum an sit audiendus.*

28 *Statuto continetur ꝙ Potestas in condemnationibus & absolutionibus maleficiorum faciendis, conuocet certos sapientes, quorum consilio ꝓcedat ad condemnationem uel absolutionem, si Potestas conuocatis uel non conuocatis sapientibus condemnauit uel absoluit, non sequens eorum opinionem, quid iuris.*

29 *Statuto dicente quod pro tali maleficio imponatur pęna lib. centum. si in eodem uolumine reperiatur aliud statutum, quod generaliter imponat aliam pœnam pro omnibus maleficijs, quod seruabitur.*

30 *Statuto ciuitatis Castelli continetur, ꝙ nullus cõpellatur restituere rem quã emit publice & sine fraude, nisi ei pretium fuerit integre restitutũ si accidat quod duo boues in agro Aretino derobati ducantur ad ciuitatem Castelli, & ibi uenditi sint quid iuris erit.*

31 *Statutum ciuitatis Castelli si faciat cõtra reũ, & pro actore forense, an possit retorqueri contra actorem.*

32 *Bannum fuit missum per ciuitatem super aliqua re & sub certa pæna, si aliquis contra ueniat & dicat se ignorasse bannum an excusabitur.*

33 *Fideiubens pro custode carcerum de præsentando eum & soluere totum de quo carcerati fuerunt condemnati, si custos aufugiat cum carceratis, uel aliquod maleficium committat, an possit cogi fideiussor.*

Potestas

34 *Potestas pro tribunali sedens præcepit cuidam allegauti ne amplius loqueretur sub penalibus centum, & ille nihilominus loquutus est, an poterit Potestas pœnam illi auferre.*
35 *Statutum dicit ꝙ banniti pro maleficio nõ possint exire de banno: Potestas cancellauit de banno quendã bannitũ, quia ei prodidit plures derobatores, & sic ei promiserat, an teneat talis cancellatio facta sine licentia consilij?*
36 *Statutum dicit ꝙ omnia bona homicida dẽant publicari, si quidam uẽdat domum nec possessionem tradat, & postea homicidium committat & subsequenter condemnetur ac illius bona oĩa publicentur, an domus in qua stabat tempore perpetrati delicti publicetur.*
37 *Statutum dicit quod omnia bona homicida debeant applicari haredi interfecti tam mobilia quam immobilia an nomina debitorum sint applicanda huic heredi.*
38 *Statutum ciuitatis dicit quod bannitus impune possit offendi, an pro maleficio bannitus poterit impune occidi.*

1 PONE contineri statuto† ꝙ quicunque aliquem vulnerauerit, soluat pro pœna lib.c.& quicunque aliquem occiderit, soluat lib. mille. Accidit ꝙ quidam aliquẽ vulnerauit, & accusatus de vulnere cõparuit, præsentauit se, & fideiussores dedit post aliquot dies ille vulneratus mortuus est ex illo vulnere, vñ Potestas cõdẽnauit illum accusatum in mille libris: mõ q̃ro, an fideiussores teneanẽ ad pœnã centũ lib. an ad pœnã mille, quia dati fuerunt solum ad centũ lib. Et primo vr̃ ꝙ teneantur ad centũ tm̃, quia fideiussores non tenenẽ ad pœnam, ff. de eo ꝙ cer. lo. l. centum Capuæ, & ff. de fideius. l. si fideiussor. §. pro Aurelio, & ead. l. in prin. ff. qui satis. cog. l. j. in fi. vñ fideiussores non debent posse teneri pro alio q̃ pro vulnere, facit ad hoc ff. de mu. & ho. l. libertus, §. pe. quid plura? quoties quis tenetur ĩ aliquo, non crescit æstimatio, ob id qđ non restituat, ut ff. de fideius. l. fi. ff. de pe. hær. l. item veniunt, §. cum p̃diximus. Econtra vr̃ ꝙ tenetur in mille, q̃a vr̃ mortuus primo, cum mortifere fuerit vulneratus, ut ff. ad l. Aq. l. huic scripturæ, ff. de dã. infe. l. damni, §. Sabini. Preterea id qđ proximum est, pro perfecto habetur, vt ff. de re mil. l. 2. & ff. de hæc qõ cõiter determinatur, q̃a si illud vulnus apparebat illo t̃pe mortale fore, tunc fideiussores tenentur in mille, arg. l. fi. in fi. ff. quo. leg. si aũt eo t̃pe nõ apparebat vulnus mortale, ꝙ fideiussores tm̃ in centũ teneantur, ar. ff. ad l. Aq. l. qui occidit, & ita soluit
2 do. Dy. de Musel. † Item pone, ꝙ cõtinetur in statuto, ꝙ quicunq; fecerit insultũ ad domum alicuius, ꝙ magis puniatur q̃ si insultum fecerit alibi: accidit mõ ꝙ quidã fecit insultũ ad porticũ domus, q̃ritur an videatẽ
a fecisse ad domũ, & vr̃ ꝙ sic, a quia appellatione domus, & porticus continetur, ff. de leg. j. l. cetera, §. hoc senatusconsultum, ff. de ver. sig. l. ædificia, & l. qui in continenti us, ff. de leg. 3. l. p̃di. in fi. & ff. de pig. l. creditores, in fi. nã si aliquis faciat porticum suã, & nõ vsui publico noceat, nõ tenetur destruere, sed salsariũ p̃stare, C. de op. pub. l. in ædificia, & ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. si quis, & ff. de oper. pub. l. si legatum, §. si tñ. Econtra vr̃ ꝙ nõ: nã porticus fit super solo publico, & merito contra legẽ, q̃a solum debet esse liberũ vsq; ad cęlũ, ff. de serui. l. fi. & ff. ꝙ vi aut clã, l. pe. §. fi. Item domus appellatione venit domiciliũ, ut ff. de iniu. l. lex Cor. §. fi. ff. de adul. l. qui domũ, ff. de ven. inspi. l. j. §. fi. Sol. Vr̃ ꝙ appellatione domus cõtineanẽ retenta cõsuetudine gñali, quia magna rõ suadet &c. vt ff. eo. l. si à reo, & ne maleficia remaneant impunita, ff ad l. Aq. l. ita vulne
3 ratus, hæc eadem q. est s̃. de pę. † Item pone contineri in statuto ciuitatis, ꝙ si in aliqua villa vel castro factũ fuerit aliquod maleficiũ, ꝙ cõe villæ vel castri teneatur p̃sentare cõi ciuitatis talem malefactorem sub pœna centum lib. accidit ꝙ Titius in villa, vel castro cõmisit homicidium & aufugit, postea req̃situs à Potestate vel capitaneo, vel alia de cã peruenit in fortiam Potestatis & cõis ciuitatis: mõ q̃ritur, nũquid cõe villę, vel castri possit in centum condemnari? & videtur ꝙ non, quia non interest quod ex æquipollentibus fiat, dummodo fiat, ut ff. de verb. signi. l. seruus, §. mandati, & C. de cond.

ADDITIO.

a ¶Quod sic. *Adde Pet de Anch. consi. 159. vbi dicit, ꝙ fugiẽs ad porticum ecclesiæ, gaudet eius immunitate, pro quo facit quod voluerunt do. de Rota decis. 157. de praben. ꝙ habens expectatiuam ad prabẽdã in aliqua ecclesia vacatiuã, ꝙ si vacet p̃benda in cœmiterio, ꝙ illa debetur. B.*

cond.indę.l.1.vñ qualitercunq. fiat,ēt si au
fugit, nō tenetur de fuga.Sol.Vř distinguē
dum vtrum ex eadem cā, i. accusatione di-
cti maleficij ꝑuenit ad Ptātem, & tūc illud
cōe sit liberatum per iura p̄dicta,an ex alia
cā,puta quia cōmisit aliud delictū , & tunc
nō liberatur,quia nō est rō quare soluta sit
obligatio,cum ex alia cā peruenerit ad po-
testatem,ar.l.fi.ff.quemad.ser.amit. sed qn̄
cōe villæ tenetur in p̄dicto casu uel simili,
nunqd ad pęnam soluendam tenenť absen
tes,infirmi,& inhabiles? Respon.non,ff.de
adul.l.pe.C.de sica.l.fi.licet sit,ar.contra,ff.
qui & à qui.l.prospexit, l.nō aliter,ff.de le.
3.& ꝙ absentes nō teneanť,facit C.de adul.
l.adul.& l.fi.ad Sill. C.de sic.l.fi. Item quia
statutū est odiosum & cōtra ius, igiť est re-
stringendum, ff.de lib. & posth.l.cum qui-
dam,& est expressum in Auth. vt nul.iu.§.
qm̄ vero contingit.& hęc est benignior sen
tentia,ff.de pę.l.in metallum,& l.si præses,
& de act.& obl.l.Arrianus.sed vř ꝙ decretū
dicat, ꝙ villa & castrum puniantur ob deli
ctum aliorum, 23.q.2.c. dn̄s Deus noster .
Item ꝙ iufirmi non teneantur , probatur ,
ꝗa infirmitas p̄stat excusationem,ff.ad Sil-
la.l.si quis in graui,§.1.& de reg.iu.l.quęsi
tum.Item ꝙ vidua,pupilli,& aliæ miserabi
les ꝑsonæ non teneantur,vř esse casus,ff.ad
Sill.l si quis in graui,§.ignoscitur.& hoc ꝑ
4 rectores serūatur de consuetudine.† Sed ꝗd
de inquilinis?Dic ꝙ ipsi teneńť, & non dn̄i
eorum,ff.de his qui deie. uel effu.l.1.§. hæc
actio.& l.si plures,2.rn̄. & l.pe. & ita sentit
do.Odof.licet possit allegari cōtra,ꝙ statu-
tū simpľr & indistincte loquitur , ergo &c.
5 ꝙ dic ut supra in hoc opere.† Item pone cō
tineri in statuto ciuitatis Pergami , ꝙ qui-
cunque fecerit insultum ad domum alicu-
ius,puniatur in centum li.modo aliquis fe-
cit insultum ad domum habitantis,ꝗ aliꝗs
conduxit,nunquid insultator punieť in cen
tū lib.dic ꝙ sic,ut ff.de alea.l.p̄tor,§.domū,
& Insti. de iniur.§.pe. & ff de iniu. l.lex Iu-
6 lia.†Itē pone contineri in statutis,ꝙ nullus
sub certa pœna portet arma,ecce aliquis in
uentus est portare pāceriā,nunquid iste pu
nietur? Dic ꝙ nō,quia pāceria portatur pro
salute hominis,& nō pro offensa facienda,
vt ff.de vi pub.l.is qui. Itē mens statuti est,
ꝙ hoīes amoueātur à rixis & maleficijs , ꝙ
cauere debet p̄tor,ff.de vsuf.l.si cuius rei,§.
item si inter dn̄os, & de le.3.l.non aliter,§.
fi.ff.de mor.infe.p̄tor aūt. nō vř incidere in
7 statutū,ut ar.ff.de ui pub.l.is qui.†Item po
ne contineri in statuto , ꝙ quicunq; fecerit
tale maleficium,quilibet possit accusare, &
habeat medietatē bāni. accidit ꝙ ꝗdam nō
accusauit, sed denunciauit Titiū illud tale
maleficium commisisse,& ex illa denuncia
tione est ille Titius condēnatus,mō q̄ritur,
nūquid hře,ille debeat medietatē banni?&
vř ꝙ nō,ar.ff.de inof.te.l.Papinianus,§.me
minisse,& ff.rē ra.ha.l.amplius.& Instit.de
contrah.emp.§ fi. & ar.ff. de bo.li. l.qui cū
maior, §.accusasse,l.in serui.§.1. Item dr̄ia
est inter accusationem & denūciationem,
nā libertus non pōt accusare patronum ēt
noīe alieno, sed denunciare sic,C.si tu. non
ges.l.j.vbi vř quasi hoc expressum. Econtra
vř ꝙ sic,nā qui nomen detulit, accusare vř,
ut ff.de iur.pat.l.eū qui. & satisfactū vř ver
bis statuti,ut ff.de in ius uo.l.ꝗuis.Item vi
deo ꝙ tm̄ facit denunciatio quantum accu-
satio,& econtra,C.de accusa.l.si quis. Item
tm̄ est cōsecutus ꝑ istā denunciationē quā-
tum fuisset ꝑ accusationē, & ista accusatio
& denūciatio tendunt ad unū effectū , ut ff.
qđ quis.iur.l.1 .in fi.ne ꝗs eū qui in ius vo.
l.si ꝑ aliū.Sol.Hæc vlt.opi.vř melior,& ita
sentiunt Doc.s.ꝙ denūciatio habeat partē,
nā licet statuta sint stricti iuris,& iō distin
guēdū,tn̄ ipsum statutum recipit interp̄ta-
tionē ₰m formā iuris cōis,ut plene no.sup.
de obser.sta.§. ēt q̄riť. & ita uidi pluries iu-
dicari de facto ꝑ iura p̄d.& ꝑ l. de iur.patr.
l.eū ꝗ.cū legib.sup.alle.nec ob.§.ille,de bo.
lib.l.qui cū maior,§.accusasse.quia uerū est
inspectis uerbis edicti, q̄ non sunt minuen-
da,ꝑ l.p̄all.ff.qui pet.tut.l.creditores. 1.rn̄.
8 †Itē pone cōtineri ī statuto ciuitatis,ꝙ nul
lus sub certa pœna debeat portare cultellū,
accidit , ꝙ dū familia Ptāt is iret cercādo ꝑ
armis,inuenit quatuor hoīes stātes in uia,
& unū cultellū penes eosdē in terra,à ꝗbus
ꝗsitū fuit,cuius esset dictus cultellus,& oēs
dixerunt ꝙ nō erat eorū,uel pone ꝙ dictus
cultellus fuit inuentus sub quodā bancho
vbi p̄dicti stabāt.q̄ritur uunc, an oēs simul
istorū teneātur ad pœnā,an unus eorū tm̄?
Et primo vř ꝙ nullus teneatur , quia cum
nō fuit inuentus portare aliꝗs,ergo nullus
inuenitur in delicto,ergo nec pęna reporta
tur,cum tm̄ ibi debeat esse pęna vbi est deli
ctum,

ctũ,C.de pę.l.sãcimus. Item quia in crĩbus
debent esse probationes luce clariores, C.de
prob.l.sciant. Et ideo iudex qui sñĩam latu-
rus est, nõ prius dẽt quemq̃ de armorũ por
tatione condemnare q̃ de criẽ sibi constat,
C.de pę.l.qui sñĩam, maleficium est.n.por
tare arma, cum sit vetitum per statutum,
& p iura cõia, C.vt arm.vsus, l.vna, li.12.&
in Auth.de arm.in plurib.locis, & maxime
in ver.hanc ergo, s.&c. Itẽ dolo carere non
vr qui non obtemperat &c.vt ff.de re.iur.l.
nõ põt. Itẽ rõne dubitationis quilibet con
sueuit absolui, ff.ad l.Aq.l.sciam, §.cũ ĩstra
Itẽ sanctius est illũ portantem absoluere, q̃
alios innocentes cõdẽnare, ut ff.de pę.l.ab-
sentem, nã hoc est verũ si ab initio tm̃ por-
tabat. Item incertitudo plerunq; id de quo
agit facit deficere, ff.de testa.tut.l.duo sunt
Titij, & l.tutor. Econtra vr ꝙ in tm̃ vnus eo
rum teneri debeat & puniri, & per iudicem
eligi qđ sit gratificationi locus, q̃a cum plu
rib.legat vsusfructus plurimorum p̃diorũ,
separatim eligit in quo p̃dio sepeliat defun
ctus, ff.de reli. & sum.l.fi. sic eligit iudex v-
num ex plurib.psonis, vt ff.de accu.l.si plu
res, & ff.de li.ho.exh.l.3.§.hoc interdictum,
sic iudex eligit cui puella nubat, qñ sua ve
recundia nõ vult suã voluntatem exprime
re, ff.de nup.l.in conuentio.in fi.econtra cir
ca istum art. vr ꝙ omnes quatuor teneant, p
l.ff.ad l.Aq.l.item Mela, §.si plures, & p l.
ff.de his qui deie.vel effu.l.j.in fi.cum trib.
seq.& ff.ad l.Aq.l.ita vulneratus. item lege
municipali teneri debet, sicut l.cõi via ma-
litijs non dẽt aperiri, de transa.l.cum hi, §.
si cum lex, C.de ind.vid.l.j.q̃libet.n. viden-
do familiã, posset pmittere sibi cadere cul-
tellum, & sic pęnã euitare. Itẽ & ecõtra rigo
re iuris multa p cõi vtilitate recepta sunt,
s.vt teneat aliq̃s tanq̃ ipse solꝰ fecerit aliq̃d,
& tñ ipse solus non fecit, ut d.l.ita vulnera
tus, & ar.ff.ar.fur.cęs.l.si plures. Sol. Dico p
iura p̃allegata ꝙ quilibet teneat ad pœnã,
sed q̃a vniuscuiusq; cultellus fuit inuẽtus,
ab vno solo vr uniuscuiusq; cultellus defer
ri, uno p̃dictorum soluente, cæteris liberan
tur, ar.p̃dictorum l.ff.de his qui deie. vel ef
9 fu.& aliarum legum alle.p ult.par. † Item
pone, statuto cauet ꝙ nullus ludat ad taxil-
los sub certa pœna, & qđ quilibet possit ac
cusare, & habeat medietatem banni. quidã
vero non accusauit, sed denunciauit, q̃ritur
nunquid habebit medietatem banni? dic
pro & contra, vt notaui in dictis quæst.sta-
tuti, & solue ꝙ sic, ff.de iu.pat.l.eum qui, &
quia denunciator & accusator tendunt ad
vnum effectum, ff.quod quis.iu.l.j.in fi.ff.
ne quis eum qui l.si per alium, nec ob.ff.de
bo.li.l.qui cum maior, §.accusasse, quia ue-
rum est inspectis uerbis edicti, quæ nõ sunt
minuenda, ut ibi. Statuto cauet ꝙ si fuerit
facta alicui iniuria præsente Potestate, ꝙ
Ptãs possit illum punire arbitrio suo, quæ-
ritur an statutum locum habeat si uerba
iniuriosa dicta fuerint alicui in conspectu
Ptãtis? dic ꝙ sic, C.de inof.test.l.cum te.C.
10 fa.erc.l.in ipsius. † Itẽ pone in statuto cõti
neri, ꝙ Potestas intra duos menses teneat
diffinire omnes cãs maleficiorum cõnume
randas à tpe accusationis oorrectæ, quæri-
tur an elapsis duob. mensibus possit ille su-
per illis condemnare vel absoluere? Respõ.
sic, ut C.vt oẽs tam ciu.q̃ cri.l.unica in fi.
11 † Item pone qõnem q̃ qñq; occurrit de fa-
cto, ex forma statuti uel reformatione con-
cilij datum fuit tali dño Potestati Bononię
arbitrium in oĩbus maleficijs suo tpe ppe-
tratis, contigit ꝙ tpe illius Potestatis qui-
dam fuit mortifere vulneratus, tpe uero se
quentis Potestatis ille mortuus fuit, quo
tpe ille Potestas nõ habebat arbitrium. Et
modo q̃rit an Potestas habeat arbitrium in
illo homicidio. Et vr ꝙ non, quia vr ꝙ ini-
tium maleficij debeat inspici, sicut dr de il-
lo qui inchoauit rixam, q̃ritur an teneatur
de oĩb.ibi actis, C.ad l.Iul.de ui pub.l.qm̃,
& ar.ff.ad Mac.l.tametsi, & ff.de pę.l.1.§.
quod si seruum, & ar.ff.ad l.Corn.de sic.l.j.
§.diuus. Item in maleficijs non considerat
exitus, sed voluntas, ut ff.ad l.Cor.de sic.l.di
uus, & C.eo.tit.l.is qui cum telo, econtra vr
ex eo ꝙ tpe p̃ntis Potestatis est mortuus,
nã effectus de quo agitur consideratur non
verba, ff.quod quis.iur. in alterum stat.l.j.
§.hæc uerba. Item ante mortem non dr ho
micidium perpetratum, statutum uero loq̃
tur in tpe p̃finito, dum dicit, perpetratum,
vnde significat homicidium non cęptum,
sed consummatum, sicut dr de uerbo statu-
ti, quod significat rem perfectam & cõsum
matam, ut d.§.hæc verba. Item præsens Po
testas cum ueteri Potestate videt esse eadem
potestas, ff.de iud.l.proponebatur. Item di
citur perpetratum ꝙ ex omnibus suis par-

cibus constat, & nil.vr̃ actum dum aliquid
deest ad agendum, C. ad Sill.l.cum fil.in fi.
Sol. Dic ꝙ neuter dictorum Ptãtum hẽt ar
bitrium, pteritus non, quia suo tpe nõ fuit
cõsummatum homicidium. psens non, qa
suo tpe non fuit inchoatum, cum.n. Pote-
stas habeat arbitrium, oportet ꝙ illud ho-
micidium cœptum sit, & consummatum
suo tpe, perpetratum significat rem perfe-
ctã, & cõsummatã, vt dictũ est s.& ita con-
suluit Dy.s.neutrum hr̃e arbitrium, dicens
ꝙ videtur casus legis, quia perpetrari rem
pfectam significat, ff.de his qui si mor.con
sci.l.3.ꝙ non fuit tpe alicuius eorum, pte-
rea ista monosyllaba, per, adiecta alicui di-
ctioni rem perfectam demonstrat, ff.de ver.
sig.l.vrbana, §.pernoctare, Dy.hoc no.ff.de
12 dã.infe.l.dãni, §.Sabini.†Item pone ꝙ con
tinet̃ statuto, ꝙ Potestas habeat arbitrium
primis duob.mẽsib.sui regiminis de oĩbus
maleficijs dicto tpe commissis: quo tpe qui
dam fecit quoddam maleficium, de quo tpe
fuit accusatus, accusatione vero pendente
q̃ritur nunquid currat aliud tp̃s, ita ꝙ Pote
stas ille desinit hr̃e arbitrium, in pcessu cu
ius accusationis opponebant̃ exceptiones,
q̃ durante arbitrio Ptãtis reijci poterant.
Itẽ q̃rit̃ de pœna, vtrum ex arbitrio possit
imponi? & primo vr̃ ꝙ ƒm arbitrium possit
pcedi, & punitio fieri, ar.ff.de iur.om.iu.l.
cum q̃dã puella, & ff.de iud.l.si quis, & l.vẽ
ditor, §.iudices, & l.iudicium, nã tpales a-
ctiones si in iudicium deducant̃, fiunt ppe
tuæ, C.de anna.excep.l.j.§.exceptiones, ita
tutor causas inchoatas põt perficere, etiam
finita tutela, vt C.post pu.tu.adsit.l.j.ff. de
admi.tut.l.ita autem, §.fi.ff.de app.l.tutor,
§.j. Itẽ Ptãs debet iudicare ƒm legẽ q̃ erat
tpe cõmissi delicti, ut ff.đ pę.l.j.& ĩ Auth.
vt cũ de app.cog.in prin. ergo debet posse
cognoscere, examinare, & inquirere de ma-
leficijs ex arbitrio, quia vbi aliqd permitti
tur, & id intelligitur concessum, p ꝙ venit̃
ad illud, ff.de spon.l.oratio. Item si cœpit
ex arbitrio cognoscere, nõ debet diuidi pos
se continentiam causę, C.de iud.l.nulli. Itẽ
videtur exp̃ssum, nam lex municipalis dat
formã iurisdictioni, q̃ est finita re non inte
gra: ergo ius nõ finit̃, sicut in cæteris man-
datis, vt non finiantur, re non integra, ff. de
iur.om.iu.l.& quia. Econtra vr̃, ꝙ dicti arbi
trij Ptãs sit finita, sicut dr̃ in arbitris, ut ff.
de arbit.l.Labeo.& l.non distinguemus, §.
dies. Item leges volunt in his q̃ nõ recipiũt
cõsummationem, ꝙ vitient̃ qñ deueniunt
ad eũ casum à quo incipere non poterunt,
ut ff.ad l.Aq.l.quia.& de iud.l.si à me.& l.
Iulianus ait, si aliter, ff de seru.l.p.p.& exp̃s
se ff.de his q̃ pro nõ scri.l.in metallũ, & qa
lex municipalis quo ad tp̃s concedit arbi-
trium, non debet vltra posse protendi quã
verba patiantur, ff.de verb.obli.l.quicquid
astringẽdæ, quia quoties ipse recedit à iure
cõi, est odiosa, & sic restringẽda, ff.de lib.&
posth.l.cum quidã, ff.de pę.l.interp̃tatio le
gũ. Præterea lex de arbi.lata, vr̃ scripta qua
si in vanum: aut.n.iudex in cognoscẽdo de
uiat à iure cõi, & tũc eius arbitrium est ini-
quum, & reducendũ ad arbitriũ boni uiri,
i.iudicis, & sic ad ius cõe, vt ff. pro soc.l.si
societas, §.fi. cum quatuor legib.seq. & sic
non potest Potestas immutare ius cõe, nec
substantiã arbitrij, per hoc qđ habeat arbi
trium, ff.mand.l.qui in mutuam, ff.de reg.
iur.l.q̃ dubietatis, & sic iudicium soluit̃ ue
tante eo qui iudicare iussit, ut ff.de iud.l.iu
diciũ, ita soluitur l.municipali uetante, q̃
nõ hẽt locũ isto tpe. Sol.in hac parte sapiẽ
tes nõ dubitãt, ꝙ Ptãs non possit cognosce
re reiectis exceptionibus, & etiã condemna
re, qa isto tpe non habet locum statutum
13 de arbitris, ƒm proxime alleg.† Item pone
statuto contineri, ꝙ nullus cum armis cur-
rat ad aliquẽ rumorem sub pœna decem li
brarum, aliquis sedato aliquo rumore cur-
rit ad ipsũ rumorẽ cum armis, quęrit̃ an te
2 qd† si aliquis facit cōtra te insultū irato aīo, ut dictū est, sine armis: nō tñ te tetigit, qualiter punieť. puto iniuriarum, ff. de iniu. l. apud Labeonē, §. j. in fi. si autē te tetigit, similiter iniuriarum teneť, & æstimabiť iniuria an sit atrox uel non, & pro qualitate, & atrocitate iniuriæ fiet cōdēnatio. Inst. de iniur. §. atrox. & ff. eo. l. ptor. §. fi. & l. se. & de hoc no. inf. in
3 ti. de iniur. † Sed qd si ordinatum est, ꝙ si aliqs fecerit insultum cum armis, puniať in x. Quidā habēs arma ad latus, puta ensem, fecit insultum cōtra aliquē, non tñ ensem euaginādo, nunqd punieť de iusultu cū armis? dic ꝙ sic, ut notab. no. Bar. in l. idem est, & si qs armis. uer. q armati, ff. de ui & ui ar. qđ est notā. & semp mēti tenēdum, ut ipse Bar. dicit. Item tenet Albe. de Ros. in q. statut. in
4 2. par. q. 36. † Sed quid si ordinatum est, ꝙ si aliquis fecerit insultum ad domum alicuius, puniatur in duplo, uel in centum lib. Aliquis fecit insultum sub porticu domus. rñ. quod dēt eadem pœna puniri. appellatione. n. do-
b mus porticus *b* cōtinetur, ff. de le. 1. l. cū hic senatus. de le. 3. l. pdijs, § pe. ad fi. Et intelli-
c go siue sit propria, siue cōducta, *c* uel gratis cōcessa, ut Instit. de iniur. § domum. Itē domus appellatione oīs forma ędificij cōtine-
5 tur, ff. de incen. rui. nau. l. q ædes. in fi. † Sed qd si ordinatū est, ꝙ q fecit insultū puniať in 10 li. plures faciunt insultū contra aliquē simul & semel, nunqd quilibet condēnabiť ī x. li. Rñ. sic, qa tot uidenť iniurię esse, quot sunt iniuriātes, uel iniuriā facientes, ut ff. de īiur. l. si plures. ff. ad l. Aq. l. itē Mela. §. si plu-
6 res. & l. ita uulneratus, ff. ad l. Aq. † Sed quid ecōtra, unus fecit insultū cōtra plures simul & semel, an teneať ꝑ plurib. insultib. & delictis, an solum pro uno, & una pęna. Rñ. dñt quidā, ꝙ ꝑ plurib. quia tot uidētur fore insultus & delicta, quot fuerunt ꝑsonæ, cōtra quas est insultus. ar. eius qđ dř tot sunt condēnationes, quot res, ff. de don. l. senatus. & tot dñr esse stipu. &c. ff. de uer. ob. l. fi. & l. scire. cum si. facit ꝙ no. extra de crimine falsi, c. 1. Alij cōtra, qđ ꝑ uno insultu tm̄, & pro una pęna puniať, quia ubi est unus solus insultus, nō pōt dici ꝙ sint plures, cum unitas nō capiat diuisionē &c. & impossibile est ꝙ unū sit duo, & qđ est impossibile non capit, ar. Inst. de inut. sti. §. īpossibile, ff. de reg. iur. l. impossibilium. Itē licet quis sit datus tutor pluribus pupillis simul & semel, una est tutela & nō plures, quia numerus pupillorum non

ADDITIONES.

a ¶Insultus. *Quid sit insultus uide tu Bar. in l. 1. §. cō respiciēdū, § delinquūt, ff de pœ. & in l. 1. §. cō iunctos, ff ad l. Aq. per Fran. Aret. in consi. 33. col. fi. & uide Ang. in trac. malefi. in uer. fecit insultū. & per Lan. in trac. malefi. in rubr. de pœna imponenda pluribus delinquentib. Insuper pone, q. de assessoribus, ubi uidetur constituere differentiam inter insultum & assultū.*
b ¶Porticus. *Adde Bar. in l. meminisse, ff. de off. procō. & leg & uide Lan. in l. 1. ff. de coll. & ui de Bal. & Flo. in l. quidā Hiberus, ff. de serui. urb. præ. qui uolunt, ꝙ in materia fauorabili appellatione domus ueniat porticus. Bald & Raph. in l pdia, § senatus ff. de leg. 1. & uide Bal in rub. ff. sol mat. & in add. ad tract. Ange. malefi. in dicto uersi. insultum fecit, col. 5.*
c ¶Conducto. *Adde tu qd si domus sit cōis; an habeat locū statutū? de quo uide per Bal. in l. 1. C. qui test. fa. pos. & in l. illud, ff. de ritu nup.*

non facit plures tutelas, sic nec plures insul-
tus, ff. de exc. tu. l. tria onera. & l. is, §. fi. Nu-
merus. n. psonarũ nõ dẽt attẽdi, ut ff. de pę.
l. maiorẽ. & l. rescripta, §. i. i. resp. & facit ff.
ad l. Aq. l. illud, §. fi. ff. ar. fur. cæs. l. si plures.
ibi, at si eadẽ &c. dic ut ibi. Item quia pœnæ
sunt molliendæ &c. ut ff. de pę. l. pe. Itẽ quia
iudex inquãtũ minus põt hẽt condẽnare, ut
no. ff. de pt. stip. l. fi. & ff. de pę. l. si pces, in fi.
seruãdo leges, ut in Auth. de iud. §. oĩs autẽ.
Et uerius ur̃, si procedat per inquisitionem
cõtra Martinũ, q insultauit, & insultũ fecit
cõtra tales &c. Non tñ nego, quin possit q-
libet agere de p se, de iniuria sibi facta uia
ordinaria p accusationẽ. Nã tunc pro quoli-
bet qui accusat punieť, ar. C. de ser. fu. l. qui-
cunq;. ibi, pro unoquoq;. &c. ff. de ter. mo. l.
2. ubi p singulis &c. de priua. deli. l. nõnun-
7 quam, cum simi. †. Sed si Martinus fecit in-
sultum, & in ipso insultu ẽt uulnerauit, num
quid de insultu de p se, & ẽt de uulnere pu-
nietur, aut de uulnere tm̃? Resp. ꝙ non, cum
a hac fuerint simul & semel. *a* unde cũ unum
sine altero quasi esse nõ potuerit de uulnere
tm̃ quasi de maiori delicto debet puniri, &
nõ de insultu p se. ar. C. de mo. mul. l. fi. ibi,
si id incõtinẽti &c. C. ad l. Iul. de ui. pu. l. qm̃.
secus si ex interuallo fecisse primo insultũ,
b postea vulnus. Nã tũc de utroq; *b* teneret, cũ
diuersa essent delicta, nec unum tolleret per
aliud, ut ff. ad l. Aq. l. illud, §. si uero. & C. de
acc. l. q. de crimine, facit ff. de pri. deli. l. non
nunq̃. cũ si. & ibi ẽt no. de maiori delicto di
xi, qa maius præfert minori. ar. C. q acc. nõ
8 pos. l. j. C. de or. iu. l. j. cũ si. † Sed quid si Ti
tius cum gladio euaginato aĩo irato uenit
cõtra te stringẽdo gladium, tu dubitas, ne te
uulneret, uel occidat cum gladio, tu cum tuo
gladio ipsum pcutis ad tui defensionem, &
uulneras, uel occidis. q̃ro an tu de uulnerato
c uel occiso tenearis. *c* Rñ. nõ, ut C. ad l. Cor.
de sic. l. is q aggressorẽ, ff. ad l. Aq. l. sed & si
quẽcunq; ferro. & est rõ, qa nõ licet aliquẽ
d insultare, nec aggredi, & nõ dẽt qs expecta-
re se prius pcuti q̃ ipse pcutiat, *d* cum suffi-
ciat terror armorũ &c. ut ff. de ui & ui ar. l.
3. §. j. Itẽ qa cuilibet licitũ est defendere de
iure ciuili, ut ff. de iusti. & iur. l. ut uim. & de
iure can. ext. de sen. exc. c. si uero, de ho. c. si-
gnificasti, ẽt iure naturali. j. di. ius naturale.
Et quicquid ad suã defensionẽ quis facit, iu
ste facere ur̃, ut d. l. ut uim. & d. l. is qui ag-
gressorẽ. & qđ iuste fit, nullam pęnã mereť,
9 C. de adul. l. Gracchus, cum si. Sed † qñ dicat
quis facere ad sui defensionẽ. Res. qñ aliqs
uenit cõtra te irato aĩo cum gladio in manu
uolẽs te percutere, uel occidere, qđ ius psu-
mit si stringit gladiũ, ff. de sica. l. j. § Diuus.
& uidẽs hoc, dubitas ne te uulneret, uel occi
dat, pcutis ipsum anteq̃ te pcutiat, uel uulne
ret, & uulneras ipsum, uel occidis, nõ dẽs ex
pectare, ut ipse prius te percutiat, cũ sufficiat
timor armorũ, ar. ff. de ui & ui ar. l. 3. §. q ar-
mati. & §. cũ igiť. dummõ semel pcutiat tm̃.
Sed tñ si te uellet iterũ percutere, licitũ est ti
bi repercutere ipsum & nõ aliter, ut puto, qa
nõ esset defensio, sed uindicta, sed tñ si tu ira
uel timore ductus, & motus ne te percuteret
uel occideret, potius q̃ te percutiat ex pro-
posito, uel dolo percutis illũ, excedis modũ
in uulnerãdo. non teneris, ut ext. de sen. exc.
c. si uero, §. pe. & c. perpẽdimus, ff. de reg. iu.
l. ꝙ calore. Idẽ dico si post percussionẽ in te,
uel uulnus illatũ, tu incõtinẽti ipsum uulne
ras anteq̃ uadas ad extraneos actus, ut d. §.
cum igiť, qa uideris facere ad tui defensio-
nẽ, C. uñ ui. l. j. & maxime si ipse uolebat te
iterum pcutere, ff. ad l. Aq. l. si ex plagis, §. ta
bernarius. & l. sciẽtiã, §. sed si offendi. & ẽ rõ
qa ille est ĩ culpa uolẽdo te offendere, & p
uocãdo te ad irã. Vñ si ipm sua culpa offen
dis, sibi ĩputet, ut ff. de reg. iu. l. dãnũ. & l. ꝙ
calore. ar. si qua. pau. fe. di. l. j. §. si cũ arietes.
& 2. q. 3. c. si quis iratus, ff. de adul. l. ait lex,
§. fi. Et idẽ dico si fiat p defensione psonarũ
quia

ADDITIONES.

a Et semel. *Adde Bar. in l. nunquam plura. uer. iuxta hoc quaro, ff. de priua. delict.*
b ¶ De vtroq; *Adde Bal. in l. fructus. & l. diuortio, ff. sol. ma. & ibi uide Imo. & Mod. et adde ꝙ si insultus fieret in uno territorio, & uulnus in alio, tũc uterq; punitur, et nõ cõfundiť ita Bal. in c. j. § iniuria. de pac. iu. fir. in usi. feu. et dicit Fran. Aret. consi. 10. col. 3. uersi. 2. dico.*
c ¶ Tenearis. *Adde & vide Bar. & Doc. in l. 1. §. cũ arietes, ff. si quad. pau. fe. dic. & omnino uide Ang. pro practica in l. qui aggressorem, C. ad l. Cor. de sic. Fran. Aret. in consi. 34. col. 2.*
d Percutiat. *Adde Bal. ĩ l. 1. C. unde ui & uide Bar. ĩ l. idẽ est. § armis, ff. de ui & ui ar. Ant. de But. ĩ rub. de rest. spo. quẽ sequitur Frã. Are. in d. cõs. 34 & uide oĩno Abb. in d. c. dũ olim.*

quia licitum est defendere, vt filiorũ, & parẽ
tum, & uxoris, & similium, ut not. sup. de p-
so. q̃ pos. offen. sine pę. Et qđ dixi incõtinen
a ti, nõ ex interuallo. *a* Facit ad hoc C. de epis.
& cle. l. raptores, ibi, tpe inuasionis &c. ibi,
& in fragrãti adhuc delicto &c. Nã si fieret
ex interuallo, esset uindicta, & nõ defensio.
& hoc nõ licet, ut ff. de iu. l. nullus. Itẽ intel-
ligo p̃dicta vera esse, dummõ fiant cum mo
b deramine *b* defensionis, ut si ipse, q te insul-
tat, uelit te offendere cum armis, & tu te de-
fendis cum armis, & si sine armis, & tu sine
10 armis. † Saluo q̃ si ipse eẽt fortior te valde,
& uellet te offendere sine armis, q̃ tibi licet
cum armis te defendere, & resistere, pp inæ
qualitatem fortitudinis, vt no. C. uñ ui. l. j. Et
p̃dicta vera sunt, qñ fit cõtra psonã cõtra q̃
11 dẽt fieri defensio incõtinenti. † Si aũt fieret
in reb. ut quia expellor p uim de possessione
rei meæ, tunc nõ solum licet mihi resistere,
& defendere incõtinenti, sed ẽt ex interual-
lo p me, & ẽt cõuocatis amicis, ut ff. de ui &
ui ar. l. 3. §. j. & §. cum igiť. ubi de hoc; & de
ista materia no. ext. de homi. c. significasti, &
12 23. q. j. c. qđ militare. † Sed qd si Martinus
te vulnerauit & incõtinẽti aufugit, & in p-
sequẽdo & fugiendo ipsũ vulnerasti? Rñ. pu
niendus es, quia potius videris facere ad uin
c dictã *c* q̃ ad defensionẽ, q̃ non licet. C. de iu
dæ. l. nullus. C. vñ vi. l. 1. & hoc no. Gof. ĩ sua
13 sum. ext. de homi. circa fi. † Sed quid si duo
insultauerunt se adinuicem, vel pcusserunt,
quilibet dicit q̃ alter incepit, & fecit ad suã
defensionem, nec aliter oñdať de maleficio,
qd p̃sumendum in dubio? Rñd. p̃sumẽdum
est cõtra eũ, qui consuetus est rixari, & talia
maleficia cõmittere, q̃a q semel malus &c.
vt ff. de re. iu. l. qui semel. ff. de acc. l. si cui. §.
eisdẽ crimi. Item cõsuetudo malorum est po
tius uelle rixari, q̃ illius, qui nõ sit assuetus,
vt ff. de li. & post. l. si qs posthumos. & facit
ff. de pi. act. l. uel uniuersorũ. ibi, solebat, &c.
ad Maced. l. sed & Iul. §. q̃ dicimus, cum si.
14 † Sed quid si Martinus est hõ malæ condi-
tionis, & famæ, assuetus ẽt latrocinia, & ro-
barias, furta, & homicidia committere, & de
talib. aliàs extitit cõdemnatus quidã hõ bo-
næ famæ, & cõditionis eundo p uiã fuit in-
sultatus ab ipso Mart. q uolebat ipsum occi
dere, vel robare. Iste bonus hõ ad sui defen-
sionẽ dictũ Marti. vulnerauit, uel occidit, nõ
tñ põt pbare p̃dicta, nisi p suum iurm, mõ
q̃ritur quid iuris? Rñd. & primo vr̃ q̃ sit pu
niẽdus, qui deliquit, ut ff. de sic. l. j. §. Diuus,
& §. qui hoĩem, ff. ad l. Aqu. l. qua actione. §.
occisum. quia non deficit ius, sed probatio. l.
duo sunt. ff. de test. tu. Si. n. pbaretur per te-
stes, q̃ ad sui defensionẽ fecisset, excusatus
esset, ff. de iust. & iu. l. ut uim. Econtra ur̃, q̃
iste sit absoluendus, q̃a licitũ est insultãtẽ &
latrocinãtẽ occidere, ff. de sic. l. is qui aggres
sorẽ. Nã dictus Mart. consuetus est mala cõ-
mittere, vñ p̃sumendũ est cõtra eũ, q̃ ipse in
ceperit, & uoluerit suã malã cõsuetudinem
retinere, cum semel malus semper p̃sumať
malus &c. & pro isto bono hoĩe bonum est
p̃sumendum, vt illud q̃ fecerit sit bonũ, & li
citũ est se defendere, vt d. l. ut uim. & de sen.
exc. c. si uero. Item fama istius debet isti p-
desse, & mala fama illius debet illi nocere,
vt ff. de qõ. l. de minore. ibi, uel eius æstima-
tionis &c. facit ff. de tu. & cu. da. ab his. l. sed
& personã. cum si. vñ debet absolui dummo
do purget se suo iurõ, q̃ fecit ad suã defen-
sionem. Nã & aliàs per sacrm̃ quis purgať,
C. de ijs, qui ad eccl. conf. l. p̃senti, §. & fauc.
de pœn. iu. qui male iud. auth. nouo iure, C.
de iure deli. l. scimus, §. si uero. Sed ille, qui
in tali casu habet iudicare, diligenter aduer
tat cõditiones, & qualitates personarum, &
oĩa alia, q̃ in talibus sunt cõsideranda, ut ff.
de pę. l. aut facta, & q̃ iustũ fuerit, faciat, &
obseruet.

ADDITIONES.

a ¶ Ex interuallo. *Adde tu q̃ hoc relinquiť arb.
iud. s. qñ dicatur defensio facta incõtinẽti, uel
ex interuallo, attẽta qualitate iniuria, et pso
narũ. l. 3. §. cũ igiť. ff. de ui & ui ar. ita Ang.
Are. in tract. malefi. ĩ uersi. & dicere Titius se
defendẽdo col. 4. uer. aduertas ẽt, q̃a sup. dixi.*
b ¶ Moderamine. *Adde tu & uide hoc per Ale.
in consi. 76. col. 1 uer. hoc etiam, in 1 uol. & Ce
po. in consi. 42. col. 2. & in consi 44. col fin.*
c ¶ Ad uindictã. *Adde tu q̃ tũc talis non puni-
retur tanquã dolosus, sed tãquã culposus. ita
Bal. ĩ l. 1. C. unde ui. sequẽdo Ia. de Are. et An.
de Bu. ĩ c. cũ olim, ext. de resti. spo. & adde Al
ber. in 2. par. statu. q. 45. uide Pau. de Ca. con
si. 190. & Sal. in d. l. 1. Et adde Frã. Are. in d.
consi. 34. qui sequitur dictam cõclusio. Ia. de
Are. in fi. col. §. sed quid si duo. Adde tu, & de
hac q. dic ut per Bar. & Bal. in l. 1. §. cum dimi
tes, ff. si quad. pau. fe. di. & in l. 1. C. unde ui.*

15 obseruet. † Sed q̇d si Martinus insultauit, &
insultũ fecit cõtra I. & cum gladio uulnera-
uit, & ꝑcussit aĩo occidẽdi, nõ tñ occidit, nũ
quid de homicidio puniet̃? R ñ. sic, de rigore
iuris, ut ff. de sic. l. j. §. Diuus. de pœ. l. aut fa-
cta. §. euentus. C. de sic. l. si is q cum telo. Nã
in talibus uoluntas, & actus pro facto repu-
tat̃, ut ff. de sic. l. 3. & l. diuus. sed de cõsuetu
dine gñali, & ẽm formam statutorum secus
est, quia licet quis uulneret aĩo occidendi, si
non occidit, de uulnere punit̃, & non de ho
16 micidio. † sed q̇d si aliquis fuit insultatus,
& uulneratus cũ gladio, uel alia re, ita ꝙ ia-
cuit pluribus dieb. & postea surrexit, ita ꝙ
uidebat̃ liberatus, uel ibat per uiã huc & il-
luc, postea subito morit̃: q̃ritur an ille, q vul
nerauit sit puniendus de homicidio, aut de
uulnere tm̃? rñd. aut uulnus fuit mortale, &
illatum in tali parte corporis, quo hoĩes so-
lẽt perire, tunc p̃sumit̃ mortuus ex uulnere,
siue occasione uulneris, si nõdum cõsolida-
tio uulneris facta erat, ut ff. ad l. Aq. l. qui oc-
cidit, §. fi. & l. ita uulneratus. ĩ prin. & l. huic,
§. si seruus, in fi. nisi ꝓbet̃, ꝙ ex alia causa, vt
ex ueneno, uel coitu, uel uino, uel mala cu-
stodia &c. sit mortuus. Si aũt uulnus nõ erat
mortale, nec in loco periculoso corporis, nõ
p̃sumit̃ mortuus ex uulnere, sed ex alia cã,
nisi probet̃ ꝙ occasione febris suꝑuenientis
occasione uulneris moriat̃, uel simili cã. Nã
tunc puniet̃ de occiso, si habuit aĩum occi-
dendi, q̇a non refert utrum quis occidat, an
det cãm morti, ff. de sic. l. nihil. & hoc casũ
stabit̃ iudicio medicorum, utrũ sit mortuus
ex uulnere, uel occisione uulneris, ut probat̃
ext. de homi. c. significasti. Nã credit̃ medi-
co in arte sua, ut C. de re mili. l. semel, ff. de
stat. lib. l. septimo mẽse. & cuilibet alij in sua
arte; C. de pond. & auri illa. l. fi. ff. si mẽs. fal.
17 mo. di. l. j. ext. de p̃sum. c. qui iudicãte. † Sed
a nunquid dẽat credi insultato, a uel uulne-
rato in casu mortis, si dixerit ꝙ Marti. eum
insultauit, uel uulnerauit? R ñ. nõ, nisi aliter
ꝑ testes ꝓbet̃. ff. ad Sill. l. si q̇s, §. j. & l. casus.
18 † Sed quid si plures ludebãt, b & ludendo,
b & currẽdo unus ꝑcussit alium, nunquid pu
niat̃? R ñ. nõ, si ꝑcussio fuerit leuis, & nõ stu-
diose facta, ff. de sic. l. in l. ar. ff. de ædi. edi. l. j.
§. proinde, ff. de uen. inspi. l. j. in fi. Sed tñ si
ludendo ꝑcuteret cum gladio, uel alia re ma
litiose, dicens ludens feci, non excusat̃, sed
punit̃, ut extra de p̃sum. c. j. ff. ad l. Aqu. l. nã
ludus. Itẽ quis ludos appellat, ex quib. crimi
na oriunt̃ &c. ut in proœ. ff. §. illud uero sa-
19 tis, ver. qui. n. ludos &c. † Sed q̇d si ordina-
tum est, ꝙ si quis ꝑcussit aliquẽ in domo sua
puniat̃ pęna dupli. pone dum aliquis esset
in uia, ꝓiecit gladium, uel rẽ aliq̃ cõtra ali-
quẽ existentẽ in domo sua, & cũ ꝑcussit, q̃ri
tur, an pœna dupli debeat puniri. R ñ. ur̃, ꝙ
c non, c q̇a percussor nõ erat in domo ꝑcussi,
ut ordinamẽtũ ur̃ dicere: cũ à uerbis ordina-
mẽti nõ sit recedẽdũ. ff. de le. 3. l. nõ aliter. ad
muni. l. cõstitutus. de exerc. l. j. §. ergo. Itẽ do
mus dr̃, q̃ cõstat ex tecto, & pariete, & funda
mẽto, ut ff. de uerb. sig. l. edificia. & l. cum ta-
berna, & cũ nõ sic fuerit in domo, sed ĩ uia,
nõ ur̃ puniendus. Itẽ q̇a dictio, in, significat
locũ &c. Econtra ur̃, ꝙ puniri dẽat pęna du-
pli cũ proiecit gladium, ut ff. ad l. Aq. l. item
Mela. §. si plures. Itẽ q̇a uoluntatẽ habuit, &
actũ fecit, ut ff. de sic. l. Diuus. & nihil inter-
est &c. ff. de sic. l. nihil. Itẽ & locus aggrauat
delictum, C. de adul. l. Gracchus. Itẽ quia do
mus est tutissimũ refugium, ff. de in ius voc.
l. pleriq;. Itẽ qui prope domum est, ur̃ in do
mo esse, ar. C. de his, qui ad eccl. cõfu. l. p̃sen-
ti, §. quid si in finib. ff. de proc. l. & qui in or-
to, ff. de leg. 3. l. p̃dijs, §. pe. & fi. cũ si. & hoc
20 uerius ur̃. † Sed quid si dicatur in statuto, ꝙ
si quis percusserit aliquẽ in facie, puniatur
in cẽtum lib. & aliud statutum dicit, ꝙ si ali
quis percusserit in platea, condemnet̃ pęna
dupli. Aliud statutum dicit, ꝙ omnes pęnæ
duplicentur de nocte, contingit ꝙ aliquis
percussit aliquem in facie, & in platea, & no
ctis tẽpore, quęritur modo, an omnes & sin-
gulæ

ADDITIONES.

a ¶Insultato. *Adde tu quid si offensus exculpa-
uit inquisitum, an prosit? uide per d. Ale. in cõ
si. 24. col. 4. in 2. uol. uer. probatur & tertio.
ubi ꝙ sic. & uide Bal. in l. si quis. §. diuus. ad
Sil. & in l. athletas, §. calumniator. ff. de infa.*
b ¶Ludebant. *Adde tu, ꝙ hoc uidetur intelli-
gendum, quando ludus esset saltem consuetu-
dine permissus, iuxta ea quæ no. Pe. de Anch.
in consi. suo 284. uide Cep. consi. 30. & 31.*
c ¶Quod non. *Adde tu, ꝙ pro illa decis. facit,
ꝙ ubi agitur de excusatione delicti, inspicitur
initium & non finis delicti, l. quod ait lex. §.
quod ait. ut ibi Bar. ff. de adul. & uide Ale. in
consi. 75. col. 2. uer. quo ad aliud, in 3. uol. ubi
dicta ꝑ ipsum conferunt ad hanc decisionem.*

gulæ pęnæ in statutis contentę debeāt dupli
cari, an solū principalis pęna in lib. centum.
Rn̄de & vr̄ ꝙ oēs singulæ pœnæ sint seruan
dæ, cum statuta hoc dicant, & eorum forma
est seruāda, ff. ad muni. l. constitutionib. nec
à uerbis statutorum est recedendum, l. non
aliter. de lega. 3. & l. 1. §. ergo, ff. de exerci.
nec unum delictū tollit aliud, ff. de pri. del.
l. nunq̄ plura, cum si. Cōtra, ꝙ sola pęna cen
tum lib. debeat duplicari, & semel tm̄, arg.
ff. de pet. hær. l itē ueniūt, §. cum p̄diximus.
& §. item uidendum. Nā in actione ꝙ met.
cau. solum simplex quadruplatur. sic & in
casu nr̄o sola pœna centum lib. q̄ est princi-
palis, debet duplicari, ar. ff. ꝙ me. cau. l. si cū
exceptione, §. hæc autē. & §. quadruplatur.
Itē quia sola originalis æstimatio considera
tur, non tn̄ qd̄ deinde nascitur vel accidit,
ut ff. de pecu. l. id ꝙ, §. 1. ff. de furtis. l. in fur
ti accus. & l. uulgaris. §. ui bon. rap. l. 2. & l.
nec, ff. de pę. l. sanctio legum, in fi. cum si. &
hoc ur̄ uerius, quia pœnæ sunt moliendæ,
ff. de pę. l. interpretatione, ff. de p̄t. stip. l. fin.
21 † Sed quid si ordinatū est, ꝙ si quis percusse
rit aliquem in uia publica, puniatur pœna
dupli. quidā percussit in via priuata, sed tn̄
per eā publice itur, quid iuris? Resp. ꝙ debet
eadē pœna puniri, quia talis uia priuata de-
bet haberi pro publica, postq̄ per eam publi-
cè itur, ff. de ijs, qui deie. uel effu. l. j. ibi, dū-
22 mō &c. ff. si mēs. fal. mo. di. l. fi. cum si. † Sed
q̄d si ordinatum est, ꝙ pro insultu quis pu-
niatur in x. lib. & pro uulnere in c. lib. & pro
homicidio in mille lib. Pone ꝙ aliquis fecit
insultum, & uulnus, ex quo mors secuta est,
nunquid punietur de singulis maleficijs, &
diuersis pœnis? Respondere ur̄, quia tria uīr
esse delicta & diuersa, & vnū non est aliud,
ff de pri. deli. l. nunq̄ plura. Econtra vr̄ ad l.
Iul. de vi publi. l. qui. Solu. vr̄ ꝙ si ista delicta
simul & semel fuerint commissa, ꝙ tunc de
uno, sed de maiori, ut de homicidio, cū unū
uideat' maleficium ratione continuationis.
Si autem ex interuallo, ut quia insultauit &
postea percussit, tunc de pluribus puniatur,
ff. ad l. Aquil. l. illud. §. fi. ubi de hoc. C. de ac
cu. l. qui de crimine, ff. de iniur. l. prætor, §. si
23 plures. † Sed q̄d si Martinus vulnerauit Io.
& ipse Io. sua culpa, ut p̄p coitum, uel aliam
cām, uel malā custodiā, uel quia non facie-
bat se medicari, ꝙ si fecisset, conualuisset,
mortuus est, nunquid Marti. condemnabit'
de homicidio? Resp. non ur̄, ut ext. de homi.
c. tua nos. Nā damnum ꝙ quis sua culpa sen
tit, sibi imputet, ff de reg. iu. l. damno. sed de
a uulnerato *a* tm̄, & hoc debet constare per te
stes duos, ut ff. de testi. l. ubi. uel iudico me-
dicorum, ext. de homi. c. iudicasti, C. de re
mil. l. semel. Idē puto si p̄ imperitiā medici
est mortuus, ut de uulnerato tm̄, nō de homi
cidio puniat', ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruū,
§. si cal. ff. de ædil. edi. l. qd̄ si nolit, §. q̄ māci
pium. Insti. ad l. Aquil. §. imperitia, cum si.
24 † Sed quid si unus cœpit Martinū p̄ pānos
& ipsum tenuit dolose, & alius sup̄uenit &
uulnerauit, nunquid uterq; tenetur? Rn̄de
sic, ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. sed si alius, &
l. ita uulneratus. quia non interest utrū quis
occidat, uel p̄beat cām mortis, ff. de sic. l. ni-
hil, de parri. l. utrū. Idem est in illo, qui sciē-
ter & dolose dat auxiliū cooperando ad ma
leficiū cōmittendum, quia uterq; tunc simi
liter tenetur. Insti. ad l. Aquil. §. opere. & §. si
vero. Idē & in illo, cuius instigatione est de-
lictū cōmissum, ut ff. si qua. pau. fe. di. l. j. §.
sed si instigatu. cum si. Idē & in illo, q̄ scien
ter & dolose accōmodauit gladiū ad malefi-
ciū cōmittēdum, vel ferramentū, uel scalas.
Instit. de fur. §. opere, ff. de fur. l. si pignus, §.
q̄ ferramentum, ff. ad l. Aq. l. qua actione, §.
Celsus. Idē & in eo, qui p̄suasit alicui, ut ma
leficium perpetraret, qui aliter nō erat factu
rus extra de homici. c. sicut. §. qui uero, ff. de
ser. cor. l. j. §. persuadere, C. de fur. l. si quis p̄-
suaserit. Idē & in eo, qui accommodauit do
mū scienter ad adulteriū cōmittēdum, vt ff.
de adul. l. is cui. & l. qui domo. & l. seq. Item
in similib. est dicēdum. Nā agentes & cōsen
tientes dolose & sciēter, ita ꝙ cōsentiant &
agāt, pari pęna &c. C. de epis. & cle. l. si quē-
quā. extra de offi. dele. c. j. Et est quadruplex
consensus, ut ibi no. Et idem dico de illo qui
mādauit fieri maleficium, ꝙ uterq; puniat',
ut C. de acc. l. non ideo minus, ff. de iniur. l.
nō solum, in prin. & §. si mādato. si autē de-
dit cōsilium solum ad delinquēdum, aut ille
qui deliquit etiā erat aliàs facturus sine tali
consilio

ADDITIO.

a ¶Vulnerato tm̄. *Adde tu ad idē & uide Pet. de Anch. in consi. 283. col. 2. Et ibi ꝙ uidetur sufficere dictum unius medici attestantis uul neratū decessisse ex alia cā quam ex uulnere.*

consilio, tunc non vr̃ teneri de tali consilio.
Si autem non erat facturus sine tali cõsilio,
& tunc de consilio erat puniendus, vt no. Insti. de obli. quæ ex quasi delic. §. certè, de iniur. §. pen. Insti. mand. § tua. ff. de reg. iur. l. consilij & optime facit extra, de homi. c. sicut signum, §. quia vero, & seq. & § de cæte-
25 ro, & §. seq. † Sed quid, Ioan. insultatus à pluribus & vulneratus, dicitur ꝙ V. ipsum vulnerauit, ipse vult probare ꝙ alius vulnerauit vel occidit, nũquid est audiẽdus? Resp. sic, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, §. fin. de quæst. l. 1. §. si quis vltro, ibi, de innocentia
26 sua &c. de decur. l. 2. † Sed pone ꝙ M. fuit à pluribus vulneratus, & percussus pluribus ꝑcussionibus, dr̃ ꝙ ex vulnere Alberti mortuus est, ipse vult probare, ꝙ ipse intulit in tali parte corporis, ꝙ ex tali vulnere nõ potuisset mori, aut vult probare, ꝙ alius intulit vulnus mortale, & in tali parte corporis, ꝙ illud tale vulnus fuit mortale, nunquid est audiendus? puto ꝙ sic, ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus, §. fi. de quæst. l. 1. § si quis vltro. ibi, de innocentia sua & c. cum si. & si hoc probat, debet de vulnere, non de occiso puniri, & fit talis probatio per testes, vel per medicos, quibus magis est credendum, ꝑꝑ experientiã artis suæ, vt ff. de statu ho. l. septimo mense. & l. Diuus. extra, de homi. c. significasti, c. constitutum esset. ibi experto crede &c.
27 de re mili. l. semel. † Sed quid si aliquis dolose accõmodauit gladium cuidam furioso, quo tm̃ se vulnerauit, vel occidit, nũquid est puniendus? Respon. sic. ff. ad l. Aquil. l. qua actio. §. Celsus, ad leg. Cor. de sica. l. nihil, de
28 parrici. l. vtrũ, cum si. † Sed quid, ordinatũ est, ꝙ si quis vulnerauerit aliquem, puniatur in x. lib. aliud statutum est, ꝙ si quis delinquerit in platea, ꝙ pęna dupli puniatur, cõtigit ꝙ quis vulnerauit in platea, quæritur vtrum debeat pœna amborum statutorum puniri, Resp. non vr̃, quia non debet quis duabus legib. puniri, de accu. l. senatus, facit ff. de sep. vio. l. sepulchra, de euic. l. quod dr̃, cũ si. Ecõtra ꝙ sic, quia vñr esse duo delicta, vnũ rõne percussionis, aliud rõne loci, vnde delictum magis aggrauatur, ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. nec vnũ tollit aliud, ff. de priua. deli. l. nonnunquã, cũ si & hoc uidi pluries obseruari. Sed tñ alij dicunt contra, alia rõne, quia pęnæ sunt molliendæ &c. ff. de pœ. l. interpretatione. Sed tñ maiori pœna punitur, quia maior trahit ad se minorem, arg. C. de ordi. iud. l. 1. C. qui accu. non poss. l. 1. Alij dicũt, ꝙ minor est imponenda, per l. si præsens, in
29 fi. cum si. † Sed quid, ordinatũ est, ꝙ si quis percusserit aliquẽ cum sanguinis effusione, pro percussione puniatur in x. lib quidam percussit, & in una percussione fecit plura vulnera, vt cum forcipe, vel menãdo uersus faciẽ percussit in facie & pectore, vel in facie & manu, quod est possibile, quærit' qualiter debeat condemnari. Resp dicunt quidam ꝙ solũ in x. lib. cum una fuerit percussio, & non plures, arg. ff. ar. fur. cęsa. l. si gemina arbor, dic ut ibi, quod ordinamentum dicit pro percussione, & non pro quolibet vulnere. Vnde cũ una percussio fuerit, unica pœna, videlicet x. lib. est ponenda, quia forma ordinamenti est seruanda &c. ff. ad municip. l. constitutus, ff. de lega. 3. l. non aliter, ff. de exerci. l. 1. §. ergo. Item quod non est expresse dictũ, pro omisso haberi debet, ff. de uerb. obli. l scire, & l. quod dr̃, § ꝗcquid. Solu. hoc esse uerũ per dicta iura, ꝙ una tm̃ pęna puniatur, & optime facit ff. ad l. Aqui. illud, §. fi. ff. de act. emp. l. non nouum. Secus si ordinamentũ diceret pro quolibet vulnere, tunc puto pro quolibet esse puniendum, licet fuerit unica percussio, arg. ff. de iniur. l. prætor, §. si plures, C. de ser. fug. l. quicũque, ibi, pro unoquoque vulnere &c. Et idẽ puto si statutũ diceret, ꝙ si quis vulnerauerit aliquem, puniatur in x lib. pro quolibet vulnere, licet sit una percussio, arg. ff. de termi. mo. l. 2. ibi, pro singulis &c. & d. l. quicun-
30 que. † Sed quid si in rixa plures uulnerauerunt unum pluribus uulneribus, ex quibus mortuus est, & nescitur ex cuius uulnere decesserit, cum oĩa uulnera non sint mortalia, quæritur qualiter isti puniantur. Resp. dicũt
a quidam *a* oẽs condemnandos ad mortẽ de homicidio, per l. 3. ff. de sica. §. fi. & l. pen. & l. item Mela, §. si plures, & l. ita uulneratus, ibi,

ADDITIO.

a ¶Dicunt quidã. *Adde tu. & vide de hoc per do. Alex. in cons. 15 in 1. vol. & in cons. 50 & aliquid in cons 46. in 4. vol. & ẽt adde, quid si in rixa à plurib. qui fuit vulneratus vnico vulnere, & ignoratur a quo, ꝙ tũc tales non tenentur de occiso. Pet de Anch. in cons. 216. & Ale. in cons. 14. col. 2. ver. nõ obst. in 3. vol.*

ibi, deniq; &c. ff. ad l. Aqui. & ff. de iniur. l. si plures. Alij dicunt contra, ꝙ nullus est ad mortē condemnãdus, nec de homicidio, sed de vulnerato tm̃. ratio est, quia non constat cuius ictu perierit, qđ esse debet, C. de ꝓba. l. sancti, de pœ. l. qui sñiam, ff. de sica. l. pe. & sanctius est impunitū facinus relinquere, q̃ &c. ff. de pœn. l. absentem. Item quia ratione incertitudinis condemnatio euitať, ff. de rei vendi. l. Pompo. §. fi. Item ꝙ ius non deficit, sed probatio, ut in l. duo sunt Titij, ff. de testa. tut. & ita de facto fuit consultū, vt nullus condemnaretur de homicidio, sed solum de vulnerato, sed si constaret, ꝙ oēs ordinassent occidere. & peruenerint ad actum uulnerando, ꝙ oēs puniantť de homicidio. Nã agẽtes, & cõsentientes &c. Si verò in rixa, cum plures percusserãt, & constaret cuius ictu mortuus esset, tunc ille solus de homicidio punitur, alij de insultu, uel de uulnerato, quia non ordinauerunt occidere, ff. de sica. l. fi. & l. j. §. Diuus, de iniur. l. q iniuriarum, 23. qõ. vlti. c. fi. ubi de hoc, C. de sica. l. si is qui cum telo. Sunt tñ qui dicunt, & bene, ꝙ si apparuerit quis fuerit inceptor rixæ, ꝙ tunc ille solus puniretur de homicidio, etiam si non constat cuius ictu occisus sit, C. ad l. Iul. de vi publ. l. qm̃. ibi, in supplicium &c. quasi uideatť dedisse causam homicidij. Et nihil interest &c. ff. de sica. l. nihil. nam & q causam damni dat &c. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. Item inceptor rixę est præ omnibus puniendus, ut d. l. qm̃, ff. de ser. corr. l. in hoc iudicio, §. j no. ff. de dam. infec. l. inter quos, § j. arg. de sica. l. j. cū si. Et hoc iustum & æquū est, ne maleficiū sit impunitum, ff. ad l. Aqu. l. ita uulneratus. alij uerò de uulnerato tm̃, uel de insultu, & non de homicidio, ut supra
31 dictum est, puniri debent. † Sed quid Martinus uulnerauit aliquē, & uulnus erat mortale, sed per imperitiã medici decessit, an Martinus condemnabiť de homicidio? Resp. nõ, sed de uulnerato solum. arg. ff. ad l. Aqui. l. q occidit, §. fi. & de ædil. edic. l. quid si fugitiuus, §. mãcipium. & stabiť iudicio medicorum, vt extra de homic. c. significasti, & ff.
32 de statu ho. l. septimo mense. cum fi. † Sed qũo medici eligunť? resp. de uoluntate propinquorũ defuncti, & consensu uulnerãtis, uel iudicis arbitrio eligentur. Insti. de satisd.
33 tut. §. si autem, de lega. 3. l. huius, §. j. † Sed
a nunquid stabiť iudicio unius medici? a non puto, sed duo necessario sunt adhibendi, arg. ff. de testi. l. ubi, C. de re mili. l. semel. ubi dicit, medici, in plurali numero. facit extra, de homici. c. significasti. Nam illud dr̃ rectum consilium, qđ plurium iudicio roborať &c. Item uox unius uox nullius &c. C. de testi. Item dictum unius nõ iustificat, nec cõdemnat, 23. q. 2. ad mortem. cum si. Bar. in l. si in rixa, ff. ad l. Corn. de sica. tenuit ꝙ statur dicto vnius medici, si plures non reperiuntur.
34 † Sed quidam seipsum percussit, & uulnerauit, nunquid est puniendus? Respõ. sic, pœna capitali de iure cõi, nisi fecerit ob impatientiã doloris, vel tædio vitæ, ff. de re mili. l. omne delictum, §. qui se. de pœ. l. si quis aliqd, ij. § fi. de bo. cor. qui mor. sibi consci. l. fi. §. si quis autem. uel condemnabiť ẽm statuta loci. Nã si sibi non pepercit, nec ei parcendum est &c. & puniť sicut si alium uulnerasset.
35 † Sed quid, dum uelles percutere Mart. percussisti alium. uel dum uelles ꝑcutere canē, uel auem, percussisti alium ꝑtereuntē, & occidisti, nunquid puniendus es? Respõ. sic, in iuriarum, ff. de iniur. l. eum qui, § si iniuriã, vel saltē lege Aquil. ad dãnũ, ut ff. ad l. Aqui. l. scientiã, §. sed si. Et ratio est, quia fuisti in culpa, unde teneris, ut dictum est, sed nõ lege Corn. de sica. ut l. in lege, & l. Diuus, ff. ad l. Corn. de sica. quia vr̃ factum potius casu q̃ dolo & uoluntate &c. vt ff. de pę. l. respiciendum, §. pe. unde de homicidio non tenetur, nec lege Cor. de sica. sed iniuriarũ, uel Aquilia, ut dictũ est. facit extra, de homi. c. lator,
36 & c. ex literis, & c. fi. † Sed quid, pone ꝙ per
b cussi Martinũ uolentem b & consentiẽtem, nunquid sim puniendus? Respon. ꝙ pro percussione, vel iniuria alicui facta duæ oriunť actio-

ADDITIONES.

a ¶ Vnius medici. *Adde tu Pet. de Anch. in consi. 283. qui uidetur, ꝙ sic. vide tamen de hoc ꝑ Bar. & Doct. in l. 1. ff. de uen. inspi. & in 1 cõsti. ꝓfessorũ, in fi. per Ant. de But. & cano. in c. proposuisti. extra de proba. & adde Cep. quem uide in cons. 62. col. 2. & seq. Et etiam uide aliquid per Alex. in cons. 15. col. fi. in 1. uol. & adde, ꝙ relatio medicorũ põt retractari per relationē secundã per peritiores, ut ꝑ Cep. in d. consi. 62.*

b ¶ Volentem. *Adde tu & uide ad hanc decis. Bar. & ea, quæ ibi no. in l. inter omnes, §. si recte. ff. de fur. & Alc. in consi. 24. in 2. uol.*

actiones, una q̃ cõpetit iniuriato, alia q̃ cõ-
petit reipub. cuius interest ne maleficia cõ-
mittãtur, ff. de pub. l. licitatio, §. qđ illicite.
& l. ita vulneratus, cũ si. ff. ad l. Aq. sed si fit
iniuria volenti, non põt agere vel accusare,
vt ff. de iniu. l. 1. §. vsq; adeo, ff. de lib. ho ex
hi. l. 3. §. si quis volentem. Sed per hoc non
tollitur ius reipubl. ff. de pac. l. ius publicũ.
vnde debet puniri rõne reipubli. loci illius,
vt d. l. licitatio, §. quod illicite, ff. de sic. l. in
lege, §. fi. ff. de iniu. l. si quis seruum. de pub.
iu. l. qui cętu. de epis. aud. l. raptor. in fin. de
37 ser. corr. l. si quis. † Sed quid si ꝑcussi aliquẽ
vel offendi, quẽ nõ cognosco, an sim puniẽ-
dus? Rñ. sic, nõ minus q̃ si cognouissem, ff.
de iniur. l. cũ. §. si iniuria. & §. seq. de ser. cor
38 ru. l. 1. §. fi. cum simi. † Sed pone q. de facto.
Quidã percussit quendam inimicum suum
in loco quodam: dixit quibusdam, associa-
te me vsq; ad talẽ locũ, & ipsi fecerunt igno
rãtes de intẽtione ipsius, quem associabãt,
dum ipse appropinquaret ad locũ antecess-
sit istos, q ipsum associabãt, & istũ suũ ini-
micum insultauit, & ꝑcussit, & occidit. Iste
homicida cũ p̃dictis socijs fuit captus, op-
ponit̃ contra istos socios, ꝙ ipsi dẽnt de ho
micidio puniri tanq̃ socij & participes in
homicidio & delicto. Sed ipsi dñt ꝙ nõ fue
runt participes nec scientes, & ꝙ fuerunt
decepti ab isto, q eos requisiuit vt ipsum as
sociarent ad talẽ locum, & ꝙ nõ insultaue-
runt, ꝑcusserunt, vel occiderunt. & ipse ho-
micida confitet̃ ꝙ eos decepit, & ꝙ nihil di
xerat eis, ꝙ vellet cõmittere homicidiũ, &
ꝙ nõ deliquerunt, ut dixerat eis, q̃rit̃ qd iu
ris? Resp. & dico, ꝙ ille, q insultauit & occi
dit est de maleficio puniẽdus, ff. de sic. l. 1. §.
& qui hoĩem. ad l. Aq. l. qua actione, §. occi-
sum, ne maleficium sit impunitum, ut l. ita
vulneratus, ad legẽ Aq. cum si. Sed alij non
tenent̃ nec punient̃, q a deceptis & nõ deci-
pientib. iura subueniũt, C. si mi. se ma. dix.
l. 2. ff. ad Velleia. l. si decipiens. Si. n. cõstaret
ꝙ dedissent auxilium cooperãdo ad malefi-
ciũ cõmittendũ, & sciẽter associassent illũ,
q occidit, puniẽdi tũc essent de homicidio
ꝓ tali ope & auxilio, ut ff. de furt. l. furti, §.
ope. de adul. l. si is cuius ope. de parri. l. vtrũ.
& l. seq. Nã agẽtes & cõsentiẽtes &c. Sed q a
fuerunt ignorãtes, excusant̃, l. quo naufra-
39 giũ, §. nõ tm̃, ff. de incẽ. rui. nauf. † Sed qd?
ordinatum est ꝙ si qs ꝑcusserit Ptãtem, pu
niatur pęna dupli. cõtingit ꝙ quis percussit
militem eius, nunquid eadem pęna punit̃.
Rñ. sic vr̃, ar. C. ad l. Iul. maie. l. quisqs. Nã
priuilegiũ cõcessum Ptãti, & suis familiari
bus vr̃ cõcessum, ar. C. ne fil. ꝓ pa. auth. ha-
bita. Ecõtra ꝙ nõ. Nã statutũ dicit, solũ de
Ptãte, & ẽ stricti iuris &c. đ exer. l. j. §. ergo.
ad mun. l. cõstitutus. Itẽ si statutarij voluis
sent, hoc exp̃ssissent, C. de cad. tol. §. ne aũt.
qđ nõ fecerunt, igit̃ &c. Item istud est ꝑso-
nale priuilegium concessum solũ in ꝑsona
Ptãtis, vñ personam non transgredit̃, ff. de
de aqua quoti. & æsti. l. 1. de re mil. l. priuile
40 gia. & l. fi. & hoc verius vr̃. † Sed qd, quidã
percussit & vulnerauit Mart. ꝑꝑ qđ fuit cõ
dẽnatus a cõi in li. 25. p̃dictus Mart. vult re-
petere expen. quas fecit ꝓ medicatura sua
ab ipso vulnerãte, nunquid possit? Respon.
sic, quia ex maleficio commisso duæ oriun-
tur actiones, vna datur offenso, altera reipu
bli. & cõi illius loci, ff. de publ. l. licitatio, §.
ꝙ illicite, & vna nõ tollit aliã, ff. de ver. ob.
l. nunquid. & qđ possit petere expensas, pro
batur, ext. de iniu. & dam. da. c. j. ff. ad l. Aq.
l. qua actione. de ijs, q deie. vel effu. l. fi. sed
rõ deformitatis nõ hr̃, quia liberum corpus
nõ recipit æstimationẽ, ff. de ijs qui deiece.
41 vel effu. l. j. §. sed cũ. † Sed nunqd põt agere
ĩiuriarũ iste Mar. licet iste ꝑcussus sit cõdẽ-
natus a cõi? Resp. sic, quia ex maleficio duę
oriunt̃ actiones, ut dixi, una datur iniuria-
to, alia cõi, cuius interest ne maleficia com
mittant̃, ff. ad l. Aq. l. qua actione. de ijs, q
deie. vel. effu. l. fi. & l. ita vulneratus, ff. ad l.
Aq. & d. l. licitatio, §. quod illicite. nec una
tollit̃ per alterã, vt d. l. nunq̃. & ff. de iniu. l.
si qs seruum. Inst. de iniu. §. petitur, cum si.
42 † Sed quidã nõ percussit, sed mãdauit assas
sinamentũ, & fecit ꝑcuti, vel occidi, iste per
cussor fuit captus & punitus debita pœna:
Ptãs vult procedere contra illum qui mãda
uit fieri maleficiũ, nunquid põt? Resp. & vr̃
ꝙ nõ põt, ar. vi bo. rap. l. is quoti. ibi, & alte-
rius &c. quia nõ dẽt inqri sępius de delicto
eiusdẽ, ff. nau. cau. stab. l. licet, de ver. sig. l. sę
pe, cum simi. Econtra ꝙ sic, ut ff. ad Silla. l.
& si certus, C. de accusationibus, l. non
ideo minus, & est ratio, quia si plures de-
linquunt, pœna unius non liberat alium,
ff. ad l. Aquiliam, l. item Mela, §. si plures.
de sicarijs, l. quidam. & leg. nihil, cum si-
43 milibus, & hoc verius. † Sed quid? ordina-
tum

tum est, ꝙ pro percussione cōdemnetur in
decē libris, pro homicidio ad mortē cōdem
netur. pone ꝙ unus percussit & uulnerauit
Martinum, postea venit alius & ipsum per
cussit & traxit ad mortem qualr punientur
isti tales percussores? Respon. ꝙ primus per
cussor tenetur, & punitur de uulnerato, se-
a cundus de occiso, *a* vt ff. ad l. A qui. l. ita vul
neratus, & l. ait prætor, 23. q. vlti. §. fi. extra
44 de hom. c. significasti. vbi de hoc. † Sed ꝗd,
ordinatum est, ꝙ si ꝗs percusserit aliquē in
domo puniatur pœna dupli. percussio facta
est in ecclesia, vel molendino. Respon. pęna
dupli debet puniri, quia appellatione do-
b mus, *b* continetur ecclesia, C. de sacros. eccl.
l. decernimus, & authē. si quas ruinas. Item
quia appellatione domus cōtinetur omnis
forma ædificij, ff. de incen. rui. naufra. l. qui
45 ædes, in fi. facit Inst de iniur. §. domū. † Sed
quid, quidā super equo currebat, & curren-
do occidit aliquē, qualiter punietur? Resp.
si dolose, & data opera fecit, ꝙ de occiso pu
niatur. Nā occisum dicimus, qualitercunq;
occidatur, ut ff. ad l. Aqui. l. qua actione, §. j.
ff. de sica. l. in lege, & l. Diuus, & l. nihil. Si
uerò non dolose fecit, aut ille locus erat de-
putatus ad currendum, & tunc nō tenetur,
nisi dolose fecisset & studiose, ff. ad l. Aqui.
l. qua actione, §. si quis in colluctatione, &
l. si obstetrix, §. fi. Si aūt ille locus erat priua
tus, & nō deputatus ad currendū, tunc si an
te proclamauit, caue, caue, caue, tunc nō te-
netur de occiso, quia tunc constat ex eo, ꝙ
clamauit, caue, caue, ꝙ non habuit occiden
di animum, qui desideratur, ff. de sica. l. j. §.
Diuus, & l. in lege, & l. Diuus, & ad l. Aqui.
l. si putator, d. l. ꝗ foueas. facit extra, de ho-
mi. c. significasti. Sed alij dicunt, ꝙ si curre-
bat per locū nō deputatum ad currendū, ꝗ̃-
uis proclamauerit, si sciebat equū uitiosum
& infrenatū, ita ꝙ non poterat retinere, ꝙ
tunc, quia erat in aliqua culpa currendo cū
tali equo, puniatur lege Aquil. ad damnū,
non aūt de homicidio, quia nō habuit ani-
mum occidendi &c. Insti. ad l. Aqui. §. qđ si
putator, & §. impetu quoque, & §. seq. & §.
ita si quis. & fiet condemnatio in quinqua-
ginta aureos, cum liberum corpus nō acci-
piat æstimationē, & ad īpēsas vulneris &c.
ff. de ijs qui deiec. vel. effu. l. j. §. sed cum ho
46 mo. & l. fi. † Sed quid si ꝑ percussionē factā
imponuntur duæ pœnæ diuersæ ex forma
diuersorum statutorū, nec apparet ꝙ statu-
tum fuerit prius, nec posterius? Respon. ꝙ
minor pœna est imponenda, ff. de pœ. l. prę
ses, in fi. & l. interpretatio, & de præto. stip.
l. fi. Sed si cōstaret, quale statutū esset prius
conditū, tunc illud seruaret, arg. C. de pact.
l. pacta nouissima, & de leg. l. non est nouū.
47 cum si. † Sed nūquid pōt quis pro ꝑcussio-
ne vel alio maleficio puniri pęna statutorū
& pęna legū? Respō. & vr̄ ꝙ sic, C. de sepul.
vio. l. ꝗ sepulchra, §. nihil enim derogatur.
& ibi per Accur. in gl. ad verb. vr̄ impositū,
& vide Bar. ibidē ponentē, ꝙ si statutū im-
ponat pœnā pecuniariā pro homicidio, nō
ꝓpterea pœna legis Corne. de sica tollitur.
Econtra ꝙ non, quia non pōt quis pro eo-
dem delicto duabus pœnis puniri, sed solū
pęna statuti, ff. de accu. l. senatus, ff. de excu-
sa. tut. l. scire, §. illud, de orig. iur. l. 1. §. vnde.
48 Et hoc uerius ꝭm Vber. † In summa notan
dum est, ꝙ omnis qui delinquit, est debita
pœna puniēdus regulariter. Fallit in omni
casu à iure cōcesso alium offendere, ut no.
sup. de perso. ꝗ pos. sine pœna offen. ꝑ totū.
Item fallit in illo, qui casu delinquit, ꝗ nō
punitur, C. de sica. l. j. ff. de pę. l. respiciendū,
§. casu Item in furioso, ff. de offi. præsi. l. Di
uus. Item in dormiente, qui dormiendo de-
liquit ad instar furiosi & infantis, qui nō vi
det qđ agat, ff. de sica. l. quod infans, & de
rei vendi. l. quod infans. cum si. de iur. cod.
l. 3. §. furiosus. Itē in pupillo nō doli capa-
ce, C. de pœ. l. impunitas, ff. de fur. l. impube
rem. Item in ebrioso, qui non punitur, si de
liquit, 15. q. 2. inebriauerunt. nisi dolose ine
briauerit, ut ff. de sica. l. 4. & l. Diuus. Item
in dementissimo, ff. de pœ. l. aut facta, §. cuē
tus. Itē insania excusat à delicto delinquen
tem, 25. q. 1. si quis insaniæ. Itē ignorātia,
vnde si mulier inuenerit hominē in lecto
suo credens illū esse uirum suū, & cognita
fuerit ab illo, excusatur ab adulterio rōne
suæ ignorātiæ, 34. q. j. cum per bellicā, & c.
in lectū, & quod ignorātia excuset no. ff. de
leg. j.

ADDITIONES.

a ¶Secundus de occiso. *Adde tu, & vide de hoc*
plene ꝑ Barth. Cep. Veron. in cōs. 41. col. 4. & 5.
b ¶Domus. *Adde tu, ꝙ etiam appellatione domus*
venit hortus & cœnaculum & horreum, vt per
Alex. cons. 23. in 4. vol.

leg.j.l.j.Item necessitas magna excusat, vt ex̃ de fur.c.si quis per necessitatem, de homi.c.interfecisti. Item diuina reuelatio accusat, vt extra de diuor.c.gaudemus. Item iusta cã vt ff.qui satis cog.l.fi.extra de pig. c.significantem. Item iustus metus. ex̃ qđ me.cã.c.sacris,& 50.dist.c.presbyteros.Itẽ legitima defensio suæ personæ vel filiorũ, vel similiũ.Nam ꝙ fit ad defensionẽ suam, vel rerum suarũ, legitime fit, vnde excusationem meretur, ff.de iusti.& iur.l.vt vim, C.de adult.l.Gracchus.cum simi.& de hoc no.Gof.in sum.extra de pę. in fi.

De parricidijs & eorũ pœ.Ru.

SVMMARIVM.

1 *Parricidium quid sit crimen parricidij quando committatur,& qui tali crimine teneantur.*

2 *Parricidij pœna qua sit,& qua occidentium personas ex crimine parricidij.*

3 *Furore occidens personam ꝓpter quod uideatur incurrere parricidij crimẽ, quomodo puniatur.*

4 *Filius qui iniuriatur patri, uel matri, auo, uel auia, qua pœna puniatur.*

5 *Filius anniculus si reperiatur mortuus in lecto patris, uel matris, aui, uel auia, an punientur pœna parricidij,& quid si infantulus reperiatur mortuus in lecto nutricis.*

1 PARRICIDIVM propriè dr̃ † parentis cœdium, sicut dr̃ homicidium, qua sihominis cædium, ab hoĩe,& cędo. Is crimen parricidij committit, qui patrem, matrem, auum, vel auiam, fratrẽ vel sororẽ, patruelem uel matruelem, auunculũ, amitam, cõsobrinum, vxorem, nurũ, generum, socrũ, socerum, priuignum, vitricum patronum, vel patronam occidit, vel auus nepotem, vel ꝓnepotẽ. Item filius, qui emit venenũ, vt patri daret, quamuis dare non potuerit, vt ff.de parri.l.j.C.e.l.j.Insti.de pub. iudi. §.alia. Item ea lege tenetur medicus, q̃ sciẽter & dolose uenenũ dedit filio, vt patri daret,& eadẽ pœna punitur, vt ff.eo.l.ij.de sica.l.3.§.j.Item pater, qui occidit filiũ suũ adulterantẽ vxorẽ suam tenet ea lege, sed solum relegari dẽt, non occidi, ff.eo.l. Diuus. Item tenetur creditor de parricidio, qui scienter & dolose mutauit pecuniam filio ad emendũ venenũ, vt patri daret vel cũ pecunia ipsa faceret ipsum occidi, ff. e. l.scienter. Item nõ solum prædictæ ꝑsonæ tenentur hoc crimen,& hac pœna, sed, & omnes consocij alias cõ socij & participes. agentes & consentientes,& consiliũ dolose & scienter dantes, ut ff. eo.l.vlt.de adul.l.is
2 cuius ope. †Pæna aũt horum est, ꝙ debent vulnerari virgis sanguineis, i.de sanguine, & est arbor q̃dã, vel dicuntur sanguineæ, i. vt verberent donec sanguis exeat, post hoc autẽ dẽt iste parricida poni in corio cuiusdam animalis,& ipse cum cane, gallo gallinaceo, vipera,& simia debet proijci in mari, si prope est, vel ĩ alio flumine. ita vt moriatur, vel dẽt proijci feris bestijs, vt ff.eo.l. pœna parricidij. Qui vero alias personas occiderit dolose præter sup. scriptas capitali pœna punitur, vt l. qui alias personas.
3 †Si verò per furorẽ, quis tale crimen commiserit, non punitur, vt d.l.j.§.sane,& ff.đ sica.l. qđ infans. sed isti tales furiosi sunt carcerandi, ff.de offi.præsi.l.Diuus.& facit Insti.de pub.iudi.§.alia deinde lex.& C.de his qui pat.vel fil.occidi.l.j.extra, de hom.
4 c.j.& ꝑ tot.†Si aũt filius iniuriatur patri, vel matri, vel auo, vel auiæ debet puniri illa pęna, qua p̄dicti voluerint, vt C.de patr. pote.l.3.& seq. dũmodo nõ excedat modũ in pęna, quia patria pietas dẽt in pietate, & nõ in atrocitate cõsistere, ff.eo.l. Diuus.
5 †Sed quid si filius anniculus reperitur mortuus in lecto patris, vel matris, vel aui, uel auiæ, nunquid punietur dicta pęna parricidij? Respon. sic si constaret ꝙ dolose occidisset eum, ut dictum est. Sed in dubio ꝑꝑ amorem parẽtum, dẽt pręsumi illũ potius mortuũ casu aut negligẽtia, q̃ dolo: vñ impunitum esse dẽt.ar.C.de off.testa.l.matri, extra de p̄sum.c.afferte. Nam nullus amor est, qui vincat paternũ, C.de cura.fur.l.fi.& magis parentes timent de filijs, q̃ de seipsis, ff.ꝙ met.cau.l.isti quidem. Item quia mater non obliuiscit de filio, cum sit pars viscerum suorum, vt 2.q.6.ad Romanam. facit extra de homici c.fina.& idem potest dici, si reperiatur mortuus ĩ lecto nutricis, si est mulier bonæ famæ,& bonę conditionis, ut quilibet præsumitur bonus. Item in talibus desideratur dolus, vt dictum est,& probationes dẽnt esse luce meridiana clariores, vt C.de proba.l.sciant. Sed si fuerint in culpa dictæ personæ, puniendæ sunt iudicis arbitrio, sed nõ ad mortem, ff. de sica. l.j.§.sed & si.& l.3.§.ex senatu,& l.in lege, § quod si quis.

Ad

Ad legem Iul. peculatus. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Lex Iulia peculatus quid contineat, qui teneantur lege Iulia peculatus.*
2 *Pœna legis Iul. pecula. quæ sit.*

1 AVTOR legis Iuliæ peculatus † statuit, ne quis pecuniam publicam auferat, nec furetur. Itē nec in suā rem, uel vtilitatem conuertat talem pecuniam, nec faciat, vt ab alio auferatur, vel in rem alterius cōuertatur. Item ne aliquis misceat aurum vel argentum reipublicæ dolo cum alio, vt ff. eo. l. j. Item tenetur hac lege, qui pecuniā publicam destinatam ad faciendum aliqđ opus publicum, non posuerit ad illud op⁹, & sibi retinuit, vt ff. eo. l. ij. Item teneť hac lege, qui pecuniam publicam factam ex uēditione rei alicuius ꝑtinentis ad rem publicā, vel habitā ex locatione reipublicæ sibi retinuit. vt ff. eo. l. Iulia, §. lege, & l. sacrilegij, §. qui cum. Item tenetur ille, qui surripuit tabulas fisci nedum reipublicæ, vt d. l. sacrile. Item, & ille, qui facit copiam alicui ad scribendum rōnes publicas sine iussu illius, qui talib. ꝑest, vel massarij cōis, vt l. sacrilegi, §. senatus. Item & ille teneť, qui pecuniam reipublicę non posuit in armario, sed sibi retinuit, & iste talis debet personaliter detineri, quousq; reponat. Insuꝑ punitur, vt ff. eo. l. cum eo. Item, & ille tenetur, qui scribit in rationibus publicis, se minorem accepisse pecuniæ summā, q̃ re vera accepit, ff. e. l. hac lege tenetur. Itē & ille, qui posuit & immiscuit aliquid in armario, vt inde furareť pecuniā, vel aliud, ut d. l. hac lege, §. fi. Item ꝗ muros perforauit, & inde aliquid accepit, ff. eo. l. ꝗ perforauerit muros & qui surripuit prædam captam ab hostib. ff. e. l. is qui. & non solum ipse tenetur,
2 sed & ipsius hæres, vt ff. eo. l. fi. † Pœna aūt huius legis est qńq; deportatio, ut ff. e. l. peculatus. ut est qń quis subtrahit pecuniam publicam, & in casibus s̄. dictis, & in eo, ꝗ misit aliquē ad subtrahēdū pecuniā publicam, ut ff. eo. l. hac lege. §. fi. Quandoq; furti, ut in eo, qui subtrahit res priuatarū personarum de æde sacra ff. eo. l. Diuus. & pōt de hoc cognosci, usq; ad quinquēniū, ut ff. eo. l. peculatus. la ij. Item tenetur restituere in quadruplū quod accepit, vt ff. eod. l. pen. Sed hodie uř de iure nouo codicis, quod officialis, qui pecuniam publicā urbis Romæ uel fisci subtrahit, & ēt ille qui dederit ad hoc auxiliū & fauorē cooperando, capitali puniať pęna, C. de cri. pecu. l. j. Qui uero pecuniam ciuitatis subtrahit, furti tenetur, non crimine peculatus, ff. eo. l. pe. §. fi. ff. de fur. l. ob pecuniam. Insti. de publ. iud. §. item lex Iulia pecula. cum simi.

De falsis. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Falsitas quid sit.*
2 *Falsitas committitur dicto, scripto, facto, & usu, & vide exempla plura.*
3 *Falsi pœna quæ dicatur.*
4 *Falsum quomodo committatur de iure canonico, & quis euitat pęnam falsi.*
5 *Rasura quando iudicat suspicionem instrumenti, vel literarum, & quando non.*
6 *Literæ Papæ vel prælatorum, per quæ reddantur suspectæ.*
7 *Instrumenta & literæ quando reprobantur tanquam falsa.*
8 *Notarius si falsum confecit instrumentum, q' a pœna puniatur.*
9 *Instrumētum si est in aliqua sui parte falsum, an debeat in toto haberi pro falso.*
10 *Instrumentum dicens, Mar. filius Ant. confessus fuit habere in deposito a Io. decem, & si postea reperitur, ꝙ tunc temporis Ant. erat mortuus, an tale instrumentum erit falsum.*
actio in factum intereſſe,ut ff.eo.l.pe. Et ſi
allego ꝙ detractum fuerit aliquid de ſepul-
chro alicuius,& deportatum ad domum ali
cuius, talis domus publicatur & fiſco appli
2 catur,ut C.e.l.2.† Item punitur fiſco in de-
cem pōdus auri,qui ſaxa marmorea, uel co
lumnas, vel aliā materiā extrahit de ſepul-
chro &c.C.e.l.q ſepulchra cōmittit ēt ſacri
legium,q talia facit,C.e.l.ꝑgit.Et iudex,q
hoc punire neglexerit,punitur in libris vi-
3 gīti auri,ut C.eo l.3.†Et eſt alia actio criā-
lis ꝑ ipſos q corpora defunctorum,uel oſſa
extrahunt de ſepulchris ſine armis. Nam ſi
ſunt viles ꝑſonę,vt C.de ſecun.nup.l.humi
lem . iſti tales ſummo ſupplicio afficiunſ,
honeſtiores aūt in inſulā deportātur,vel re
legātur,vel in metallum dānanſ,ut ff.e.l.fi.
Si vero manu armata faciunt capite puniū
tur,ff.e.l.3.§.aduerſus,& l.fi.item tenetur l.
Iul. de vi, q impedit aliquem ſepeliri,ut ff.
eo.l.ſepulchri violati item irrogat infamiā
iſtud delictum,vt ff.eod.l.1.& de mor.infe-
ren. l.1. in fi. Sed reficere licet ſepulchrum
ſine pœna,ut ff.eo.l.2.& l.ſepulchra.

De pœna plagarij. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Plagium quid dicatur.*

2 *Plagij pœna in quibus locum habeat,& quando excuſantur a plagio.*

3 *Plagij delictum dolum & ſcentam deſiderat & alio modo plagium dicitur.*

4 *Plagij accuſato an ſit publica,& quando quis a plagio excuſatur.*

5 *Pęna huius delicti qua eſſet olim,& qua nūc ſit.*

6 *Capitalis pęna pluribus modis dicitur.*

1 PLAGIVM † aūt dr̄ à plaga, vel dolore,
q infertur à plagiario plagium cōmit-
2 tendo.Habet † aūt locum pœna plagij in il
lo,qui liberum hoīem vel ſeruum alienum
ſciens vēdidit,uel alio mō obligat,ſeu alie-
nat,donādo uel in dotem dando,ut ff.ad l.
Flaui.de plag.l.Flauia. item tenetur de pla-
gio,q aliquem ligatum hoīem tenet,uel ce
lat,ut C.e.l.eum. itē ſeruo alieno ſuaſit, ut
à dño aufugere,ff.e.l.eum q,& l.nō ſtatim,
§.lege. item & ille,q liberum hoīem ſciens

pro

pro seruo emit, vt ff.e.l.j. itē habet locū in
eo,q̄ seruū alienū sciēter, vel quēlibet aliū
hoīem liberum capit vel seducit, furat vel
exportat de loco ad locū, vel de vna ciuita-
te ad aliā ciuitatē vel locum, vt C. e.l.qm̄.Si
aūt crederet seruū alienū exportare vel ven
dere bona fide de volūtate dñi, vel crederet
seruum esse suum iustis rōnibus motus, vel
filium suum esse, tunc nō tenet̄, vt ff.e.l.le-
ges, si bona fide possidebat seruū vel filium.
3 †Nā in hoc delicto desiderat̄ dolus & scien-
tia, sicut ēt ī l.Cor.de sic.l.in leg.& in falso,
vt ff.de fal.l.impuberē,§.si ei seruo, ẜm Ac
cur. item dr̄ alio modo plagium, quia ille,
qui furat̄ filium alterius,& ducit de loco ad
locum, infert plagā cordibus parentum &
4 dñorum, qn̄ furatur seruum illorum.† Itē
no.ꝙ illa accusatio est publica,& competit
cuilibet, vt C.eo.l.plagia.Excusat̄ aūt quis,
si seducit filium alienum, vel seruum, q̄ iu-
sta opinione ductus credebat esse suum, vt
5 C.eo.l.plag.† Item no. ꝙ in isto delicto o-
lim ẜm iura fforum erat pœna ciuilis & pe
cuniaria, vt ff.eo.l.fi. hodie vero sola crimi
nalis imponitur, vn̄ si seruus vel liber ī hoc
delinquit, bestijs subijcitur, ingenuus vero
gladio consumit̄. Nobilis aūt in metallum
damnatur, & sic est in quolibet casu pœna
capitalis, vt C.eo.l.fi.& l.qm̄.†Nā capitalis
pęna dr̄ pluribus modis, vt qn̄ quis vltimo
supplicio afficitur per mortem, vel est aqua
vel igni interdictus, vel deportat̄, vel in me
tallum damnatur, vt ff.de pę.l.2.& l.capita
lium.Inst.de pub.iu.§. publicorū,& §.seq.

De collegijs illicitis: Rub.

1 *Collegia quæ conceduntur, collegia regulariter sunt prohibita, facientes collegia illicita causa proditionis qua pœna puniuntur.*

2 *Collegijs duobus, aut duabus societatibus ascribi non licet.*

3 *Publicanus vel eius familiaris exigens per fraudem plusquam debeat, quomodo punitur.*

4 *Incidēs in vectigal ut uel tempestate excusatur, publicanus pōt prorogare terminū illi ꝙ soluere debet, & indebite solutum repetitur ratione fugæ vel ignorantiæ seruorum uel animalium, pro quibus soluitur datium, an excusetur quis a pœna, & an dati solutione?*

5 *Collegia dicuntur illicita, quæ non sunt a iure concessa, & quædam sunt expresse prohibita.*

1 SCIENDVM est † ꝙ quędam sunt colle
gia cōcessa à iure, vt collegium publica-
norum,& dn̄r publicani, q̄a conducunt ali
quid à fisco, vel aliquod datium vel gabel-
lā, vt ff.de publ.l.j.§.publicani. Nam licitū
est hr̄e collegium & societatē vectigalium
facere, & etiam licitum est cā sodiendi me
talla, vt fit in massa de Mantua, vel cā fodiē
di salem, vt fit Ianuæ, vel causa panis faciē
di vt pistores vel fornarij, vt ff.qđ cuiusq;
vniuers.nom.l.j.Itē decuriones pn̄t hr̄e col
legium, vt C.de natu.lib.l.si quis,& l.quis-
quā, C.de decu.l.2.§.nominatim,& §.fi.Itē
scolares, C.de iur om.iu.s.fi. Item iudices
seu aduocati, vt C.de aduo.di.iu.l.fori. & l.
cum aduocati,& l.nemini,& l.petitorē. Itē
religiosi, C.de sacros.eccl.l.j. qđ & pōt dici
in similibus. Sed regulariter collegia sunt
prohibita, ut C.de coll. illi.l.3.§.in summa,
vn̄ notādum est, ꝙ si quis facit collegium
illicitum, vel societatem illicitā cā proditio
nis faciendæ in vrbe Romana, vel in ꝓuin
cijs, vel in ciuitate, vel forte idem in alio lo
co, capite punitur, ut ff.ad l.Iul.mai.l.j. &
l.maiestatis, & C.de sedit.l.j. vel punitur l.
2 Iul.de vi pub.ut ff.e.l.2.† Item no.ꝙ non li
cet alicui de duobus collegijs, siue de duab.
3 societatibus esse, vt ff.eo.l.non licet.†Etno
ta ꝙ si publicanus vel datiarius, id est exa-
ctor datij, vel gabellæ, exigit per fraudē am
plius q̄ debet, in duplum reddere compelli
tur,& si ꝓ vim facit, in quadruplum, ut ff.
de pub.l.1.§.publicani,& §.seq.& l.si vltra.
Idem & si familiares dictorum publicano-
4 rū fecerint, ut ff.eo.l.cotem.† Item no.ꝙ si
quis incidit in vectig.vi uel tempestate, qđ
excusatur, vt ff.e.l.fi.§.si ꝑꝑ.Item ꝙ publi-
canus pōt prorogare terminum illi, qui sol
uere debet,& si q̄d indebite solutum est, re
peti pōt, vt d.l.fi. Itē ꝙ rōne fugæ seruorū,
vel aīalium, de quib.solui debent datiū vel
vectigal, q̄s excusat̄ a pœna sed non à sol.
datij.Excusatur.n.rōne fugę vel ignorātię,
vt ff.eo.l.interdum,§.ẜm,& §.seq. & l.im-
5 ploratores,& l.seq.†Item no.ꝙ eīa collegia
dn̄r illicita, quæ nō sunt a iure concessa, ut
q̄ sunt a iure prohibita, C.de hær.insti.l.col
legium,& ff.eo.l.3.§. in summa, & l colle-
gia.Sūt aūt q̄dam expresse prohibita, ut Iu
dęorum, C.de iudæ.l.1. & hæreticorum, ut
C.de hære.l.2.& l.seq.& l.Arriani, idem in
similibus est dicendum.

De seditiosis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Seditiosus quis dicatur, & qua pœna punitur & an bannum succedat in locum deportationis.*

1 SEDITIOSVS † autem dicitur ille, qui seditionem vel proditionem tractat de aliqua ciuitate vel castro habendo, vel dando causam faciendi guerram contra publicam vtilitatem, vel tractat facere nouitatē in ciuitate, vel nouitatē contra publicum & bonum statum ciuitatis, vel tractat se fieri dñm terrę, vel loci alterius ad turbam populi vel similia contra publicam vtilitatem, iste talis capitali pœna punit̄, C. de seditio. l. 1. & 2. vel tractat perditionem de terra & dare eam inimicis, vel quid simile, & iste talis ad mortem punitur, vt C. de re mili. l. ꝓditores ad l. Iul. maie. l. pen. Item si occupauerit aliquod castrum & guerrā faciat suæ ciuitati, vel communi, vel si offendat & rebellet suo cōi, ut in c. eo. l. j. Item non solum iste, sed alij agentes & consentientes sciēter perueniendum ad actum & opem, & auxilium dando & fauorem, & operam dando, ad talia facienda, ut C. de episc. & cler. l. si. quēquam C. de accu. l. non ideo, ff. de fur. l. in furti, § ope. de adul. l. si is cuius, ff. de sica. l. nihil interest, de parric. l. vtrum, ff. ad l. Aqui. l. item Mela, §. si alias item cum eodē. Et dixi perueniendo ad actum, quia sola cogitatio non meretur pœnam, ff. de pœ. l. cogitationis, vel potest dici ꝙ isti seditiosi, *a* qui prouocant tumultum vel rumorem populi, puniuntur pro qualitate dignitatis, vel in furca, vel subijciuntur bestiis: aut in insulam deportantur, vt ff. de pœ. l. si quis aliquid, §. si autores, vide Bar. in l. capitaliū §. solent, ff. de pœ. Sed in locum deportationis, hodie successit bannum perpetuum, vt no. Inst. quib. mo. ius pa. pot. sol. §. relega. facit ff. ad l. Iul. de vi publi. l. qui cętu. & de incen. rui. & naufr. l. quo naufragium, §. non tantum, cum simi. Si vero hoc fiat in vrbe Romana, punitur l. Iul. maiest. ff. ad l. Iul. maie l. 1. & 3.

ADDITIO.

a ¶ Quod isti seditiosi. *Adde tu & vide Alex. in cons. 3. col. fi. in 1. vol. & ibi qualis debeat esse pęna contra seditiosos & conspiratores, quando pœna non est statuta.*

INCIPIT LIBER TERTIVS.

De priuatis delictis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Priuata delicta quæ sint.*

2 *Accusare qui permittuntur in delicto priuato.*

SVPRA dictum est de publicis delictis, quæ maiora sunt q̄ priuata delicta, vn-
1 de restat videre de priuatis delictis. † Et possunt dici regulariter omnia delicta esse priuata quæ non connumerantur inter publica, sicut dicuntur omnes contractus stricti iuris, qui non connumerantur inter bonę fi-
2 dei. Et † no. ꝙ in priuato delicto nullus admittitur ad accusandum, nisi sua intersit, vt ff de priua. deli. l. si vero, C de fur. l. manifestissimi, circa prin. cum si. Fallit in certis casibus exceptuatis, in quib. quilibet ad accusandum & denunciandum admittitur, licèt non connumerentur inter publica crimina s̄m iura ciuilia l. 1. ff. de publ. iu. ut in crimine hæresis, vt C. de hęre. l. manichæos ext. eo. c. vergentis. In crimine simonię, ext. de simo. c. licet Heli. In crimine sacrilegij, C. de epis. & cler. l. si quis in hoc genus. Idē in sim. ut no. supra de his, qui accusare prohibentur, in fi. tit. §. in summa no.

De furtis, robarijs & latrocinijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid sit, & quotuplex sit.*

2 *Furti actio duplex est, scilicet criminalis & pecuniaria, & cui datur actio furti.*

3 *Furtū an sola cogitatiōe vel verbo fieri dicatur.*

4 *Furtū dicitur qn̄ sit inuito domino rei furtiuę.*

5 *Furti an teneatur, qui furtum committit credēs dominum permissurum, & rationabiliter credit & quod si aliquo errore ductus, & quid si credat facere domino inuito, & tamen si volens.*

6 *Furti an teneatur, qui rem suam apud alium existentem surripit, & quid in re communi. et quid si emisti rem meam bona fide, & ego eam tibi surripio.*

7 *Furtum est quod occulte fit, & licet raptus sit fur, tamen alia pœna punitur.*

8 *Furti non solum agitur ciuiliter ad pęnam, sed & condictione furtiua, & licet actum sit ciuiliter nihilominus agi potest criminaliter.*

9 *Fur qualiter pœna corporali puniatur per commune loci.*

Latrones

10 *Latrones famosi qualiter puniantur.*
11 *Furtum de iure ciuili scripto non uidetur puniri morte,& quomodo iure Lombar.puniatur.*
12 *Fur & latro quomodo differant & ubi lex Lōbarda sibi locum vendicet.*
13 *Lex Federici Imperat.ꝙ si quis quinq; solidos furatus fuerit suspendatur,an sit seruanda.*
14 *Robariam aliqui fecerunt,& in ipsa sunt capti qui nullam aliam fecerunt,uel non fecerunt in illa iurisdictione,an laqueo suspendantur.*

1 FVRTVM est contrectatio †rei alienę in
uito domino &c. vt ff.de fur.l.j. Inst.de
obl.q̄ ex deli.nasc.in prin.Et no.ꝙ furtum
aliud est manifestum,aliud nō manifestū.
Manifestum dr̄ qn̄ cum re furtiua depre-
henditur fur anteq̄ veniat ad locū destina
tum.Non manifestum est, qn̄ non dep̄hen
2 ditur fur,vt ff.e.l.2.& l.seq.† Et no. ꝙ fur-
to agitur dupliciter,s.crīaliter & pecuniari
ter.ad pœnam pecuniariam pro furto non
manifesto datur actio dupli furti ī duplū,
pro manifesto in quadruplū,vt Inst.de ob-
lig.q̄ ex delic.nasc.§.plures . Et datur actio
furti cuilibet cuiꝰ interest,vt C.eo.l.mani
festissimi,ff.eo.l.vtriq.§.si res,& l.creditor.
Crīaliter uero ad pœnam corporalem, vt ī
Auth.vt nul.iud.§.si vero colla.9.C.de ser.
3 fug.auth.sed nouo iure.Et no.ꝙ sola cogi-
tatione non sit furtū,neq; verbo,vt ff.eo.l.
j.& l.si quis vxori.l.neq; uerbo,& inficiādo
4 & l.falsus.§.si quis.†Et dr̄ fieri furtum,qn̄
sit inuito dn̄o rei furtiuę,qui semꝑ p̄sumi-
tur inuitus,nisi probetur volens,ff. eo.l. q
5 vas.§.vetare. † Sed si quis committit furtū a
credens dn̄m permissurum , & iuste, & ra-
tionabiliter credat, vt q a est filius vel pro-
a pinquus *a* vel amicus, tunc nō tenet̄ furti,
vt Inst.de obl.q̄ ex deli.nasc.§. placuit . vel
tenetur furti,vt ff.eo.l.is q te.Sed si credat a
tacere dn̄o inuito,licet sit dn̄s volens, pec-
cat,nō tn̄ dn̄s agit furti, vt C.eo.l.oēs. §.fi.
6 Et idē si aliquo errore ductus facit,vt Inst.
vi bo.rapt.§.quia tn̄.† Sed quid si res mea b
b est apud te,& ipsam surripio? *b* Resp.non
est furtū,nec teneor furti, nisi tua intersit,
ff.eo.l.qui iniuriæ,§.si ex donatione,sed in
re cōi aliud est,quia est furtū,ff.e.l. socius.
Si autem emisti rem meā bona fide, & ego
eam tibi surripio,teneor furti,ff. eo.l. cum c
res,§.j.& l.si is qui rē.sed tn̄ res nō est fur
7 tiua &c.† Et no.ꝙ furtū est,ꝙ occulte sit &
p̄cipuę de nocte,vt ff.eo. l.j. & licet q rapit
vi,sit fur,tn̄ alia pœna punitur,vt insit.ver
8 bo.rap.in prin.†Item no.ꝙ nō solum agit̄
furti ad pęnā,ciuiliter dico, sed condictio-
ne furtiua ad ipsam rem, vt ff.de cōdi.fur.
l.si ꝓ fure.§.furti . Sed licet sit actū ciuili-
ter,vt dixi,nihilominus pōt agi crīaliter.
vt C.qn̄ ciu.act.cri.p̄iu. l.j. C de fur. l. fi.
9 †Sed quali pœna corporali punit̄ iste,q fu
ratur per cōę ciuitatis vel loci. Rn̄.dicunt
Docto.aut est publicus & famosus fur , q
accusatus est & assuetus pluries furari,
.i. bis vel vltra, & est infamatus de hoc, q a
binus actus inducit consuetudinem &c. de
episc.aud.l.3.in fi.& q sepius delinq̄t, gra-
uius punitur &c.& reiteratio delicti auget
pœnam &c.ff.de priua deli.l.nunq̄,in prī.
& arg.de pę.l aut damna.§.quisquis,& ff.
eo.de pœ.l.capitalium.§.solent,& C.de pę.
l.impunitas. cum si. & tunc iste talis laq̄o
suspenditur ff.de pę.l.capitalium,§.solent.
& §.famosos.& §.grassatores.vbi de hoc ēt
no.vide ēt Bal.in auth.sed nouo iure,C.de
ser.fug.& hoc quantum ad pænam corpo-
ralem infligēdam. Si aūt alicui factum est
furtum,ciuiliter agit ad damnum, tunc lo
10 cum habet quod in princ.dixi. † Latrones
aūt,qui in itineribus:aut domib. vel in ma
ri cum armis vel sine armis hoīes per vim
spoliant,& derobāt,& sunt famosi,i. infa-
mati consueti pluries derobare, illi dēnt la
queo suspensdi,ī locis ,vbi tales robarias fe
cerunt,vt in d.§. famosos. & in d. authen.
sed nouo iure.& ita de consuetudine obser
a uatur.Sed de iure *a* ciuili scripto non vide
11 tur † ꝙ pro furto quis debeat mori , vt in
Auth.

ADDITIONES.

a ¶Vel ꝓpinquus. *Adde tu tp̄is ratio est, quia censetur tunc furtum domesticum,quod quando sit punibile uide ꝑ Alex.in consi.135.in 1.uol. quo consilium est inter consi.Cep.cons.26.*

b ¶Surripio. *Adde tu & uide an et quando licitum sit furtum rei propria,per Pau.de Cast. in suo cons.35.col.3.& per Alex in cons.135. in j.uol.& per Bar.in consi.26.& aduerte quia dictum consi.d.Barth. Cep const. Alex. allegat. est unum & idem consi.*

c ¶Sed de iure. *Adde & uide de hoc per Alex.in in consi.5.col. fi.in fi.& consi.135.col.pen.in 1. uol.& in consi.110.& l uit in 4.uol.& Cep.in consi.26. alleg.*

Auth.vt nul.iudi.§.si vero crīs,col.9.sed de
bet fustigari,vt ibi patet de iure aūt Lom-
bar.fur pro primo furto oculum amittit,
ꝑ scđo aūt nasum,ꝑ tertio suspenditur la
12 queo,vt in Lomb.de fur.§.de latronib.†Et
est drīa inter furem & latronem,vt d.auth.
sed nouo iure.q̄ lex Lombarda vēdicat sibi
locum in prouincia Lombardiæ,& non ali
bi,quia Reges,qui illas leges condiderunt
non ligauerunt nisi subditos,vt in l.cūctos
populos.C.de sum.Tri.& fi.ca.& ff.de iur.
13 om.iud.l.fi.cum si.† Sed nunquid seruabi-
mus legem Fedrici Imper.positam in usib.
feud.vbi dr̄ ꝙ si quis furet̄ seu furatus fue
rit quinq; solidos laqueo suspendat̄.sub ti.
de pace tenen.& eius violato.§. si q̄s quin-
q; solidos.Rñ.non,q̄a illa loq̄tur de illo q̄
furtum commisit,vt frangeret pacem,q̄ d̄
iure dēt decapitari, vt ff.de re mil.l.fi.§.j.
sed seruabimus ius cōe,vt s̄.dictum est,q̄a
pęnę sunt moliendæ &c.ff.de pę.l. pe. & l.
interp̄ta.& facit de p̄t.sti p l.fi.& ibi no.Itē
q̄a illa lex abijt in desuetudinē,& sic subla
14 ta est,vt in j.C.const.§.pe. † Sed quid aliq̄
fecerūt robariā,& ī ipsa capti sūt, & nullā
robariā fecerūt suo tp̄e,nisi solū illā, vel si
alibi fecerunt,nō fecerūt in iurisdōne ista,
nunquid dēnt laqueo suspēdi ? Rñ. nō vr̄,
quia non sunt fures, nisi sint assueti furari
pluries ,vel derobare . Nā de maleficijs cō-
missis alibi ñ pn̄t puniri,vt ff.de acc.l.si cui.
§.fi.& de hoc no.ff.de pę.l.capitaliū.§.gras
satores.& §.famosos.in j.& 2.gl. namq; q̄
fecit semel tm̄,meretur ueniam a furca.

De notorijs criminib. cū forma accu.& proba.filiationis & consanguinitatis. Rub.

SVMMARIVM.

1 Notarium triplex est.
Notorium iuris per confessionem sponte factam quod dicatur.
2 Notoriū iuris per sn̄iam rite latā quod dicatur.
3 Notorium iuris quid sit,& in isto an admittatur appellati & probatio in contrarium.
4 Notorium facti quod dicatur.
5 Notoriū facti ad hoc ut sic dicatur ubi dēt fieri & corā quibus,& qui dicantur pauci homines, & quot homines faciant populum & parochiā.
6 Testimonium quot personarum requiritur ad hoc ut faciat aliquid esse notorium.
7 Notorium facti triplex est,notorium facti transeuntis quid sit.
8 Notorium interpollati quid sit.
9 Notorium facti permanentis quid sit.
10 Notorium per euidentiam facti iudici ut iudici & multis personis & iudici ut priuato,quomodo puniatur & in illo procedatur.
11 Notorium facti quō probetur ꝑ testes,et ꝑ quot.

QVANDOQVE agitur de crimine
in notorijs criminibus, vnde de no-
1 torio inspiciamus. † Sciēdum est ꝙ triplex
est notorium iuris,facti,& pręsumptionis.
Notorium vero iuris, dicitur duobus mo-
a dis,vno modo per confessionem*a* sponte fa
ctam de maleficio in iudicio coram iudice
pro tribunali sedente, vt C.de conf.l.j.ff.e.
l.confes.§.fi. dummodo sponte fiat confes-
sio, & idem dici potest si fiat per tormenta
habitis præcedentibus indicijs vel præsum
ptionibus,vt C.de test.mili.l.milites.& ip-
se confitens postea spōte perseueret in sua
confessione,vt ff.de qōn.l.j.§.qōni de cust.
2 re.l.1.& ibi no. † Scđo modo dr̄ notorium
b iuris per sententiam rite latam*b* cōtra accu
satum vel inquisitum vel denunciatū.Nam
res iudicata pro veritate accipit̄,ff.de re.iu.
l.res iudi.& dr̄ condemnatus, qui rite con-
demnatus est,ff.de re iud.l.4. §.cōdēnatur.
Nam sententia p̄sumitur rite lata ꝑꝑ iudi
cis autoritatem ext.de renun. cap.in p̄sen-
3 tia.vnde sic diffiniri pōt. † Notorium iuris
est spontanea confessio in iure legitime fa
cta,vel clara probatio cū sn̄ia diffinitiua li
citeq; subsecuta,vt colligi pōt C.de proba.
l.sciant. de re iu.l.j.& l.gesta ff. de sta. ho.
l.ingenuū.cū si.Sed in isto tali notorio ad
mittitur apppella.C.de appe.l.in minorib.
Item admittitur in isto notorio si fr̄ proba
tio in contrarium,vnde si quis fuerit con-
fessus hominem se occidisse, si postea uult
probare contra riū,ꝙ ille viuat,quem dixit
se occidisse,auditur, & idem in similibus
dico,ff.ad l.Aq.l.inde Neratius,§.& fi.ext.
de appell.c.cum sit Romana, & de re.iu.c.
sicut. & de proba.c. proposuisti.& c. cau-
sam.

ADDITIONES.

a ¶Per confessionem. *Adde tu & uide hoc per Gand in consi. 101.*

b ¶Lata. *Adde tu & qua in rem iudicatam transiuerit ita An.de Bar.in c.inter monasteriū.de re iu.& dicit Ale.in consi.33.col fi.in j.uol.*

4 sam matrimonij. cum si. † Notorium facti
dr̃ illud qđ fit in conspectu totius vel ma-
ioris partis populi vel loci alicuius,& ita se
p̄bet cõspectui & uisui hoĩum.ꝙ nulla põt
tergiuersatione celari.ext.de cohab.cler. &
mul.c.nr̃o.& c.fi.ff.de inst. l.sed & si pupil.
§.ꝓscribere,de rit.nupt.l.palam,de ver.sig.
l.palam.ad muni.l.qđ maior.62.dis.c.sacer
dotibus,in fi.& hoc uerum est dummõ in-
teruenerint tot hoĩes qui faciãt populum.
5 †Et no.ꝙ ad hoc ut sit notorium facti, dẽt
fieri in loco publico,ut in palatio cõis, uel
in ecclesia, uel in platea, uel in uia publica
coram populo. Si.n.fieret in loco priuato,
uel occulto,uel in p̄sentia paucorum, non
esset notorium.Et possumus dicere paucos
hoĩes à decem ꝓsonis, intra quos est noto-
rium, cum per maiorem numerum nõ fiat
populus, q̃q̃ decem hoĩes faciant populũ,
ext.de ele.c.1.& no.10.q.3.c.unio. Item q̃a
decem hoĩes faciunt parochiã,ut d.c.unio.
6 †Testimonium alicuius parochiæ facit ali-
quid esse notorium, vt ex̃ de pur.ca.c.cum
dilectus,ideo vr̃ ad hoc sufficere, ꝙ sit noto
rium,ꝙ fiat in p̄sentia decem hoĩum & ul-
tra.Alij dñt ꝙ efficitur notorium in cõspe-
ctu totius uiciniæ, & ꝙ oẽs de uicinia cla-
mant tale quid factum esse,ut d.c.cum dile
ctus,§.p̄sertim,& 2.q.1.c.scelus.Alii dñt ꝙ
sufficit maior pars viciniæ,ut ff.ad muni.l.
maior.2.q.1.c.de manifesta, ext.de pur.ca.
cum dilectus. Alii dñt relinquendum arbi-
trio iudicis, per quot hoĩes fiat notorium,
cum non sit exp̄sse diffinitum & terminatũ
à iure, dummodo fiat in cõspectu & tot ho
minum p̄sentia,qui excedant numerum de
cem personarum,ut d.c.cum dilectus,& ex̃,
de elec.c.1.& 10.q.3.c.unio uel 15.persona
rum,ff.ui bo.rap.l.ait p̄tor, §.1.cum si.cum
tot personæ facerent populum numero,ut
dictum est.Nam ubicunq; non est exp̄ssum
aliquid à iure,relinquitur arbitrio iudican
tis.ex̃,de offi.dele.ca.de causis,ff.de iure de-
li.l.1.dummodo delictum committatur de
die,& nõ de nocte,ita ꝙ clare uideri possit,
arg.ex̃,de offi.del.c.consuluit,in fi.& de te-
sti.l.testium,§.tu magis scire potes hoc di-
ctum magis placet,saluo semper cõsilio sa-
7 niori & intellectu meliori.†Item no.ꝙ tres
sunt species huius notorii. Nã aliud dr̃ no-
torium facti actu transeuntis,& hoc qñ se-
mel notorium factum est,ita ꝙ non potest
tergiuersatione celari,non tñ habet reitera
tionem, ut est homicidium publice cõmis-
sum,ꝙ reiterationem nõ recipit, & sic fuit
de Christo saluatore nr̃o,ut de conse.dis.2.
c. semel Christus passus &c. de pę. dis. 2. c.
8 aut facta. ex̃,de test.cog.c.peruenit.† Aliud
dr̃ notorium interpollatum, sed tñ ita pu-
blice fit,ꝙ celari non põt per tergiuersatio-
nem,ꝙ quis sæpius reiterat,tñ non fit con-
tinue,sicut est crimen usurarii manifesti,q̃
habet mensam paratam ad mutuandum,&
publice tenet,nõ tñ facit continue mutuũ,
sed frequenter hoc reiterat, ut ext de usur.
c.cum manifestis,& c.usurarum uoraginẽ,
9 li.6.vbi de hoc.† Aliud est notorium facti
actu permanentis,ꝙ ita fit publice ꝙ celari
non põt,& habet in se facti continuationẽ,
ut est uidere in illo,qui continuè in carcere
detinetur.de hoc ex̃,de app.c.dilectis filiis.
& idem vr̃ in eo, qui publice tenet concubi
nam continuam in domo, lecto,& mensa,
& liberos ex ea habet,ar.C.de nup.lib.6.ex̃,
de app.c.consuluit, de diuor. c.significasti,
cum si. q̃uis istud tale sit potius notorium
iuris,q̃ facti,cum cõiter non fiat in conspe-
ctu hoĩum,sed occulte,sed tñ ita uehemen-
ter opinatur & p̄sumitur, ꝙ ꝓ notorio fa-
cti reputatur a iure, ext.de p̄scri.c.literis. &
de cohab.cle.& mul.c.clericos,& c.tua vox.
10 †Et no.ꝙ si delictum sit notorium per eui-
dentiã facti iudici & multis aliis,ut quia fa
ctum in p̄sentia & cõspectu iudicis pro tri-
bunali sedentis, & aliorum tot quot suffi-
ciunt ad notorium, ut 10.hoĩum uel ultra
s̃.dictum est,tunc nec accusator,nec denun
ciator,nec libellus denunciatorius, accusa-
torius, uel inquisitorius,uel litis contes.uel
testium examinatio est necessaria, uel alia
probatio,sed citatur ad sñĩam audiendam,
& fertur sñĩa condemnatoria in scriptis per
iudicem pro tribunali sedentem &c. & ita
sola sñĩa ordine spectatur.Nam in tali no-
torio ordo iuris est ordinem non seruare.ex
tra,de iureiur.c.ad nostram,& d.c.tua uox.
Nec poterit a tali sñĩa appellari,nec contra
eam aliquid probari,ut extra de app.c.cum
sit Romana,in fi.& c.peruenit,cum si.si au
tem sit notorium aliis & non iudici, tunc
necessaria est probatio & iuris ordo seruan
dus est extra,de elect.c.bonæ,§.licet, 2.q.1.
§.fi.& §.qñ autem,ff.qui satisd.cog.l.si ue-
ro,§.qui pro rei qualitate. Si autem nõ est
delictum

delictum cōmissum in p̄sentia iudicis pro
tribunali sedētis, & sic nō est ei notoriū ut
iudici, sed vt priuato, tunc necessaria est ꝓ
batio & libellus, si ab aliquo accusat̄, & lit.
cōtes.& oīs ordo iudiciarius est necessarius
vt C.de lit.conte.l.1.& auth.offeratur,& C.
de ꝓb.l.fi.ext.de vsur.c.cū to. de cor. vitia.
c.de tua.de of ord.c.si sacerdos, cum si.Sed
si non accusat̄ in isto tali & taliter notorio,
poterit tñ iudex ꝑ inqͥsitionē procedere, fa
ma, vel clamore, vel aliquo alio mō p̄ceden
te,& illum inculpatū examinare,& si spōte
confiteat̄ delictū, poterit absq; alia ꝓbōne
condēnari, C.de conf.1.ff.ad l.Aq.l.ꝓinde,
ff.de cōfe.l.cōfessio.Si aūt negauerit.tūc ne
cessaria est probatio,C.de prob.l.sciant. de
11 pę.l.q sn̄īam.ext.de off.ord.c.1.†Item no.
ꝙ in notorio facti testes, inducuntur ad te-
stificādum, dēnt dicere duo. Primū ꝙ vide-
rūt cōmitti maleficiū de quo talis accusat̄ a
vel inqͥrit̄, vel p̄sentes fuerunt, qͣ testis in
maleficijs dēt testificari de p̄sentia & visu ī
Auth.de her.& fal.§. si vero absunt.& dēnt
testificari ꝙ maleficium fuit publice factū, b
& in loco publico, vel in platea, vel in publi
ca, vel in palatio cōis, vel in ecclesia tali in
p̄sentia populi, vel in p̄sentia x. hoīum, vel
15. vel ultra, qui publice potuerunt uidere
committi dictum maleficium cum hoc sit
impossibile, sed de p̄sentia sic, vt dictū est.
Et ad ꝓban. istud tale esse notorium, suffi-
ciunt duo testes, ff.de testi.l.vbi.

Forma accusa. in notario facti.

12 Forma accusationis in notorio facti qualis sit & quomodo proccdi debeat.
13 Accusatus vel inqͥsitus in alio notorio qua facti an citari debeat ad uidendum iurare testes.
14 Notoriū p̄sumptionis qđ sit, illius que exempla.
15 Testatore aliquem nominante filium suum, an stetur tali nominationi.
16 Consanguinitas alia quomodo dicatur notoria præsumptiue.
17 Filiatio, & consanguinitas quomodo probentur.
18 Filiatio, ætas, & consanguinitas, per quot testes probentur.

In isto notorio facti posset accusatio ita formari.

12 CORAM vobis dn̄o † Ptāte Mātuæ, B.
suo iuro denunciat & accusat A. filium
B. quem dicit de anno & mense pręsenti in
ciuitate Mantuæ in loco tali percussisse &
vulnerasse d.Io. cum vno cultello feritorio
de ferro in facie, cuius percussione & vulne
re sanguis exiuit. Qđ qͥdem, maleficiū fuit
publice & palā cōmissum, & in p̄sentia 10.
personarum & ultra & ita & tali mō ꝙ di-
ctus A. nō pōt negare ꝙ dictum maleficiū
nō ꝑpetrauerit, nec est locus iustificationi
cum dictum maleficiū sit manifestū & no-
toriū, & manifeste, palā publice & notorie
cōmissum & ꝑpetratum, vñ petit ꝑ vos di-
ctū A. puniri & condēnari ẜm formā iuris,
& oī uia, iure, & forma qͥbus melius fieri
pōt. Nā tunc in tali notorio dēnt solummo
do testes examinari, & si ꝓbatum fuerit il-
lum deliqͥsse, eū condēnare ẜm probata &c.
Si aūt in p̄sentia iudicis factū est, & aliorū
vltra Io. vel 15. hoīes, ut dictū est, & aliorū
est op⁹ ꝓbōne, sed dēt ille citari ad sn̄īam
audiēdā, *a* nā tūc in tali notorio ordo iuris
est ordinē nō seruare, ext.de iur.iu.c.ad no-
13 stra, đ acc.c.euidētia.†Sed an ī alio notorio
crīe ubi testes sunt examinandi, debet accu
satus vel inquisitus citari *b* ad videndū iu-
rare testes? Rñ. dñt quidam ꝙ sic, alias non
valeret.ext.de testi.c.2.cum si. Alij dñt con
tra, ꝙ citatio est de ordine iuris, & in istis ñ
est seruandus ordo iudiciarius, ut dictum
est, & d.c.ad nostrā, & 2.q.1.c. manifesta.
14 cū si.†Aliud est notoriū p̄sumptionis, sicut
est paternitas & filiatio, q̄ nō p̄t uere ꝓba-
ri, ut ff.de cōd.& de.l.Lucius, sed probat̄ ꝑ
p̄sumptionē. Vñ si uir & uxor aliquē nutri
uerint tanq̄ filiū nominādo & vocando ip
sum filiū, dādo ei alimēta ut filio, & alia si-
milia faciendo, tanq̄ parētes filio faciunt,
ut ꝓ filio habeat̄. Et idem dicendum est si
nascat̄ in domo uiri & uxoris, uicinis hoc
dicentib.& credētib. uere illum esse filium,
vel eū esse natum vt filium in domo uiri &
uxoris, C.de nou.l.si vicinis. Nā filium dici
mus, quē demōstrat mr̄imoniū uiri & vx.
ut dictum est, si probetur ꝑ vicinos, ext. de
prob.c.per tuas. & qͥ fil. sint leg.c.cum cām
quæ, ff.de his qui sunt sui uel alien.iur.l.fi-
lium

A D D I T I O N E S.

a ¶Audiendam. *Adde tu & uide an antequam sententia feratur sit requirenda declaratio noto rij, per Franci. Are.in cons.165.*

b ¶Citari. *Vide tu de hoc per Are.in d.cons.165.*

liũ. Sed tñ si negetur filius, necessaria est ꝓ
batio, ut dictũ est. ext. q̃ fil. sint le. c. trãsiuis
15 se. & ibi no. † Itẽ si testator nominet aliquẽ
filiũ suũ in suo testõ, statur tali noĩationi,
ut p̃sumatur filius, donec cõtrariũ fuerit ꝓ
batũ, C. de nat. lib. auth. si quis itẽ, ext. q̃ fil.
16 sint legi. c. ꝑ tuas, dic ut ibi. † Est & alia cõ
sanguinitas ĩter cõsanguineos & cõiũctos.
Nã cõsanguinitas dr̃ notoria p̃sũptiue, uñ
si aliq̃ uocãt se cõsanguineos & cõiũctos,
p̃sumitur ꝙ ita sit, dummodo ĩter uicinos
ita habeatur, ar. dictorũ iuriũ, & ext. de di-
uor. c. porro, §. j. & statur illi tali p̃sumptio
ni, si tñ negetur censanguinitas uel genus,
necessaria est probatio, ff. de proba. l. j. & fi.
& C. eo. l. nõ exẽplis facit C. de testa. l. neq;.
& ad dicta probãda sufficiũt duo testes, ut
17 ff. de testi. l. ubi. † Sed qualiter fiet ista pro
a batio? a Respondeo hoc modo.

ADDITIO.

a ¶ Ista probatio. *Adde & uide per Alex. in consi. 51. in 1. uol. col. j. in fi. & seq. & ibi quod sufficit ꝙ probetur quasi possessio filiationis, & communis opin & ibi uide capitula. & adde eundem in cons. 74. col. j. & consi. 90. uersi. circa secundum. in 1. col. in ij. uol et in consi. 87. col. pen. uersi. alia char. & in 3. uol. ubi de nominatione facta per patrem in testamento.*

INTENDIT probare & fidem facere M. ꝙ ipse est uel fuit filius Alberti & do. Io. f. q. Galeã uxoris dicti A. & fuit habitus & tractatus pro filio dictorũ A. & Io. & ꝙ ipsi tenebant & tractabãt eũ ut filiũ, dando sibi alimẽta, uestes, & alia necessaria, & alia faciendo, q̄ parentes faciunt suis filijs, & ita hr̃ & tenetur: & est habitus & tentus ꝓ filio p̃dictorum & conuicinis & alijs gẽtibus, & ꝙ natus fuit in domo prædictorum posita in ciuitate Mãtuę in tali loco, penes tales. Itẽ ꝙ de p̃dictis est publica uox & fama. Et idẽ dico in probãdo cõsanguinitatẽ ꝙ talis est habitus pro consanguineo talis, & ꝙ nominant se, & consueti sunt noĩare se adinuicem pro consanguineis & coniunctis, & aduinuicẽ diligere & tractare tanq̃ cõsanguinei faciũt, & ꝙ tenenr̃ & habenr̃ & habiti sunt pro consanguineis ꝑ vicinos & alias personas. Item ꝙ de p̃dictis est pu-
blica vox & fama. Et hoc modo probenr̃ si
1 milia. † Item no. ꝙ ĩ ꝓbanda filiatione, æta
te & cõsanguinitate admittunr̃ parẽtes, cõ-
sanguinei & vicini, ff. de proba. l. ẽt matris, ex̃ de his q̃ ma. ac. pos. c. vr̃. 35. q. 6. c. j. & 2. quia ipsi melius sciũt veritatẽ, vt in dictis iurib. Facit C. de nup. l. si vicinis. ext. de testi. c. suꝑ eo de spõ. c. cũ in tua. cum si. Et d̃ ista materia no. extra de choa. cle. & mul. c. nostra. & c. tua nos. & de elec. c. per inq̃sitionem, & 2. q. j. ca. de manifesta. & ibi no.

De citatione acc. uel inq̃siti. Ru.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus vel inquisitus qualiter sit citandus.*
2 *Iudici nullus debet exhiberi, nisi de mandato iudicis constet.*

1 VIDEAMVS qualiter in crĩbus † accu-
satus vel inquisitus sit citandus. Et q̃s
a citandus est de mandato a iudicis, de quo
mandato & commissione debet constare in actis, C. de exhi. reis, l. neminem. rõ est, quia ei non creditur, nisi quatenus constet in actis, vt extra de proba. c. qm̃ contra falsam, ff. de pę. l. absentem. & ꝙ in criminalib. debeat quis pluries citari, ff. de pub. iu. l. inter acc. & ꝑ interualla dierum. facit l. absentem. ibi sæpius moniti &c. ff. de ser. l. fi. sed de consuetudine non seruatur, imo arbitrarie faciunt assessores, arg. C. de proba.
2 l. siue pars. sed illa vr̃ loqui in ciuilib. † Et
no. ꝙ nullus debet exhiberi coram iudice, vt dictum est, nisi de mãdato iudicis cõstet, vt d. l. neminem. quia rigor iuris est obseruandus, cum sit in medio constitutus, vt C. de Iudæ. l. nullus. & hoc regulare est. Fallit tñ in tertijs casibus, in quibus licitum est sibi facere ius, quos casus notaui s̃. etiam de personis, quæ possunt offendi sine pœna. Commissio autem fit hoc modo.

ADDITIO.

a ¶ De mandato. *Adde Bar. in l. fi. C. de iure do. in pen. col. in l. si quando, quem vide, C. de testi. & an talis commissio præsumatur. vide additionem infra in §. de forma relationis nuncij. in fi.*

Forma citatio. accusa. uel inq̃si.

3 *Citationem contra accusatum uel inquisitum qualiter committat iudex.*

IN Dei æterni nomine amen. Anno a na-
3 tiuitate &c. die 10. mensis Martij. † Io. iu
dex maleficiorum communis Mantuæ, sedens pro tribunali in palatio dicti communis ad banchum maleficiorum pro iure

red-

redde̅do impoſuit, & cõmiſit M. publico & iurato nuncio dicti cõis, ꝙ ex ſua parte uadat & reqrat Io. de Licitia filiũ talis accuſatum ꝑ talẽ, uel inquiſitum ꝑ d. iudicẽ ſuꝑ tali maleficio ꝑſonaliter uel ad domũ ſuæ habitationis, ꝙ intra tertiã diẽ uel quintã compareat corã dicto dño iudice ĩ palatio cõis ad dictum bãchũ maleficiorũ ꝑſonaliter, uel ꝑ legitimũ ꝓcuratorẽ ad ſe defende̅dum à dicta cã uel inquiſitione, & de ijs, quibus accuſatus eſt uel inquiſitus ab ijs q̃ in dicta cã uel inquiſitio. continentur. Alioquin dictus d. iudex procedet contra eum eius contumacia uel abſentia non obſtãte, uel quãtũ prout de iure poterit & debebit.

Forma relationis apparitoris vel nuncij.

4 Relationis apparitoris vel nuncij formæ.

5 Perſonaliter comparere pro quo delicto quis tenetur, & pro quo non.

6 Iudex an poſſit committere nuncio die ſabbati, vt aliquem citet.

7 Citatio facta die feriata, vt compareat die non feriata, an ualeat, et quid ſi fiat die non feriata, vt compareat vſque ad diem dominicam, an valebit?

8 Citatione facta ex parte plurium iudicum cui eſt obediendum.

9 Citatio qualiter fieri debeat, & ad quã domũ, quando plures habet.

10 Citari vbi quis debeat quando cõmiſſo delicto mutauit domicilium, & quid facit iudex volẽs citare quem extra ſuum territorium.

11 Citatio quantum tempus continere debeat.

12 Citatus qui non põt ſine periculo perſonæ cõparere propter inimicos, quos habet in loco ad quẽ citatur, an ſit excuſandus.

13 Relationi citationis vnius nuncij an ſtetur?

14 Accuſato vel inquiſito cõparente ſine citatione, an proceſſu vel ſententia valebit?

15 Expulſi de ſuis ciuitatib. qualiter citari dẽant.

16 Citatio, an recipiat probationem in contrariũ.

17 Accuſatur Petrus ꝙ commiſit homicidium Cremonæ, ille negat & dicit illud fuiſſe commiſſum Placentiæ, an prius cognoſcetur de iſto incidenti & quomodo?

18 Locus maleficij, an debeat deſignari hoc petente accuſato.

19 Citatus ad comparendũ, non appoſito aliquo tẽpore, quomodo comparebit.

20 Citatus ut compareat incõtinẽti, q̃ñ cõparebit.

21 Citatus vt compareat extra iuriſdictionẽ ſuã quid faciet.

22 Citationi quæ debeant inſeri.

23 Citatus ſine loci deſignatione ad quem locum ibit.

24 Citatione cadente in die feriata, quando comparebit citatus.

25 Citatio ad cuius inſtantiam fieri debeat.

26 Citato comparente, ſi non compareat qui fecit citare, quid erit faciendum?

27 Citationis dies, an computatur in termino?

28 Citatus excuſatur multis modis ſi nõ cõpareat.

29 Primo excuſatur citatus ratione immunitatis, quam habet in loco ad quem citatur.

30 Item q̃ñ citatio fit extra iuriſdõn m citantis.

31 Item quando citatus impeditur per actorem, vel accuſatorem, ne citatio poſſit ad ipſum peruenire, vel impeditur in itinere.

32 Item quando ſunt plures iudices eiuſdem noïs in eo palatio, & comparet coram vno pro alio.

33 Item quando vnus iudex delegatus citat de conſenſu alterius.

34 Item quando citatur ad locum non honeſtum.

35 Item quando citatur ad locum non tutum, etiã ſi habeat literas de ſaluo conductu

36 Item quando eſt occupatus circa rem ruſticam exiſtentem in periculo.

37 Item quando impeditur magna valetudine.

38 Item quando impeditur vi fluminis, tempeſtate, & alijs, de quibus ibi.

39 Item quando citatur mulier, quę prægnans eſt & proxima partui, uel peperit & iacet in partu & ſimilibus.

40 Item quando prius eſt citatus à maiori iudice.

41 Item an excuſabitur ratione caloris extremi.

42 Itẽ quando expoliatus eſt, niſi prius reſtituatur.

43 Item quando citatur hora incongrua.

44 Item quando citatio eſt nimis breuis.

45 Item quando citatur coram iudice, qui eſt ſuus inimicus.

46 Item q̃ñ citatus eſt in carcere vel vinculis.

47 Item generaliter q̃ñ habet iuſtam cãm excuſationis comparendi, & an debeat mittere excuſationem & facere fidem de impedimento.

48 Item an leuis febricula excuſet?

49 Item an leue impedimentum excuſet?

50 Commiſſio & citatio an debeant ſcribi?

51 Citatio an ſit de ſubſtantialibus iudicij?

4 DIE tali comparuit dictus † M. nuncius dicti cõis coram dicto dño iudice pro tribunali ſedente ad dictũ banchum maleficiorũ ĩ palatio dicti cõis ꝑ iure redde̅do, & co-

& coram me notario illic existẽte ad dictũ
officiũ exercẽdũ retulit dicto dño iudici &
mihi notario se citasse & reliquisse dictum
Io.accusatum vel inquisitũ personaliter ad
domũ suæ habita. vt intra tertiã diem vel
diem quintã comparere debeat corã dicto
dño iudice in palatio dicti cõis ad bãchum
maleficiorũ ad se defendẽdũ, & excusandũ
à dicta accusatione vel inquisi. prout & si-
cut in dicta commissione plenius cõtinet.
5 †Et no. ꝙ dixi, personaliter, quia si est tale
delictum ex quo imponatur pęna corpora
lis vel alia vltra relegationẽ, ꝙ tunc debeat
ꝑsonaliter cõparere, & nõ per ꝓcuratorem,
nisi ad allegãdum causas absentię, & ad ex-
ceptiones opponẽdas, & ad similia, ut no. s.
de procu. Sed si pœna pecuniaria uel alia
pœna ĩ.relega.esset imponẽda, tunc ꝑ pro
cur. posset cõparere ad totam cãm, vt ff. de
procu.l.seruum quoq;, §.publ. ff. de acc.l.ex
6 iudiciorũ, §.ad crimen, cum si. †Sed nunqd
iudex põt cõmittere die sabbati nũcio cõis
ut citet aliquẽ? Rñ. in ciuilibus nõ, ut ff. de
feri.l.j. & si facit nõ valet, C. de feri.l.omnes
dies, nisi in casibus ff. eo.l.2. & l.ead. Sed in
criminalibus & maxime contra latrones &
simi. dr ꝙ possit, vt C. de fer.l. prouinciarũ,
& in Lombarda, de fer.l.quotidie, & l.agi-
tur, & in Auth. vt iud. sine quoquo suffr. §.
oportet, ibi, festiuis quoq; diebus, colla. 2.
& hoc de iure ciuili, sed de iure cano. secus,
7 vt extra, de fer c.fi. †Sed quid si citetur quis
die feriata, vt cõpareat ad diem nõ feriatã?
Rñ. nõ vr valere, C. de fer.l.oẽs, nisi forte in
maleficijs, ut dictum est, sed de iure cano.
secus, vt d.c.fi. & est ratio, qa citatio est de
substantialibus processus, extra, de proba c.
qñ contra falsam, & processus factus die
feriata nõ valet, vt extra, de fer.c.fi contra
hanc determinat. vr tenere Bar. in l.miles, a
§.sexaginta, ff. de adul. quẽ vide. Quid si fiat
die non feriata, ut compareat vsq; ad diem
dñicam? tunc vr valere, quia põt ante com
parere, etiã non die feriata, extra de dolo &
cont.c.cum dilectus.ibi, volentes &c. extra, b
8 de accusa.c.veniens. †Sed quid si citatur ex
parte pluriũ iudicum? Rñ. vr ꝙ illi debeat
prius obedire, qui prius fecit illũ citari, arg.
extra de ordi.cog.c.2. Sed si nõ cõ stat quis
fuerit primus, maiori iudici obedire tenet,
ff. de re iudi.l.contra pupillum. Alij dicunt
ꝙ maiori semper obedire tenetur, ut 27. di.
si eps, vt d.l.cõtra pupill. ext. de app.c. cum
9 parati, qđ tutius est. † Sed qualiter debet fie
ri citatio? Rñ. ꝙ personaliter, si fieri potest:
vt ff. de admi.tu.l.scire.ibi, in facie, &c. ali-
ter debet fieri ad domum, ut ff. de dã. infe.
a l.4.§.pretor. a C. de anna. excep. l.vt perfe-
ctius, & intelligo domum, vbi quis habitat
tempore citationis. licet plures domos ha-
beat, vt Insti. de iniu. §.domũ, C. vbi de cri.
agi opor.l.j. in fi. & l.2. C. vbi in rem actio.
10 extra, de rescri.c.dilectus. † Sed quid si ali-
quis delinquit in loco isto: & post hoc aufu
git ad alium locum, & ibi habitat, ubi de-
bet citari? Rñ. vr ꝙ sufficiat citari, vbi delin
quit, cum illic rõne delicti sortiat forũ, ut
in auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi
opor. extra de iud. c.fi. Alij dicunt ꝙ debet
citari illic, vbi degit tꝑe citationis, qñ bene
potuit mutare domicilium, ff. ad munici.l.
vtiq;, & l.nihil, vnde ille est citandus, C. vbi
de cri. agi opor.l.2. Sed quia non habet iste
b iudex iurisdi. extra suum territorium, *b* ut
de iuris.om.iu.l.fi. dẽt per suas literas iudex
loci, vbi deliquit, significare iudici sub quo
ille degit, qualiter ille est accusatus, vel in-
quisitus de maleficio, & ꝙ dẽt comparere
intra talem diem ad se defendendum & ex
cusandũ à tali causa uel denuntiatione de
ipso facta vel inquisitione &c arg. ff. de ho.
auth. iud. pos.l.cũ vnus, §.pen. & ille iudex,
cui mittitur vel significatur, debet obedire,
& illum talẽ citari facere corã se, & mone-
re illum vt cõpareat corã tali iudice ad se
defendendũ uel excusandũ à tali accusatio-
ne uel inquisitione &c. vt dictum est, & hoc
debet facere scribi in suis actis, quia aliter
non

ADDITIONES.

a ¶ §.Prætor. *Vide Bar. ibi & Doct. & Alex. in cons. 1. in 3. vol. & ibi de forma relationis nuncij, & per Gãd. in cons. 113. & ibi de qua domo intelligatur, quando fit ad domum, vbi ꝙ intelligitur de domo præsentis habitationis.*

b ¶Extra suum territorium. *Adde tu & vide quando iudex, in cuius territorio est factum delictum, possit extra territorium citare per Fran. Are. in cons. 38. & an citatio facta de reo extra territorium ualeat, vt procedatur contra eum, per eundem in cons. 135. & ibi quid operetur citatio extra territorium, quando plures prouinciæ sunt sub eodem principe.*

non crederetur, vt ext. de prob. c. q̄m contra
falsam. Item debet ad hoc, vt constet de tali
citatione, mittere citationis cōmissionem,
siue relationem factā illi iudici coram quo
ꝓceditur, in publica forma, vel suis literis
sigillatis sigillo cōis,, quib. danda est fides,
ad hoc vt ille nō possit negare, nec dicere se
non fuisse citatum, facit ex̄, de ꝓba. c. post
cessionem, vbi no. ꝙ staẗ literis sigillatis si-
gillo cōis vel officialis. facit ext. de offi. dele.
c. pastoralis, §. j. & c. sanè. Sed de rigore iuris
est, ꝙ citatio fieri debet, vt veniat ad noti-
tiā citati. Tutius est ꝙ fiat citatio illic, vbi
degit ille, q̄ deliquit, arg. C. vbi de cri. agi
opor. l. fi. & s̃. dictum est, & hoc, si sciaẗ vbi
degit, vel aliàs consueuit morari, ext. de fo.
comp. c. ex parte, circa fi. & notificeẗ amicis
& cōsanguineis, ff. ex quib. cau. in pos. l. hoc
aūt, vel citeẗ publice voce p̄conia, ut ī auth.
qua in prouincia, & in locis consuetis, & in
loco vbi cōsueuit morari vt possit sciri & ei
11 notificari, arg. dictorum iurium, cū si. † Itē
no. ꝙ in citatione debet assignari tm̄ tp̄s,
habito respectu ad distantiā loci, vt citatus
possit commodè cōparere, arg. C. de dila. l. j.
ex̄ de app. c. cum sit Romana, de re iud. c. ad
12 consultat. † Sed quid si iste citatus non pōt
comparere sine periculo personæ ꝑꝑ inimi
cos, quos habet in loco ad quem citaẗ? Rñ.
vr̄ excusatus, arg. ff. si quis cau. l. 2. §. fi. de in
terr. act. l. de ætate, de excu. tut. l. scire, §. suf-
ficit. Sed debet mittere excusatorem ad fa-
ciendum suā excusationem, & ad significan
dum iudici qualiter non p̄t cōparere secu-
re, ꝑꝑ talem inimicitiam, q̄ habet cum tali
bus, & de hoc vult facere fidem iudici &c.
vt ex̄, de app. c. cum parati. & de re iu. c. cum
Bertol. aliàs non esset excusatus & hoc in-
telligo, si pōt excusatus mittere &c. Et tunc
iudex debet facere, vt p̄stetur ei securitas à
dictis suis inimicis de non offendendo eū,
vt C. de ijs, qui ad eccl. confu. l. denunciamꝰ,
vel assignare locum alium tutum ad quem
debet iudex accedere, & ille cōparere ad se
defenden. &c. ff. de cust. reo. l. 1. & 3. aliàs est
excusatus de iure, ext. de app. c. ex parte, in
fi. vbi de hoc, & ff. de arbi. l. si cum diem, §.
si cum arbiter, ext. vt lite nō cont. c. accedēs,
13 lo 2. † Sed nunquid statur relationi vnius
nuncij de citatione? Rñ. sic, si nuncius est iu
ratus, vt ex. de app. c. cum parati. Item de cō
suetudine obseruaẗ, sed de iure ciuili secus
vr̄, C. de decu. l. j. sed duobus bene creditur,
ff. de testib. l. vbi. iuxta illud, in ore duorum
&c. extra de test. c. cum omnis, & c. relatum.
14 † Sed quid si accusatus uel inquisitus com-
pareat nulla citatione facta de eo & negat,
vel confitetur maleficium, nunquid s̄nīa po
stea lata, vel processus valet? Rñ. dicunt qui
dam ꝙ non, ratio est, quia citatio non inter
uenit, quæ est de substantialibus iudicij, &
de ordine iudiciario, unde ea omissa non va
let processus nec s̄nīa, ext. de consti. c. eccle
sia, de maio. & obed. c. inter quatuor, C. de
sent. & interlo. om. iud. l. prolatam, C. q̄uo
& q̄n iud. l. ea quæ, & idem vr̄ dicendum, si
aliqđ substantiale omittatur, q̄ aūt sint sub
15 stantialia, no. j̄. de accus. † Sed qualiter fiet
citatio illorum, qui sunt expulsi de suis ci-
uitatibus? Rñ. aut sunt expulsi ob tale ma-
leficium per quod de iure amiserunt ciuita
tem & oīa bona sua, & tunc tales deporta-
tis comparanẗ, & pro mortuis hñr, ff. de bo.
dam. l. j. ff. de cap. di. l. 4. & l. tutelas, §. liber-
tatem, & §. fi. C. de fide. l 1. ff. ad l. Iul. de ui
publi l. tuto. cum si. & isti non possunt cita
ri in suis ciuitatibus, sed alibi vbi degunt,
arg. C. vbi de cri. agi opor. l. j Si vero retinēt
sua bona, & sunt relegati, uel confinati, &
tunc possunt etiam in suis ciuitatibus vel
locis citari, arg. ff. de mino. l. minor, & l. Pa-
pin. exuli. ff. si quis cau. l. sed & si quis, §. rei
capitalis. Insti. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. re-
legati, vbi de hoc. Possunt etiam citari in lo
co vbi degunt tꝑe delicti vel citationis, C.
ubi de cri. agi opor. l. 1. & 2. & Inst. de iniu.
§. domū, vel sicut vagabundus citabitur vo
ce præconis in loco delicti commissi, vt in
d. auth. qua in prouincia, vel ibi, vbi reperi
16 tur. † Sed nunquid poterit quis probare cō
tra citationem de se factā? Rñ. aut negat se
simpl̄r citatum, & tunc probari non potest,
cum sit pura & simplex negatiua. Sed si di-
ceret vel negaret se fuisse citatum die tali
vel loco tali, tunc pōt probare contra, pro-
bando ꝙ die tali fuit alibi, ita ꝙ non potuit
citari in loco illo contento in relatione, C.
de contrah. & comm. stip. l. optimam, in fi.
17 & de hoc ext. de elec. c. bonæ. † Sed quid si
aliquis accusatur de homicidio perpetrato
Placētię, accusatus vel inquisitus dicit illud
homicidiū cōmisū fuisse Cremonæ, & ne-
gat se illud cōmisisse, nunquid debet prius
cognosci de ista incidēti vel emergēti, vtrū
male-

maleficiũ ſit cõmiſſum Placẽtię vel Cremo
nę? Rñ. ſic vr̃ cũ de emergenti ſit prius ꝓnũ
ciandum, C. de or. cog. l. j. ext. de or. cogni. c.
1. vbi de hoc, & C. de dila. l. à procedente, cũ
ſi. Alij dñt contrar. cum accuſatus dicat qđ
nullum maleficium fuit cõmiſſum Placen
tiæ, ipſe accuſator debet probare, & ſi non
ꝓbauerit, abſoluitur accuſatus, C. de eden.
l. qui accuſare. vel ſi accuſatus ꝓbauerit, ꝙ
dictum maleficium fuerit ꝑpetratũ alibi, q̃
in accuſatione cõtineatur, nõ ualebit ꝓceſ-
ſus tanq̃ à iudice nõ cõpetente factus, C. ſi
18 à non cõp. iu. l. 1. cum ſi. † Sed quid ſi accu-
ſatus petat locum ſibi deſignari vbi malefi-
cium dr̃ fuiſſe cõmiſſum, nunq̇d debeat aſ-
ſignari? Rñ. ſic, vt C. de acc. l. libellorum, de
act. emp. l Titius, & dẽt locus oſtẽdi ad ocu
lum de iure, ut Inſt. de grad. §. fi. ff. fi. reg. l.
19 ſi ruptione, §. fi. † Sed q̇d, quis citatur, ut cõ
pareat, nec dr̃ in citatione intra ꝙ tp̃s, nun-
quid tenetur cõparere q̃ citius cõmode po-
terit, ar. ff. de ver. ſig. l. nepos proculo. Rñ. ꝙ
20 ſic. † Sed quid ſi citatur vt cõpareat incon-
tinenti. Rñ. ꝙ dẽt venire q̃ cuius commode
poterit, & debet expectari per tm̃ tp̃s, ꝙ cõ-
mode venire poſſit, ar. Inſt. de inutil. ſtip. §.
fi. ff. de ſol. l. quo. n. Nam illud dr̃ fieri poſſe
ꝙ commode fieri põt, ut ff. de ver ſig. l. ne-
pos Proculo. Alij dñt ꝙ põt vſq; ad triduũ
comparere, cum verbum incontinenti, in-
telligatur intra tres dies, C. de err. ad l. fi. &
21 ff. de iu. l. fi. † Sed quid ſi citatur ut compa-
reat ex̃ iuriſdictionem ſuam? Rñ. non tenet̃
obedire, ff. de iur. om. iudi. l. fi. ff. de iud. l. fi.
22 † Item no. ꝙ in citatione debet inſeri no-
men citati, & nomen illius ex cuius parte
citatur ſiue cã ꝑꝑ q̃ citatur, & ad quem lo-
cum citatur, & ad quem diem, ut ext. de re-
ſcri. c. olim, & c. fi. Ad cuius inſtantiam cita
tur, ext. de do. & cont. c. fi. & c. cum cãm, de
in inte. reſt. c. ex literis, in fi. facit C. qui ac-
cu. non poſ. l. qui crimen, ff. de ope. no. nun.
l. de pupillo, §. qui poſt opus, ꝙ vi aut clã, l.
23 aut facta, ex. de dila. c. dudum. † Sed quid ſi
citatur, & nõ dr̃ ad quẽ locum debeat cõpa
rere? Rñ. debet ire ad locum ſolitum, vbi iu
dex, q̇ citari fecit ſolitus eſt reddere ius, ff.
24 de iud. l. ſi locus, & ſi hoc facit excuſat̃. † Itẽ
no. ꝙ ſi citatio cadit in diem feriatã, ꝙ die
a ſequenti nõ feriata dẽt cõparere. a Nã tũc
valet citatio, & tenetur citatus die ſequenti
nõ feriata cõparere, & debet iudex cũ expe-
ctare in diem ſequentem, ut ext. de offi. de-
25 le. c. conſuluit. † Item citatio debet fieri ad
inſtantiã accuſatoris vel actoris, ext. de dol.
& contu. c. cum cãm, & c. fi. cum ſi. Et eſt ra-
tio, quia iſti habent probare, C. de eden. l.
qui accuſare, de prob. l. actor. & l. ſciãt, aliàs
non tenet citatio, niſi iudex per inquiſitio-
26 nem procederet &c. † Item no. ꝙ ſi ad inſtã
tiam alicuius aliquis citatur, & citatus cõ-
pareat, & aliu qui fecit citari non compa-
reat, ꝙ debet in expenſis comparentis com
demnari, ff. de iud. l. eum quẽ temere, & C.
qui acc. non poſ. l. 2. de do. & cõtu. c. actor.
li. 6. & qđ prius debet ſatiſdare de cõparen-
do ad dictũ terminum, aliàs nõ auditur, ut
27 d. c. actor. §. j. † Itẽ no. ꝙ dies citationis ñ cõ
putatur in termino, ext. de ap. c. ſuper eo. l.
2. in fi. ff. ſi quis cau. l. 1. de requir. re. niſi cõ
ſtet de hora aſſignationis termini. Nã tunc
fit cõputatio de momento ad momentum,
vt ff. ad munici. l. minorem, ff. de diuer. &
temp. p̃ſcri. l. 2. in prin. arg. ext. de re iu. c. ad
conſultatio. ext. de exce. ca. Pia. li. 6. de reſt.
ſpo. c. frequens, li. 6. de ſen. exc. cum medici
28 nalis, & 2. q. 6. biduũ, cum ſi. † Item no. ꝙ
citatus multis de cauſis excuſatur, ſi non cõ
29 paret. † Primo rõne inimicitię, q̃ habet in
30 loco ad quem citatur, vt ſ. dictum eſt. † Itẽ
qñ citatio fit extra iuriſdictionẽ citãtis, ff.
31 de iu. om. iu. l. fi. † Itẽ qñ citatus impeditur
per accuſatorem vel actorẽ ne citatio poſſit
ad ipſum peruenire, vel impedit in itinere,
ff. de eo per quem fa. erit. l. j. §. ſi reus, & l. fi.
32 ext. de offi. del. c. paſto. §. fi. † Item qñ citat̃
corã iudice, vt cõpareat in palatio cõis, & il
lic sũt plures iudices eiuſdẽ nominis, & dũ
dẽret cõparere corã uno, errore ductus com
paret corã alio, ſatis habet iuſtã excuſatio-
nẽ, & ita de facto cõtingit ſæpe, & facit ad
33 hoc, ff. de iud. l. antep. † Item ſi duo iudices
ſunt delegati ad aliq̃ cauſam, & unus ſolus
citet cũ cõſenſu alterius, vt C. qñ prouo. nõ
eſt neceſſe, l. cum magiſtratus, ff. de re iu. l.
Pomponius

ADDITIO.

a ¶Comparere. *Adde tu & intellige hoc uerum, niſi in citatione eſſet inſerta cã, propter quã deberet cõparere, ut eſſet ex illis, q̃ poſſent tractari die feriata, quia tunc ſi non comparet die feriata eſt cõtumax. ita gl. & ibi Doct. in l. 2. ff. ſi qs in ius uoc. & dicit Al. in con. 101. col. 2, in 5. uo*

34 Põponius, ext. de of. del. c. pasto.† Itẽ qñ ci-
tatur ad locũ nõ honestũ, ff. de arb. l. si cum a
35 dies, §. arbitr.† Item qñ citatur ad locũ nõ
tutũ, ẽt si habeat literas de saluo conductu.
ext. vt lit. non conte. c. accedens, de app. c. ex
36 parte.† Item qñ citatus est occupatus circa
rẽ rusticã, & res erat in periculo, ff. de fer. l.
37 ne quis, ext. de iu. c. fi.† Item qñ aliqs impe
ditur valetudine magna, imo ꝙ fit contra
eum, nõ valet, & reuocari debet, ff. de re iu.
38 l. cõtuma. & l. q̄situm.† Itẽ si impeditur ꝑꝑ
vim fluminis vel tẽpestatis, vel viarum di-
scrimina, quia guerra est in loco, vel qa ab-
sens est cã testimonij ferẽdi alibi, vel cã rei
publicæ, vel quia vocatus est ad officiũ, vel
39 quia impeditus ꝑꝑ funera familiaria, †vel a
quia mulier, q̄ citatur, est p̄gnans & prope
partũ, vel peperit & iacet in partu, & in his
similibus pōt dici, vt ff. si quis cau. l. 2. §. j. &
§. si q dẽ, & l. si is qui. & l. seq. ff. ex qui. cau.
40 ma. l. itẽ is, cũ si.† Itẽ qñ vocatus est à ma-
iori iudice prius, vt ff. de re iu. l. cõtra pupil
41 lum, §. is q. †Sed nunq d rõne caloris extre
mi excusatur? Rñ. nõ, ext. de do. & contu. c.
42 cum dilecti.† Itẽ excusat̃ cum expoliatus est
nisi prius restituatur, ext. de re. sp. c. frequẽs.
43 & c. fi. li. 6.† Itẽ qñ citatur hora nõ cõgrua,
vt de sero, vel de nocte, ext. de of. dele. c. con
44 suluit, in Auth. de iu. §. sedebũt.† Itẽ qñ ci-
tatio ẽ nimis angusta & nimis breuis, vt 6.
45 q. 2. si priuatis, & c. j. & ff. de fer. l. j.† Itẽ qñ
citatur vt cõpareat corã iudice, qui est suus
inimicus, ext. de lit. cont. c. accedens, ff. de li-
46 be. le. l. si pr̃, C. de iud. l. apertissimi.† Itẽ si ci
tatus est in carcere vel vinculis, ita ꝙ non
p̄t venire, vt ff. ex qui. ca. mai. l. succurritur.
47 & l. seq.† Itẽ gñaliter vbicunq; quis habet
iustã cãm excusationis cõparẽdi & iustum
impedimentum, satis excusatur, ff. ex q. ca.
mai. l. 1. & l. si cõuenerit, & l. seq. & l. itẽ ei.
& l. si ab hostib. & l. sed si ꝑ p̄torem, & ff. de
admi. tu. l. scire, §. sufficit, cũ si. dẽt tñ mitte-
re excusatorẽ si nõ pōt ire ad se excusandũ,
aliàs non est excusatus, ut ext. de re iu. c. cũ
Bertoldus, vbi de hoc, & facere fidẽ de impe
dimento iudici. Nã ei facienda est fides &c.
48 †Et no. ꝙ febricula non excusat, ff. de ædil.
49 edi. l. j. §. ꝓinde, & l. ob q̄ vitia.† Itẽ leue im
pedimẽtũ nõ excusat & modicũ, qa de mi-
nimis nõ est curãdũ, ff. de vẽ. inspi. l. 1. & ff.
de re iu. l. q̄ sitũ, §. p̄t, ff. si quis cau. l. 2. §. t ꝑe,
50 †Itẽ no. ꝙ iudex debet cõmittere nũcio, ut
citet accusatũ uel inq sitũ, ut dictũ est, C. de
exhi. re. l. neminẽ, & ista talis cõmissio, a uel
citatio nuncij dẽt scribi in actis, aliàs nõ va
leret, ut d. l. neminẽ, & ext. de prob. c. qm̃ cõ
tra falsam, nec posset de iure procedi cõtra
accu satũ, nisi cõstaret de cõmissione & rela
tione in actis, ut d. c. qm̃ cõtra falsã, qa nõ
vr̃ cõtumax, si nõ est ltĩme citatus, qa nõ re
fert vtrum quid nõ fiat, an minus legitime
51 fiat, ff. de aut. p̄stã. l. nulla.† Itẽ citatio ẽ de
substãtialib. iudicij, vt ꝓbat̃ d̃ acc. l. j. & oĩa
substãtialia sunt ltĩme seruanda & fienda,
aliter nõ valẽt, vt d. c. qm̃ cõtra fals. ar. C. in
q. cau. in inte. res. ñ est nece. l. si tutor, cũ si.

A D D I T I O.

a ¶Commissio. *Adde ꝙ licet appareat de citatione & nuncij relatione, tamen non præsumitur facta commissio, si de ea non apparet. Ita dicit Anto. de Bu in c. 1. de iud. & videtur sentire Bar. in l. 1. § qui as, ff. de offi. præfe. vrb. & dicit cõiter hoc teneri do. Fran. Are. in cons. 33. in 3 vol. versi. 4. præmitto, & an talis commissio præsumatur, uide plene in addi. Ang. in trac. malefic. in ver. qui iudex commis. C aio. col. 3.*

De comparitione accusati cum forma confessionis, promissionis, satisfac. & termini. Rub.

52 Citatus comparens quid facere debeat.
53 Citatus comparens ad iuris banchum si iudex abest, quid faciat.
54 Iudex si assignauit dila. ad cõparendum, & hoc ad instantiã accusantis, an ea elapsa audietur.
55 Iudex si ex causa dilationem nouam concedere possit, ea finita quando prorogabit.
56 Iudex si assignauit terminũ accusatori ad probandum, & reo ad se defendendum, illis elapsis an positiones poterunt fieri in causa per accusatorem vel accusatum.
57 Accusatori a reo quot dilationes dantur et qñ.
58 Reus vel accusatus siue inquisitus quando sit detinendus in carcere, & non relaxandus fideiussoribus, & quid faciet iudex.
59 Constituti rei forma siue confiteatur, siue negat, & quid post constitutum faciet iudex.
60 Satisdationis forma quæ sit pro reo.
61 Stipulatione magistratus in officio præsidentis & notarij, an requiratur communis actio, cuius nomine stipulati sunt.
62 Reus qui promisit se præsentare corã iudice sub pœna & c. si se nõ p̃sentauerit quid faciet iudex.

Reus

63 *Reus an cogi poſſit cauere de parendo iudici & ſoluendo condemnationem.*

64 *Fideiubente aliquo pro reo de ſoluendo condemnationem, ſi reum ducat in fortiam communis, an poterit cogi ſoluere ille fideiuſſ.*

65 *Fideiuſſoribus pro aliquo promittentibus de præſentando eum toties quoties fuerit requiſitus, quomodo contra eos proceditur.*

66 *Præſentare ſe aliquis promiſit, & fideiuſſorem dedit, poſtea in banno pro alio maleficio eſt poſitus, ſi exigatur a fideiuſſore quod præſentet reum, quid fiet.*

67 *Fideiuſſor ut ſupra, ſi uult defendere reum pro quo fid iuſſit, an audietur.*

68 *Fideiuſſor ut ſupra, uſque ad quod tempus tenetur extrahere reum, & an pœna poſſit pluries committi.*

69 *Satiſdationis forma quæ ſit pro reo.*

70 *Fdeiuſſit quidam pro delinquente, de ſoluendo omnē cōdemnationem & c cōmiſit aliud delictū propter quod ſunt confiſcata omnia illius bona & in c. libris eſt condemnatus, an fideiuſſor ad iſta c. tenetur.*

71 *Fiſcus ſiue commune an habeat omnia bona delinquentis obligata ſaluo iure creditorum.*

72 *Delinquens ſi ſit in caſu in quo poſſet torqueri, & cum confiteatur ſponte, an poſſit incarcerari ſiue dederit fideiuſſores ſoluendi condemnatio nem, ſiue non.*

73 *Citato non veniente an deſcribantur bona, & quid fiat.*

74 *Citatus non cōparens, an de conſuetudine Italię ponatur in banno ēt ad mortem & an valeat de iure talis ſnīa, & quid in delictis leuioribus.*

75 *Accuſato contumace exiſtente quid ſit faciendum, late dicitur hic.*

76 *Teſtes in omni caſu, ſi reus non comparet, an ſint examinandi.*

77 *Accuſatus non valens comparere, an debeat mittere excuſatorem.*

78 *Citatus eſt quis diuerſimode, & pluribus ex diuerſis delictis, et non apparet, an pluries poſſit exbanniri.*

79 *Citatur quis rōne maleficij vult ſe defendere p ſuos familiares, an poſſit. & iudex habet ueritatem inquirere omnibus modis quibus poteſt.*

52 VIDIMVS ſ. prox. de citatione. Mo-
do ſequitur videre de comparitione.†
Sciendum eſt ꝙ citatus non dēt iudicē cō-
tēnere, ꝙ ſi fecerit, pōt puniri, ff. ſi quis ius
di. nō obtem. l. j. niſi eſſet certus iudicē nō
eſſe ſuum: nam tūc venire nō tenetur, vt ff.
de iuriſ. om. iu. l. fi. ſi quis in ius vo. nō ie.
l. j. & ibi no. Sed dēt corā iudice ad termi-
nū aſſignatū cōparere, & ſe repſētare hora
cōgrua, in loco cōgruo, vbi ius reddit, ff. de
iuſt. & iu. l. pe. de iu. l. ſi locū. & faciat ſcribi
in actis ſicut ſe pſentauit die tali corā iudi-
ce ꝓ tribunali ſedente ſuꝑ palatio coīs ad
ius reddendū pro ſe defendendo a tali accu
ſa. vel inquiſitione &c. & nō dēt poſt præ-
ſentationem diſcedere ſine licentia, vt C. de
decu. l. decurio. de qua licētia r cedendi dēt
apparere ꝑ ſcripturā in actis, alioqn vr cō
tumax, & poſſet cōtra eū ꝓcedi ſicut cōtra
cōtumacē, quia nō vr veniſſe, ꝗ non ſtetit.
ff. de rei ven. l. ſi. is qui ſe liti. in fi. ff. ex qui.
ca. in poſſ. ea l. 2. cum ſi. & ar. ext. de iud. c. j.
Itē quia non creditur iudici, niſi quatenus
cōſtat ex actis, vt ext. de prob. c. qm̄ contra
falsā. Itē vtile eſſet, ꝙ hora pręſentationis
ſcriberetur, vt appareat, ſi compareat, licet
dies tota cedat citato, niſi de hora exprima
tur. ꝗa debeat comparere, arg. ext. de do. &
cont. c. cū dilect. in fi. de procu c. auditis. itē
cōtra nō veniētes ius male pſumit, & cōtra
ipſos male pſumit. ext. de pſum. c. nullus.
de reſcri. c. ex tenore. de teſt. cōſti. Ipſe aūt
reus qn̄ cōparet, cōſideret ſi pōt iudicis iu
riſdictionē declinare, & declinatorias exce-
ptiones fori ſi pōt, primo ꝓponat & ante li
tē conteſt. vt C. de exc. l. j. Nam illæ debent
ab initio ꝓponi. Pōt ēt opponere cōtra ꝑ
ſonā accuſantis, ſi nō eſt cōpetēs, & ante, &
& poſt lit. cōte. C. de ꝓcu. l. licet. ext. de acc.
c. j. Nā multa contra ꝑſonā accuſantis poſ-
ſunt opponi, vt no. ſ. de perſo. quæ accu. nō
poſſ. per tot. Et vr ꝙ iſtæ exceptiones de-
beant probari intra octo dies computādos
a die quo opponuntur. ext. de exce. c. Pia. li.
6. vel intra tempus aſſignatum ꝑ iudicem,
ſm l. excep. C. de prob. nam ſicut in ciuilib.
opponuntur except. ita in criminalib. vt ff.
53 de adul. l. ſi maritus, § præſcri † Sed ꝗd ſi
citatus comparuit ad banchū iuris pro ſe-
defendendo, & iudex abeſt. Rn̄. faciat ſcri-
bi ꝑ notarium qualiter comparet paratꝰ ſe
pſentare coram iudice, & ſtet ibi, ſi fuerit
de mane vſque ad horam tertiarum, ſi poſt
nonas, vſque ad veſperas, nam tunc excuſa
tus eſt, quia per eum non ſtat, vt ff. de cōd.
& de. l. iure ciui. ſed ſtat ꝑ prætorem, vt ff.
54 de diuer. & tem. præſc. l. j. cum ſi. † Sed ꝗd
ſi iudex aſſignauit dilationem ad comparē

Ec 2 dum

dum,ad instātiam accu.an ea elapsa audie
tur? Respon.nō,vt C.qui acc.nō pos.l.si ea
55 q̄. † Sed de nouo pōt iudex ex cā aliā dila-
tionē dare seu cōcedere,ff.de re iudi.l.4.in
prin.sed si elapsa est,nō poterit iudex ꝓro-
gare,qa ꝙ nō est,prorogari nō pōt.ar.ext.
de desepon.īpu.c.ad dissolutionē,sed de no
uo pōt cōcedere vt dictū est. Si aūt non est
elapsum tp̄s tūc bn̄ pōt iudex prorogare,
ff.de iud.l.2.§.si iudex. ext. de off.dele.c.de
causis.quia iudex qn̄q; prorogat, qn̄q; ar-
ctat pro suo arbitrio, cā tn̄ legitima īteru e
niente,ff.de iud.l. nōnūq̄,de re iu.l.q pro
56 tribunali.ext.de app.cū sit.†Sed pone ꝙ iu
dex assignauit terminū prīo accusatori ad
probandū suā accusam intra octos dies vel
quinq;,prout ei uidebitur ꝙ facere debet,
& postea eo elapso assignat reo ad suam de
fensionē faciendā,vt C.de prob.l.exceptio.
ext.de prob.c.licet.& in Auth.de fid.instr.
§.oportet. nunquid elapso termino potue
a runt fieri positiones a in cā ꝑ accusatorem
vel accusatum? Rn̄.si assignatus fuerit ter-
minus ad omnē probationem faciendam;
& omnem defensionem faciendam, tunc
nō possit ꝑꝑ verbum ad omnem, ꝙ quidē
est vniuersale &c.comprehendit. n. oē ge-
nus probationis.ar.optimum ad hoc C. de
non nu.pec.l.in contractib.C.qui acc. non
pos.l.si ea.extr.qui fil.sint le.c.lator.& C.de
ing.& ma.l.diffamari. Et positiones sunt d̄
genere probationum,vt j̄.de prob.dicet.Si
aūt non dicatur ad oēm suā probationem
uel defensionem sed solum ad suā defensio
nē,vel ad suā probationē,tūc bn̄ possit vsq;
ad conclusionē iudicij.ar.ext.de fi.īstr.c.cū
57 Io.in fi.†Itē no.ꝙ accusatori dant̄ duæ di
lationes,reo aūt tres,& si habent iustū im-
pedimētū dabit̄ alia dilatio. Nam pro sin-
gulis causis & impedimentis dāda est dila
58 tio,vt ff.de fer.l.fi.†Item no.ꝙ qn̄ reus vel
accusatus vel inquisitus,si quid ex tali deli
cto proceditur cōtra eum,ex quo subsequē-
da est pęna corporalis, & tunc dēt poni in
carcere custodiendus, & nō dēt relaxari ēt
b si idone os vellet dare fideiussores, b alias
dēt relaxari. i. datis fideiussoribus idoneis
de p̄sentādo eum de soluēdo oēm cōdem-
nationē,q̄ de ipso fieret occasione dicti ma
leficij, de quo est accusatus vel inquisitus,
vt ff.de cust.reo.l.j.vbi de hoc no. & l. Di-
uus.& l.si cōfessus. Item debet iudex face-
re cū corporaliter iurare dicere ueritatē de
oībus de quib.fuerit interrogatus, & face
re ꝙ notarius ad hoc deputatus legat vul-
gariter,si sit ꝑsona illiterata totā accusā,vl
inquisitionē,& dēt ipsū examinare diligen
ter,si cōmisit delictū in accusatione vel in-
quisitione cōtētū,& si dixerit sic, dēt nota
rius scribere id ꝙ dixit,prout j̄. uidelicet.
59 CONSTITVTVS † coram dn̄o B. indi-
dice maleficiorū cōis Mātuæ sedēte pro tri
bunali in palatio dicti cōis ad bāchū male
ficiorū pro iure reddēdo, Mar.iuratus dice
re veritatē de oīb.quib.interrogabitur vel
interrogat̄, & examinatus ꝑ dictū dn̄m iu-
dicē suꝑ cōtētis in dicta accusatione vel in
qsitione eidem lecta & vulgarizata ꝑ me
notariū &c.diligēter rn̄dēdo dixit, & cōfes
sus fuit oīa & singula vera esse & fuisse, q̄
ī dicta accusatione vel inquisitione ꝑ ordi
nē continentur, & se cōmisisse, & ꝑpetrasse
maleficiū ī dicta accusatione cōtētū. Si aūt
negauerit,dico sic, uidelicet. Cōstitut⁹ &c.
rn̄dendo dictę accusationi uel inquisitioni
negauit,& negat se eē culpabilē de p̄dictis,
de q b.accusatus fuit vel inquisitus. Sed q-
dā simplices notarij scribunt sic. uidelicet,
quia negat oīa & singula uera esse & fuis-
se; quę in dicta accusatione uel īquisitione
continentur, male faciunt plurib.rōnib. ꝙ
dic ut no. j̄.de accu.§.itē no.ꝙ notarius nō
debet scribere &c. Et his peractis debet iu-
dex,si est tale crimen,ex quo imponēda sit
poena

ADDITIONES.

a ¶ Positiones. *Quādo possint fieri ꝓbationes post terminū, uide tu plene per Sal in c.licet de ꝓba.*
b ¶ Fideiussores. *Adde tu & intellige hoc non solum procedere qn̄ pęna principaliter esset corporalis sed ēt secundario in defectum pecuniariæ, ut per Bar.in d.l.j.de cust.reo.& intellige hoc nō ꝓcedere,qn̄ in loco esset consuetudo,ꝙ quis re laxaretur,ēt ubi īponeretur pœna corporalis,ut per Ro.sing.suo 110.inci.tu scis.& adde ꝙ etiā ubi uenit imponenda pœna pecuniaria, quis nō est fideiussoribus relaxandus,quādo talis aufugit alias de carcere.ita Ro.in l.lege Cor.ff.ad Sil. Hic etiā relaxatur,qn̄ cōfitetur crimē. ita Bal. in l.nullus,C.de exhi.reis. Hic relaxatur,quando uoluit a principe carcerari,& quando fertur sententia contra eum, uellet dare fideiussores, ita Ang.in d.l.nullus.& ibi eum omnino uide*

pena corporalis, facere poni in carcerē cu-
stodiēdū, vt ff.de pę.l.aut dāna, §.solēt, alias
dēt eū relaxare datis fideiussorib. idoneis,
vt dictū est s. Quæ satisdatio dēt sic scribi.
60 CONSTITVTVS † talis coram tali iu-
dice malefi. ꝓ tribunali sedente ad banchū
iuris in palatio cōis ad ius reddēdū, & corā
me notario ꝓmisit dicto dño iudici, & mi-
hi notario stipulanti & recipiēti pro dicto
cōi Mātuæ, & pro dicto dño potestate sub
tali pęna parere & obedire mādatis eius, &
se p̄sentare ad dictū banchum coram dicto
dño iudice ꝑsonaliter, & toties quoties fue
rit reqsitus ꝑsonaliter, vel ad domum suę
solitæ habitationis, & si non venerit toties
in dictā pęnam incidat, ꝓmittens mihi no
tario antedicto ēt soluere oēm condemna
tionem, q̄ de ipso fieret occasione dicti ma
leficij perpetrari in ꝑsonā talis, vel malefi
cij indicta cā vel inquisitione contenti obli
gādo se & oīa bona sua p̄sentia & futura,
pro dictis oībus & singulis attendendis &
obseruandis, & renuncians oī iuri sibi com
petenti & exceptioni non factæ promissio-
nis, & oī legū & statutorū auxilio &c. Pro
quo tali accusato vel inquisito Io. & Andr.
& quilibet ipsorum insolidū fideiussores
in oēm casū & euētū ꝓmiserunt mihi no-
tario infrascripto stipulanti & recipiēti ꝓ
dicto cōi sub tali pœna se facturos & cura
turos, ꝙ dictus talis accusatus vel inquisit⁹
attendet & obseruabit cū effectu oīa & sin
gula suprascripta, & ꝙ soluent oēm cōdē-
nationem, q̄ de dicto tali fieret occasione
dicti maleficij. Alioquin ipsi & ipsorū vter
que attendent & obseruabunt pro se & de
suo, se & oīa sua bona pro p̄dictis oībus &
singulis attendēdis & obseruandis, obligā
tes & renūciātes epistolę diui Adriani. & ď
fideiu. & de duob. reis, & oī alij legū statu-
torūq; auxilio &c. Cui accusato vel inquisi
to ibi præsenti, dictus dñs iudex sedens pro
tribunali ad dictum banchum statuit, & as
signauit terminū quinq; dierum ad oēm ꝓ
bationem seu defensionem fiendam sup p
61 dictis, † Et not. ꝙ ex stipulatione iudicis, i.
magistratus in officio p̄sidētis acqrit actio
& ius cōe, pro quo & cuius noīe stipulatur.
Et idem in notarijs, vt ff.de magi.conue.l.
j.ff.rem pup.sal.fore, l.2.§.j.de ado.l.nam a
62 & ita, cum si. † Sed quid si reus ꝓmisit de se
p̄sentando corā iudice, vt s. dictū est, & se
nō p̄sentat, sed est cōtumax. Rn̄. dēt condē
nari ad penam promissam, & si pena non
est ꝓmissa, citabitur vt cōpareat corā dicto
dño iudice sub certa pęna intra talē termi
nū, & si nō cōparuerit, eū condemnabit, vt
ff. si quis ius dic. non obtem.l.j. & si sæpius
fuerit requisitus, & non cōparuerit, poterit
exbāniri & relegari de iure, ff de pę.l.absē
tem, §. aduersus, l. capitaliū, §.j.ff.an ꝑ ali.
63 cā app.l.j. † Sed nunqd pōt reus cōpelli in
uitus de parendo iudici, & de soluendo con
demnationē. Rn̄. nō, vt ff.de pœ.l.fi. vn̄ car-
cerabitur quosq; fuerit absolutus, & si fue
rit condēnatus detinebitur carceratus, &
custodietur quosq; condēnatus, soluerit, cū
sit debitor fisci, C.de cust.re.l.si cōsensus. &
l.Diuus, & C.eod.l.fi.ff.de pę.l.aut dāna.§.
64 solent. † Sed qd si aliquis fideiussit pro ali
quo q cōmisit delictū aliquo de soluendo
ipsam condemnationem, duxit malefacto
rē in fortiā cōis. An ille fideiussor possit de
tineri & cōpelli soluere condēnationē. Rn̄.
dicūt qdā Doc. ꝙ nō. ar. ff.ď trās.l.fi.C.lo.
l.si cū Hermes. cū & poterit ꝑ modū exci-
pere, ꝙ non tenetur ad solutionem, postq̄
principalis est in fortiā cōis ꝑ iura p̄dicta.
65 † Sed q̄ro qualiter procedetur cōtra fideius
sores, q fideiusserunt ꝓ accusato vel inqsi
to, & q promiserunt eum rep̄sentare toties
quoties. *a* fuerit reqsitus. Rn̄ aut promise-
runt sub certa pęna, & tunc ad illā pęnā te
nebunt, vt ff.si qs cau.l.2.de extraord.cri.l.
si qs reum. Si aūt promiserunt simplr̄ non
adiecta certa pęna, tūc tenentur ad interes
se cōis, vel iudex p̄cipiet sub certa pęna, vt
illū exhibeāt & rep̄sentent, ꝙ si nō fecerint,
mulctabūtur, ff.si qs ius di.nō obtem.l.j. &
d.l.si quis reū. & ista talis pęna pecuniaria
fisco seu cōi applicabitur, vt C.de mo.mul.
l.fi. Sed si dolose fecerit accusans, ꝙ exhibe
ri nō poterat, punitur accusans, ff.de extra
66 or.cri.l.si qs reū, cu si. † Sed pone ꝙ aliquis
promisit se p̄sentare, & dedit fideiussorem,
post hæc posit⁹ in bāno ꝓ alio nouo male
ficio, p̄cipit ei iudex quo ad certū terminū
ꝙ istum talē ꝓ quo fideiusserat, & ꝓmise
rat

ADDITIO.

a ¶ Toties quoties. *De hoc quomodo intelligatur ista cautio, vide per Doct. in l. si finita, ff. de da. inf. & per Ro. in consi. suo 14.*

rat exhibere exhibeat, iſte dicit & allegat,
ꝙ non põt,q̃a eſt bannitus.q̃rit̃ quid iuris.
R̃n.aut fuit pceptũ anteq̃ fuerit bãnitus,đ
nouo, vt illũ repſentaret, & tũc ſi nõ facit,
punitur,vt ff.q̃ ſatiſ.co.l.ſi deceſſerit.ſecus
ſi poſt bãnũ,vt ff.ſi quis cau.l. ſed & ſi q̃s,
67 §.rei capitalis.cũ ſi.†Sed q̃d ſi iſte fideiuſ-
a ſor vult defendere reũ *a* ꝓ quo fideiuſſit,
nunquid audiet. R̃n.ſi eſt tale delictum, ꝙ
exinde poſſit,& debeat ſeq̃ pẹna corporalis
vel vltra relegationem,& tũc nõ poſſit, ẽt
ſi velit ſatiſdare,de ſoluẽdo oẽm cõdẽnatio
nẽ &c.vt ff.de pu.iud.l.pe.§.ad crimẽ.alias
ſic,vt ff.de procu.l.ſeruum quoq;,§.publi.
68 †Sed quæro vſq; ad ꝙ tp̃s tenetur fideiuſ-
ſor exhibere. R̃n.aut promiſit exhibere ad
certũ terminũ,& tũc ad terminũ ꝓmiſſum
dẽt exhibere,aut ꝓmiſit exhibere ad termi
num quẽ iudex ordinabit,& ordinat,& aſſi
ſtit,& tunc dẽt ad illũ terminũ exhibere,vt
C.de fideiuſ.l.ſane, cũ ſi. vñ vtile eſt ꝙ no
tarius & officialis curiæ ſtipuletur fideiuſ-
ſore ꝙ exhibebit,& præſentabit reũ accuſa
tũ,vel inq̃ſitũ ſub certa pẹna ad terminũ ,
quẽ iudex ei aſſignabit,& toties quoties aſ
ſignabit,& toties incidet in pẹnam, ſi non
attenderet,ꝙ ꝓmiſit,vel non exhiberet reũ
accuſatũ,vel inq̃ſitum prædictum &c. Nã
pẹna põt ſemel & pluries cõmitti & exigi,
ſi dicatur,ff.de arb.l.ſi duo.in fi.de tranſac.
l.qui fidem,C.de pac.l. cum proponas. cũ
ſi.unde ſatiſdatio debet ſic formari.
69 CONSTITVTVS † M.accuſatus vel in
quiſitus coram tali iudice pro tribunali ſe
dente in palatio dicti cõis, ꝓmiſit dicto iu
dici & mihi notario ſtipulãti & recipienti
ꝓ dicto cõi,ſtare,parere & obedire manda
tis eius,& ſe pñtare perſonaliter corã dicto
dño iudice ad dictũ bãchcũ maleficio. ad
terminũ arb.iud.aſſignãdũ ſub pẹna c.lib.
& toties & quoties fuerit req̃ſit⁹ ex parte
dicti iudicis ꝑ aliquẽ nũciũ dicti cõis ꝑſo-
naliter,vel ad domũ ſuæ habitationis , &
ſoluere oẽm cõdẽnationẽ,q̃ de ipſo fieret oc
caſione dicti maleficij,& toties incidat ĩ pẹ
nã,quoties nõ cõpareat,vel nõ obſeruaret
oĩa ſingula ſupraſcripta,& toties exigi poſ
ſit pẹna cũ effectu oĩbus & ſingulis ſupra-
ſcriptis ſemꝑ durãtib.in ſui firmitate,obli
gando ꝓ p̃dictis oĩbus & ſingulis attendẽ-
dis & obſeruandis oĩa ſua bona p̃ſentia &
futura &c. ꝓ quo fideiuſſerunt &c.Et eodẽ
mõ & forma promittant fideiuſſores,& ſe
obligẽt,& oĩa ſua bona,ut s̃.dictũ ẽ.Renũ
ciãtes epiſtolæ diui Adriani, & de fideiuſ.
& de duob.re.&c.& oĩ legũ & ſtatutorũ au
70 xilio &c.†Sed q̃d q̃dã ꝓ maleficio cõmiſ-
ſo dedit fideiuſſores de ſoluẽdo oẽm cõdẽ
nationẽ,ut s̃.dictũ ẽ,cõtingit ꝙ iſte cõmi-
ſit aliud maleficiũ,ꝑ ꝙ oĩa bona iſti⁹ ſunt
publicata , & ĩſuꝑ ẽ cõdẽnat⁹ in cẽtũ libris
ꝓ alio delicto, nunquid fideiuſſores tenẽt
ad iſta cẽtũ ſoluenda. R̃n.dñt q̃dã ꝙ ſic,ut
C.de fideiuſ.l.nã aliter.ff.de iur.fiſ.l.ĩ frau-
dẽ,§.j.C.de ſen.paſ l.3.Sed alij dñt cõtra,
q̃a cõfuſa ẽ actio ꝑ publicationẽ bonorũ,
q̃a fiſc⁹ in oĩ cã ſuccedit illi cõdẽnato,ff.ꝓ
ſoc.l.act.§.publica.facit.ff.de fideiuſ.l.ſi de
bitor.& l.numerarius,§.j.cũ ſi.ꝙ uerius ur̃.
71 † Itẽ no. ꝙ fiſcus ſiue cõe habet oĩa bona
delinquentis obligata & hypotecata rõnẽ
delicti ſaluo tñ iure creditorũ. C. de priuil.
72 fiſ.l.j.cũ ſi.& ibi no.†Itẽ no.ꝙ ſi iſte accu-
ſat⁹ uel inq̃ſitus eſſet in caſu quo poſſet tor
q̃ri,& nõ ſpõte cõfitetur, ꝙ iudex põt face
re ipſum poni in carcerẽ, ut ipſum habeat
qñ uoluerit,ꝑ l.2.C.de cuſt.re. l.2. & idẽ ẽ
ſi non dat fideiuſſorẽ de ſoluẽdo condẽna-
73 tionẽ,ut d.l.3.cũ ſi.†.Itẽ no. ꝙ ſi citat⁹ nõ
cõparet,ſed cõtumax eſt,bona eius dẽt de
ſcribi,& annotari,ut ff.de pẹ.l. abſentẽ.&
expectari uſq; ad annũ,ff.de req re.l.ann⁹.
& ſi deceſſerit intra annũ, bona occupãtur
a fiſco,& dant̃ hæredib. ipſius accuſati uel
inquiſiti & citati,ut ff.de req.re.l. p̃ſides,§.
ſed Pompo.Si aũt non uenerit intra annũ,
bona occupantur à fiſco,ſiue cõi,ff.de req.
74 re.l.fi.& d.l.annus.cum ſi.† Sed de conſue
tudine Italiæ,ſi citatus non comparet, po-
nitur in banno,& condemnatur ẽt ad mor
tẽ,uel ad mẽbri abſciſſionẽ,q̃a eorũ abſen
tia haberet̃ ꝓ p̃ſentia & cõfeſ.& plena pro
batione,licet de iure nõ ualet talis ſñia, ff.
de pẹ.l.abſentẽ.Sed in alijs delictis leuiori
bus ur̃ contra contumacẽ,ꝙ bene poſſit ꝓ
cedi ad condẽnationẽ,dũmodo ſæpius re-
75 quiratur,ut d.l.abſẽtẽ,§.aduerſus.†Vñ ad
noti-

ADDITIO.

a ¶Defendere reum. *Adde tu de hac quæſtione, & in ſimilibus terminus, dic vt per Gan.in tra. de malefi.excom.quid agendum ſit reo præſente col. 3.verſ.ſed quæro pone.*

notitiā huius materiæ distingue. Aut accu
satus est cōtumax ante lit.cont.aut post. Si
quidē ante ſm leges oēs oīa eius bona an-
notātur & describuntur, C.de bo.proscri.l.
si quis, de excu.l.absentē. Et si intra annū ve
nerit. & iuri paruerit p̄stita fideiussione de
rep̄sentādo, & stādo iuri, & de se p̄sentando
& de soluendo bona recuperat, & su p crīe,
super quo accusatus est, audit̄. Si vero post
annū cōparuerit, bona confiscant̄, & si satis
det parēdo iuri, bona p hoc non recuperat,
sed auditur defensio sua su p crīe, ff.de req.
re.l.1.§.p̄sides, & §.fi.eo.l. quicunq;, & d.l.
qui de crīe, C.de accu.l.absentem, C.de pę.l.
nec diu. Si aūt est lis cont. & postea se ab-
sentet, similiter nunq̄ fertur s̄nīa in absen-
tem in maiorib.delictis, in quibus impona
tur pęna mortis, vel alia vltra relegationē,
ut ff.de pœ.l.absentē. Imo qn̄q; rediens au
ditur, ut ff.de req.l.annus, cum si. Sed in a-
liis leuioribus delictis, q̄ cōtinent pęnā rele
gationis, vel infamiæ, vel ī.relegationē, vt
in pecuniariis, tunc bene pcedit̄ contra ab-
sentem, vt ff.de pę.l.absentem, & 3 q.9.de-
cernimus, vbi de hoc. Debet tn̄ accusatus,
qn̄ contra eum procedit̄, nisi in casu, C.de
adul.l.q̄uis cōparere. Sed de consuetudine
76 cōium obseruatur, vt dictum est s̄.†Sed cō
sulo ego Bonif.de Vital.de Mantua, Iudex
compilator huius summæ, qd̄ in oī casu
iudex examinet testes, ēt si accusatus uel in
quisitus sit absens, & ueritatem inquirat, &
rectā faciat s̄nīam, & sic non peccat, facit
ext.de do.& cont.c.necessitatis, & ext.ut lit.
nō cont.c.qm̄ frequenter, §.sunt & alij, ext.
de accu.c.qualiter, §.debet, C.de eden.l.2.de
77 iud.l.2.cum si.†Item no.ꝙ si accusatus nō
potest commode comparere ob aliquam iu
stam cām, ipse debet mittere exiusatorem,
qui excuset cum coram iudice, vt s̄.no.ti.p
xi. Nam multæ sunt causæ p p quas excusa
tur, ut no.s̄.ti.proxi.per tot.& maxime in §.
item no. ꝙ citatus multis modis excusa-
78 tur &c.†Sed pone ꝙ ex diuersis delictis est
quis diuersimode citatus & pluries, ipse nō
comparet, sed est contumax, nunquid plu-
ries exbanniri pōt. Rn.vr̄ ꝙ infamatus nō
pōt amplius infamari, C.ut int.cer.tem.cri.
q.ter.l.2.ff.de infa.l.4.§.ait prętor, ff.si qs
cau.l.si actio.& l.seq. Sed dic contra. Nā ex-
a cōicatus poterit iterum excommunicari a
ext.de iudæ.c.inter quorundam, de s̄nīa ex
communicatio. cum pro causa & c.officij.
Alioquin de malefic.pœnam non reporta-
bit, quod esse non dēt, ff.de interd.& rele.l.
relegat.§.fi.de neg.ge.l.siue hæreditaria, cū
79 si.† Sed quid si quis citat̄ occasione malefi
cij, vult se defendere per suos familiares &
excusare, nunquid potest? Rn̄. aut maleficiū
dr̄ fuisse commissum in domo istius, & tūc
si non potest probari per alios defensio q̄
per familiares, ꝙ tunc audiatur, arg.C.de
repu.l.consensu, §.super plagis, C.de qō.l.
interrogati, ff.ad Sill.l.si quis in graui, §.si
pupillus, & §.seq. & arg.ext. de testib.c.ue-
niens, ubi de hoc, alias regulariter secus est,
vt C.de test l.2.ff.eo. l.pe. cum si. Nam iu-
dex ueritatem habet īquirere oībus modis,
quibus potest, ut C.de edend.l.is apud quē
de iud.l.iudi. ut rectam possint ferre sentē-
tiam, ut Insti.de act.§ curare.

ADDITIO.

a ¶Excommunicari. *Adde istam esse communē opin. ut per Doct. in locis alle. & uide de hoc per Nell. plene in tract banni. in 1. par. 1. temp q. 3.*

De probatione, & quot sunt genera probationum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quid sit, & unde dicatur.*
2 *Probationis primum genus quod sit.*
3 *Probationis secundum genus, quod sit.*
4 *Probationis tertium genus quod sit.*
5 *Probationis quartum genus quod sit.*
6 *Probationis quintum genus quod sit.*
7 *Probationis sextum genus quod sit.*
8 *Probatio etiam fit per famam & alijs indicijs.*
9 *Item per libros antiquos & scripturas antiquas etiam incisas lapidibus.*
10 *Item per librum census.*
11 *Item per literas auth. sigillatas sigillo authentico personarum hic enumeratarum, & quando credatur literis priua. & officiali in suo officio.*
12 *Probatio fit per indicia indubitata*
13 *Item per communem opi. hominum alicuius loci vel maioris partis, vel alterias cōuicinia, & qua dicatur communis opinio.*
14 *Probatio plena & semiplena, quos testes fiat.*
15 *Probatio fit per comparationem literarum.*
16 *Item per scripturam domesticam.*
17 *Item per fugam alicuius contra quem proceditur, & maxime officialis.*
18 *Semiplenam probationem per vnum testem fieri*

quomodo intelligatur, & qñ uni testi credatur.

29 Dilatio, an primo de iure debetur actori ad probandum, deinde elapsa reo ad se defendendum vel probationem faciendam, & qua faciant iudices ignari.

30 Reo in quibus casibus prius detur probatio, quam actori.

31 Maleficio probato per duos uel tres testes, licet malefactor nolit confiteri, etiam cum tormentis, an poterit puniri.

32 Maleficium, an per duos testes probetur, vel tres requirantur.

33 Maleficio probato per duos vel plures testes, an reus torqueri possit.

34 Teste dicente quod firmiter credit illud quod dicit, & inducit rationes uerisimiles & præsumptiones, an tale dictum sit sufficiens ad talem probationem.

35 Accusatio de furto continens annum, mensem, locum furti, & res furto subtractas, si etiam cõtineat quod sit homicida plagiarius, an super tali accusatione examinabuntur testes de homicidio & plagio.

36 Accusaui te de furto mihi facto tali anno, mẽse &c & processum est super ea, an si uelim probare ꝙ tu es assuetus furari, audiendus sim.

37 Accusatio an debeat fieri secũdũ formã accusa.

BONVM & vtile est vt uideamus quid
sit probatio, & quot sunt genera proba
1 tionum, siue probandi.† Et quidem proba-
tio est alicuius rei dubiæ, per testes, vel in-
strã, vel indicia, vel p̃sumptiones ostensio.
Et dr̃ probatio à probe aduerbio, nã probe
facit, qui probat ꝙ intendit, quia pœnã ca-
lumniantis euitat. Et no. ꝙ multa sunt ge-
2 nera probationum.† Primũ genus est pro-
bandi ꝑ testes fide dignos & oĩ exceptione
maiores, qui à testimonio non repellunt, vt
ext. de testi. c. j. & 2. & c. ex literis, & c. cum
clamor, ff. eo. l. scio, & l. ob carmen, & l. pe.
& multis alijs. Qui autẽ à testimonio repel
3 lãtur, no. j̃. de testi.† Secundũ est per instrã,
vt ext. de fi. instr. c. j. & 2. & c. imputari, & in
4 plurib. alijs.† Tertiũ genus probãdi, est per
cõfessionem sponte factam, vel per positio
nes si confitentur, ẽt in crĩali iudicio, ff. de
confes. l. j. & l confessos, de qõ. l. j. §. si quis
5 vltra.† Quartũ est ꝑ euidentiã facti, ext. de
accu. c. euidẽtia, sicut est in notorijs, ut no.
plene. j̃. de notori. ext. de coha. cle. & muli.
c. vestra, 2. q. j. de manifesta. vbi de hoc no.
6 † Quintum ꝑ p̃sumptionẽ violentã, ut ext.
de p̃sum. c. afferte, vt est ẽt videre in illo, ꝗ
corrupit testes aduersarij sui, vñ p̃sumitur
cõtra eum, qui iniq̃ cãm foueat, ut ext. de
testi. c. intimauit, & c. peruenit, ar. C. de po-
stu. l. prouidendum. Idẽ est in eo, qui est in
uentus in loco secreto solus cum sola, uel
in lecto nudus cũ nuda. Nã p̃sumptio est ꝗ
simul fuerint fornicati, ext. de p̃sum. c. lite-
ris, & idem in similib. est dicẽdum, facit C.
7 de adul. l. si quis.† Item sexto mõ per iurm
delatum à parte alteri parti, extra de iure-
iur. c. 1. & 2. vel à iudice, C. de iureiu. l. in bo
8 næ fidei, ext. eo. c. fi.† Item ꝑ famam *a* cum
a alijs indicijs violentis, intellige vt ext. de p̃-
sum. c. illud, & ibi no. & de adul. c. significa-
9 sti, & ff. de test. l. 3 §. eiusdem.† Item fit pro
batio per libros antiquos & scripturas an-
b tiquas etiam factas in lapidib. *b* ext. de pro
ba. c. cum causam, vbi de hoc no. ff. de alb.
10 scrib. l. j.† Item fit per librum censualẽ, in
quo requiritur scriptura solius census uel
tributi, ut ff. de prob. l. census, C. de fi. instr.
auth. ad hæc, ext. de præscri. c. ad audiẽtiã.
11 † Item fit per literas authen. quibus credi-
tur sigillatas sigillo authentico. no. in d. c.
post cessionem, vbi est casus, ꝙ creditur lite
ris ordinarij iudicis &c. vt sigillo Episcopi,
vt ext. de proba. c. 3. vel sigillo legati Eccle-
siæ Romanæ, ext. de confir. vti. uel inuti. c.
cum dilecta, vel sigillo cardinalis, extra de
fi. instr. c. super hoc, vel sigillo abbatis, ex-
tra de his quæ fiunt à præl. sine consen. ca.
c. noscitur. vel sigillo cõuẽtus alicuius mo-
nasterij

ADDITIONES.

a ¶ Per famã. *Quã probationem faciat fama, adde tu ꝙ hr̃ per Ale. in cons. 19. col. 2. ver. subsequenter, in 1. uol. & in cons. 24. col. 1. ver. 2. fortificatur, in 2. vol. & cons. 4. col. 7. in princ. & in cons. 201. in col. pe. ver. nec ẽt in eo. uol. & in cons. 66. col. ult. uers. & sic stat, in 4. uolu. consi. 19. col. pe. uer. qua singula, & in cons. 25. col. 2. per Cep. cons. 34. col. 3. per Fran. Are. in cons. 13. col. 6. & ibi, an cum uno teste coniuncta fama in criminalibus fiat plena probatio, cum cõs. 61. vbi quid in ciuilibus, per Ale. in cons. 150. colu. pe. circa med. in 5. uol. & per eundem in consi. 1. col. 13. quid plura, & in cons. 89. in prin. ver. praeterea, in eo. vol.*

b ¶ Etiã factas in lapidib. *Adde tu & vide per do. Fran. Cur. in pralud. feu. col. 4.*

nasterij vel collegij, vt ext. de prob. c. tertio
loco, de app. c. significauit, cū si. Item credit
approbatis lr̄is sigillatis sigillo principis,
vt ex̄. de fi. inst. c. cū dilectus, C. de adul. l. q̄
uis. Itē sigillatis sigillo ciuitatis, vt d. c. ter-
tio loco. & c. significauit. Et p̄dicta vera sūt
si sigilla sunt nota. Nā tunc tales lr̄æ ꝓbāt,
& eis est credēdū ꝑꝑ authoritatē sigillorū,
arg. ext. de fi. instr. c. 2. de sen. exc. c. cum me
dicinalis, cū si. Itē statur literis alterius pri
uatæ ꝑsonæ sigillatis sigillo suo contra se,
vt de reb. alie. l. 2. de ꝓb. l. instr̄a. & l. rōnes.
Itē credit literis officialis ī suo offō, vt ext.
de tēp. or. c. nec epi, C. de epi. & cle. l. si qua
ꝑ calumniā, ext. de p̄sum. c. cū in iuuentute
de dolo & cōt. c. ueritatis, sed nō facit ple
nā fidē in maleficijs, ff. de cust. re. l. Diuus,
12 cum si † Itē fit probatio ꝑ indicia indubi-
tata. ext. de hęr. c. excōicamus, C. de rei vē. l.
13 indicia. † Itē per cōem opi. hominū alicu-
ius loci vel maioris partis, vel alterius con
uiciniȩ. Et dr̄ cōis opi. cōis credulitas ꝑso-
narū, & est quasi idē ꝙ fama, & ista probat
14 per auditū. † Et no. ꝙ plena probatio fit ꝑ
duos testes fide dignos in oī casu vbi cert⁹
numerus testiū non exigit, vt ff. de test. l. v-
15 bi sed semiplena ꝑ vnum testē, vt ibi. † Itē
ꝑ cōparationem literarū, vt in Auth. de fi.
16 instr. §. si uero minor. & §. seq. col. 6. † Itē ꝑ
scripturā domesticā, C. de ꝓb. l. instr̄a. & l.
17 oēs. Itē † ꝑ fugā alicuius contra quē proce
ditur, & maxime alicuius officialis vt in
Auth. de coll. § sui hoīs. & §. si quis aūt col
18 la. 9. † Et no. ꝙ dixi, ꝑ vnum testē fieri semi
plenā probōnē, regulariter verū est in casi-
bus vbi non exigitur numer⁹ testiū, sed vbi
exigitur certus numerus, ut in testa. & simi
libus, tunc tres vel quatuor faciūt semiple-
nam ꝓbationem. Fallit tñ in casib. vbi stat
dicto vnius testis ad plenā probationē ſm
quosdā. Vnus casus est in reuocatione man
dati, ubi statur iuro, s. testis & producentis,
ext. de proc. c. ex insinuatione. Itē & in alio
quia statur dicto solius tabellionis, si du-
bitetur, an īstr̄m sit publicū uel priuatū ut
si dixerit se fecisse, C. ad l. Cor. de fal. l. si qs
decurio. in Auth. de instr. caut. & fi. §. sed &
si instr̄a. coll. 6. Itē stat iuro solius credito-
ris in superfluo p̄tij rei uenditæ ꝓ debito,
vt C. de iure dot. imp. l. fi. §. si uero. Itē stat
a dicto unius testis qñ testator p̄cepit stari, *a*
ut ff. de do. p̄leg. l. Theopōpus. Itē in alio ca
su, ex̄ de sen. exc. c. si uero. 2. q. 4. c. cū itaq;
Itē ī alio casu, C. de reb. cre. l. in bonę fidei.
b ext. de prob. c. sicut. Itē in baptismo *b* & cō-
secrat ione ecclesiæ. de cōsec di. 4. c. cū itaq;
& c. per nullos. & c. solēnitates. Itē in alio,
C. quēad. test. ape. l. j. in fi. Itē in terminorū
assignatione, ut ff. fi. reg. l. eos. ſm uerū in-
tellectū. Itē in mr̄imonio cōtrahēdo dictū
unius īpedit, ex̄. de testi. c. super eo. ext. de
spons. c. p̄terea. el 2. Itē in purgatione, ext.
de pur. can. c. dubium. Itē in casu ext. de iu-
reiu c. fi. Item credit uni sacerdoti de pœni
tentia alicuius ext. de simo. c. nemo. de pœ-
ni. & re. c. oīs. item credit uiatori. ff. de reb.
cre. l. magis illud. uer. ne tñ Itē nūcio pub.
ext. de app. c. cōparati. item credit patri di-
centi inuitū filiū monachū factū, ut x. q. 4.
c. prius. Itē credit uni reuelāti īsidias factas
principi, ut 74. di. c. si quis Papa. 6. q. j. c. q
cunq; sed cōtrariū habes 7. q. 2. c. si tm̄, & c.
seq. itē stat dicto unius, qñ conuentū est in
ter partes, ai. C. de acq. pos. l. fi. & ff. de pa. l.
l. j. & d. l. Theopōpus. itē in alio casu, ff. de
re mili. l. desertorem, §. is q apud. itē ī casu
stat dicto uni⁹ cū iuro. C. uñ ui. l. si qñ. item
in alio circa fraudē aduersarij, ex̄. de re iu.
c. cū Bertoldus. itē in casu denunciationis,
19 ut ext. de testi c. ī oī. de iud. c. nouit, cū si. †
Itē no. ꝙ de iure primo dēt dari dilatio a-
ctori uel accusatori uel denunciatori ad ꝓ
bandum de iure suo, & postea dilatione ela
ꝑsa dēt accusato uel denunciato dari ad de
fensam suam uel ꝓbationem fiendā, ut ꝓ-
bat C. e. l. excep. de excep. l. si q dem. Sed hoc
non obseruāt ignari iudices & assessores, i-
mo utriq; parti terminum assignant ad ꝓ-
bādum. Et qñq; primo reo uel accusato q̄
20 accusatori, ꝙ non est de iuris ordine. † Fal
lit tñ in p̄iudicialibus qōnibus in quibus
probat prius reus q̄ actor uel accusator. ex̄.
de ord. cog. c. j. ff. de prob. l. in excep. ext.
co. c. in

ADDITIONES.

a ¶Stati. *Adde tu & vide ad hoc plene per Alex. ī cons. 47. col. 2. ver. sed p̄missis, in j. vol. & duplicatū. in 2. vol. cons. 1 02. & adde ꝙ vni testi fide digno deponēti de actu plene credit, et gl. est in l. Titio fundus, ff. de cond, & de. per Bal. in c. cum contingat, ext. de rescr. Cep. cōs. 40. in 7. col. in fi.*

b ¶Baptisimo. *Adde Hier. Zanet. in trac. de diffe. inter ius cano. & ci. in differentia 299. H. Chu.*

eo.c.in literis, cum si.itē fallit in casibus in quib.vterq; est actor & reus, ut in fa.ercis. cōi diui.& si.nā vterq; tunc probationibus indiget,ff.de iud.l.in trib.ext.e.c.in literis, cū si. Itē fallit in exceptione,q̄ primo debet ꝓbari à reo,cū reus in hoc sit actor, ff.de ex ce.l.j.de prob.l.in exceptio.ext.eo.c.ex lite-
21 ris.Sed† quid maleficiū est probatū ꝑ duos testes , vel tres de veritate malefactor non vult cōfiteri nec tormētis,nec sine, dictum maleficium,nunqd pōt puniri? Rñ.dñt qui dā ꝙ non,nisi ore ꝓprio confiteat̄, iuxta il lud,ex ore tuo te iudico serue neq̄, ut C.de cōfes.l.j.ff.de cust.re.l.si confessus . Sed dic
a cōtra,*a* ꝙ possit puniri,vt C.de defen.ciui.l. defen.C.de rap.vir.l.j.ibi,post legitimas ꝓ bationes &c.C.vbi sen.vel clari s.l.fi.ibi, tñ &c qa in ore duorū vel triū &c.ex̄ de testa. c.cū esses,& c.relatū, & quia duo plene ꝓ bant,vt ibi, facit optimè C.de acti.& obl.l.
22 negantes,de pœ.l.qui absentiā.† Sunt tñ q dñt,ꝙ ī maleficijs sunt necessarij tres testes, ꝑ l.sciāt.C.de prob.quia ibi dicit ꝙ ꝓbatio nes debent esse plenissimę,& duo testes ple ne ꝓbāt,nō tñ plenissime,vñ vt sint plenis simæ probōnes requirunt̄ tres testes.Sed pu to duos testes sufficere,vt dictū est:dummo do sint tales, q non repellant̄ à testimonio
23 de iure.† Sed qd,ꝓbatum est maleficiū cō tra aliquē ꝑ duos testes aut plures,& sic ple na facta est ꝓbatio,vult iudex ꝙ iste cōtra quem est ꝓbatū cōfiteat̄,ipse non vult,nū- quid poterit ipsum subijcere tormētis ꝑꝑ hoc? Rñ.ꝙ quidā dñt ꝙ non, quia tormētū concedit̄ vbi semiplena ꝓbatio est facta,ut sciat̄ plene ꝑ cōfessionē,ergo vbi est plena probō,nō hēt iudex aliud facere q̄ cōdēna- re,& postea exequi,vt in d.l.defensores, C. de defen.ciui.& d.l.negātes,de act.& obl.cū si. Alij cōtra,qa si ī semiplena probōne cō- cedit̄,vt qs possit torqueri,multo magis in plena,qa si licet ꝙ magis est, ergo & ꝙ mi
24 nus est,ut ff.de reg iur.l.nō dēt.† Sed qd si testis reddit testm̄ suū, & dicit , ꝙ firmiter credit illud,ꝙ dicit,& alleg. rōnes verisimi les,& inducit p̄sumptiones,ut quia dicit,ꝙ aliàs cōmisit adulterium cū tali muliere,& hoc firmiter credit, ꝓpterea qa vidit ipsos nudos in lecto,& audiuit ipsos simul cōmi sceri,licet non viderit aliter,vel dicit Titiū vulnerasse talē pluribus vulneribus,& cre- dit firmiter,ꝙ ex dictis uulneribus sit mor- tuus ,nō tñ vidit eum mori. Nunquid talē testimonium est sufficiens ad talem ꝓba- tionem? Rñ.dñt quidam ꝙ sic,ar.ex̄,de prę sum c.literis,de purg.ca.c.de testifi.ff.de a- big.l.j.§.gñaliter,de vē.inspi.l.j.ext.de ho. c.ad audientiā , cum si.vbi de ista materia probat no.& apparet in summa de proba-
25 †Sed quid, accusaui te de furto mihi facto de anno tali,de mense tali,& in loco tali,& de talibus rebus,sed ī dicta causa postea di co & assero ꝙ tu es homicida , plagiarius, hęreticus,adulter &c. Nunquid talis accusa tio admittat̄, & suꝑ ipsa possit cōtra te ꝓ- bari? Rñ.non,sed solum pro furto debeo ad mitti,& meæ ꝓbationes recipi.Rō est,qa tu es homicida plagiarius &c.nō cōtinent̄, nec annus,nec mensis &c.ꝙ esse non dēt,vt ff.de acc.l.libellorum, & ext.de prob.c.qm̄ contra falsam,vñ non ualet talis accusatio in ipsa parte,& sic probōnes non sunt in il la parte admittendæ , d.l.libellorum,ar.C. qui legi.ꝑs.standi in iu.non hñt.l. momen
26 taneæ,cū si.† Sed quid, accuso te de furto mihi facto anno tali,mense tali, de talibus rebus, & in tali loco dum ꝓcessum est suꝑ accusatione volo ꝓbare,ꝙ tu assuetus es fu rari,& es hō malæ famę,nunqd possum & sum audiendus. Rñ.sic vr̄, quia ꝑ talem ꝓ bationem magis aggrauat̄ fama tua,& in- ducit̄ maior p̄sumptio cōtra te , suꝑ eo de quo accusatus es . Nā qui semel malus &c. Itē peccata nocētū nota esse expedit & opor
27 tet,ff.de iniu.l.eū qui nocentē.† Itē no.ꝙ probatio dēt fieri ſm formā accusæ,uel in- quisitionis,uel denunciationis,ut dictū est vt ext.de ac.c.qualr̄ & qñ,lo 2.de simo. c.li cet,ꝙ esse non posset , licet suꝑ cohęrentijs dependētib.& connexis bene admittat̄ ꝓba tio ad coadiuuādum processum,dummodo non sint extranea,siue ex̄ cām,ar.C.de tem. app.l.ꝑ hanc,ext.de off.dele.c.prudentia,§. sexta.ibi,explorati quidem iuris,& ex.de fi. instr.c.cum Io.& ꝙ sit nouum &c.ext.de te sti.c.fraternitatis,C.qui legi.pers.sta.in iu. non hab.l.momentaneæ,cum si.& ar.C.de eden.l.fi.ut s̄.proxi.no.

ADDITIO.

a ¶Sed dico contra. *Adde Io.An.in c.cum in con templatione ext.de reg.iu.& Ang.in l.si certis, ff.ad Silla.& uide Bal.in l.milites, C.de quę.Ca tal.in suo tract.de synd q.122.& q.209.*

De

De testibus, & qui repelluntur à testimonio. Rub.

SVMMARIVM.

1 Testimonium perhibere quilibet permittitur, qui non prohibetur.
2 Testes qui repelluntur, & quomodo ratione inimicitiæ, litis, odij, & cohabitationis cum inimico.
3 Testis an repellatur ratione auaritiæ.
4 Conspiratores & similes, an repellantur a testimonio.
5 Parentes & liberi utriusq; sexus, an repellantur a testimonio.
6 Ascendentes & descendentes in infinitum an repellantur, & quomodo parentes testificari possunt pro liberis.
7 Frater pro fratre, affinis pro affine, an admittãtur in testes, & quando.
8 Frater pro fratre, affinis pro affine, in causa ciuili quando sunt omnium bonorum socij, an admittantur in testes.
9 Affinis utrique pariter coniunctus, an admittatur in testem.
10 Domestici & familiares an repellantur a testimonio.
11 Vir, uxor & amasia, an repellantur a testimonio.
12 Cohabitans cum aliquo & familia, an generaliter repellatur a testimonio, & in quibus casibus admittatur.
13 Testis an esse possit in causa collegij unus de collegio, & unus de uniuersitate ciuitatis uel uillæ in causa suæ uniuersitatis, & an tantam fidem faciat sicut faceret alter.
14 Domesticus uel familiaris, an cogãtur testificari ad instantiam partis aduersæ, & quid in aduocato, procur. & similibus.
15 Aduocatus, procura. & similes, an repellantur a testimonio, & quõ admittantur, & quando.
16 Testis an esse possit in causa habens similem litem causæ in qua producitur.
17 Testis an esse possit, qui in alia causa criminali testimonium contra me tulit.
18 Testis an possit esse ille, qui habet causam contra eum, contra quem producitur.
19 Domesticus si est receptus aduersario ignorante, an dictum illius tenet.
20 Infames, periuri, & criminosi, an repellantur, & quo iure.
21 Homicida, an repellatur a testimonio.
22 Carceratus repellitur a testimonio.
Item accusatus.
Item damnatus de publico crimine, & similes.
23 Item remotus a dignitate, pp turpitudinẽ suam.
24 Item excommunicatus.
25 Item suspensus.
26 Impubes quando repellatur, & quando non.
27 Pubes an possit testificari de his quæ uidit & audiuit in pupillari ætate existens.
28 Cæcus an possit deponere de his, quæ vidit ante cæcitatem.
29 Minor viginti annis, an admittatur in criminalibus, & quam probationem faciat.
30 Socius eiusdem criminis repellitur.
31 Hæreticus, paganus, & infidelis contra Christianum non admittitur.
32 Venditor pro emptore, debitor pro creditore, repellitur.
33 Item vilis persona, meretrix, lena, tabernaria, leno & similes.
34 Item nõ cognoscens personas cõtra quas deponit.
35 Mulier in quibus admittitur, & in quibus non, & quo iure.
36 Laicus contra clericum quando admittatur, & quando non.
37 Mulierum testimonium, an in delictis faciat probationem, si forte non interueniant mares.
38 Mulier an admittatur in criminali, si delictum probari non possit per mares.
39 Furiosus & mente captus repellitur, & qui in re propria principaliter uel secundario testificari vult.
40 Accusans uel denuncians aliquem, non potest testificari in illa causa.
41 Condemnatus de adulterio, uel de falso, uel de publico iudicio, an possit dicere testimonium.
42 Testis non rogatus in casibus in quibus rogandus est, an repellatur.
43 Iudex, arbiter, assessor, & similes, an repellantur a testimonio.
44 Pecuniam accipiens, ut parti faueret, uel contra eam staret, an repellatur.
45 Testimonium interrogati non reddentis sufficientẽ causam dicti, an ualeat, & quid si non fuisset interrogatus.
46 Paupertas an aliquem a testificando repellat.
47 Frater an admittatur pro fratre, vel contra, in criminali & quando.
48 Consanguinei & collaterales usq; ad quartum gradum, an repellantur, & quõ admittantur.
49 Obscure loquens repellitur a testimonio.
50 Apostata vel excommunicatus, an repellatur a testimonio.

51 Seruus

51 Seruus repellitur a testimonio.

52 Item ille, cui potest imperari ratione patria vel dominica potestatis.

53 An illi de quibus in ver. praced. agitur admittantur, si per alios probari non possit.

54 Testis debet deponere dictum suum super aliquo ex quinque sensibus suis.

55 Testimonium de visu in quib. casib. desideratur.

56 Testimonium de auditu in quibus casibus desideratur, & surdus non potest esse testis, vbi agitur de auditu.

57 Mutus an testificari possit de pertinentibus ad auditum & visum, & an surdus, mutus, & cacus prohibeantur testificari. cacus, surdus, in quibus testificari non possint, & sic in alijs.

58 Testis de gustu debet testificari.

59 Testes duo, tres, vel plures deponunt contra aliquem, quod ille sit conscius de crimine priuato vel publico, quod commissum est, de quo crimine nūquā ab alio fuit infamatus vel inculpatus, nisi ab istis an inducet prasumptionem, vt iudex possit ad inquisitionem procedere.

60 Infamia & clamor ortum habens contra aliquem post capturam de delicto cōmisso, qui erat mala opinionis & fama, an faciat quod iudex inquirere possit.

61 Testibus duobus dicentibus quod fama publica est contra aliquem, an poterit procedi ad condemnationem.

62 Fama cum vno teste, an sufficienter probet.

63 Famam quot homines faciant, an fama vnius parochia aliquid faciat notorium per quot testes probetur fama, an fama cum uno teste plene probet.

64 Testis unus cum fama in leui, ex quo pœna pecuniaria & modica imponitur, an faciat plenam probationem. fama an inducat prasumptionem, vel semiplenam probationem.

65 Fama per quos testes probatur.

66 Testibus receptis, qui deponunt de fama uel visu, si postea reperiantur infames, an & in quibus eorum testimonium valebit.

67 Periurus an repellatur a testimonio tanquam infamis.

68 Testis super aliquibus articulis deponens, super aliquibus dicens se nescire, si postea in fine interrogetur, si de pradictis omnibus est publica vox, & fama, & dicat quod sic, an referatur responsio ad omnia.

VIDENDVM est qui testes repellan
1 tur à testimonio, cum † quilibet admit
tatur qui non prohibetur, vt ff. de testi. l. 1.
2 † Et quidē ꝓhibētur inimici magna inimi-
citia, vt capitali, vt C. eo. l. si quis. extra. eo.
c. quoties. Itē si sunt inimici ob litē crimi-
nalem inter eos vertentē, secus si ob litē ci-
uilem, quia tunc admittuntur. Item si sunt
odiosi inter se, sed reseruātur in t̄pe suię, &
tunc iudex inspecta qualitate personarum
pōt admittere, vel reijcere testimoniū p̄di-
ctorū testiū, vt C. eo. auth. si vero dicant. ex-
tra de accu. c. cū oporteat. vbi de hoc plenè
no. Item repelluntur à testimonio cohabi-
tantes cum inimicis. ext. de accu. c. repellan
ca.l. nihil. Item quia imperitia ipsius campa-
narij obesse non dēt, vnde vr̄ teneri, ff. de reg.
iur.l.imperitia, ff.loca.l.si q̱s dolum.§.Celsus.
& §. si quis vitulos. Item q̱a interest nostra ne
fallamur, ff.si mens. fals.mod.dixer.l.1.in.prin.
Item quia fuit in culpa tali hora pulsando,
vnde tenetur, ar. ff. man.l. si mandauero.§.fi.

Econtra

Econtra ꝙ non teneatur, quia iste dicit se deceptum, dicens campanam esse sonatã ante horã debitã, vnde nõ dẽt audiri cõtra formam ordinamenti. Nam qui scit nõ dẽt certiorari, ff. de act.emp.l.1.in fi. Item sibi imputet si ante horã debitã sciens iuit ꝑ terram, & damnum qđ quis sua culpa sentit, sibi imputet, ff. de reg.iur.l. damnũ. Itẽ non debuit esse nimis credulus, ff. de eo per quem fact.erit, l.1.§.dolũ. Item quia scienti non infertur dolus, C. de transact. leg. cum donationis. cum si. & hoc verius puto.

83 † Sed pone, ordinatum est, ꝙ si quis offenderit clericum pœna dupli puniatur, aliquis offendit clericum in habitu laicorum siue scholarium. & dum Ptãs procederet contra istum, iste excipiendo ad sui defensionem dicit, quod ipse clericus erat in habitu laicorum, & probauit, nunquid est audiendus in sua exceptione, ita ut non puniatur pœna dupli, sed simplici. Respon. sic vr̃, quia ignorantia excusat, ff. loca.l.si quis ignorãs. & videtur casus ff. de iniu. l.itẽ apud Labeo.§.si quis, C. de epi.& cle. le.si qua per calumniam. cum si. Sed dic cõtra, ꝑ l. cũ q.§.si mihi iniuriam, ff. de iniu. & ff. de neges.l.si cõputaui. Sed primũ dictum magis placet. a

84 † Sed pone ꝙ quidã accusatus vel inquisitus est de quodam maleficio. Iste ad sui defensionẽ negat: & excipiendo dicit, uidens, ꝙ non probatur contra eum, qđ ipse est purus, liber, & extra omnem dolum & culpam, & ꝙ est insons a dicto maleficio, & ꝙ ꝑtermisit committere maleficiũ in tali loco, & ꝙ non potuisset committere dictum maleficium, quin tales q erant ibi præsentes in tali loco, vidissent, & ꝓbat, & probare vult, quod homo solus & sine ipso uulnerauit &c. uel quid simile ad suam innocentiam & defensionem, nunquid est audiendus. Respondeo & dico ꝙ sic, quia iudex hẽt inquirere ueritatẽ, vt C. de eden. l. is apud quem. de iu.l.iudices. Item defensiones factas &c. C. de her.l.qm̃. de iure fisc.l.deferre.cum si. Sed si testes dicant ꝙ ipse est purus, & liber, & extra omnem culpam, & ꝙ est insons a dicto maleficio, & ꝙ prætermisit committere dictũ maleficium &c. interrogati de cã scientiæ, responderunt & dicunt se scire ex eo, ꝙ cõtinue & semper fuerunt penes eum in tali loco, & uiderunt eum continue, ita ꝙ non potuisset se mouere uel delinquere, quin ipsi uidissent. An tale testimonium sit sufficiens probatio, quia si multi sunt in domo uel loco, & conuersantur simul, & alius, qui non est in culpa accusatur, uel contra eũ inquirit, cũ non possit aliter suam innocentiã purgare, cũ esset in loco tunc cõmissi delicti, nisi per formã ꝑdictã, quia talis ꝑsumptio, defensio, & ꝓbatio admittitur, cũ pęna suos dẽat tenere autores, & nõ alios &c. uñ cũ aliter nõ possit fieri, est admittenda, ar. ext. de testi.c.ueniẽs, in fi. & c.dilectæ. Item q a negatiua hoc modo probari põt, ut ff. de pac.l. iurisgentiũ, §.qđ fere, C. de prob.l.cum ꝑcibus. ext. de fi.instr.l.c.cum Io. dummodo ꝓbetur ꝑ maiorem numerum testim, q̃ ꝓbatũ sit cõtra eum, uel per tot dummodo sint fide digniores, b bar. C. de bo.pos.secundũ tab.l.fi. Nã maior numerus ꝑfertur minori, & maiores præferuntur alijs, ar. ff. de iud.l.per minorẽ, ff. de testi. l. ob carmem, §.si testes. ext. de testib. ca. in nostra. & sup. de testi.uer.fi. Vel posito ꝙ ista esset negatiua probatio, tamen est talis ꝙ habet in se multiplicem affinitatem uel æquipollentiam, & talis quod potest probari. ar. C. de codic.leg.non codicillos. in Auth. de hæ. & fal. §.si uero. & per iusiuran. &c. ubi de hoc not. & ar. ff. de inof. test. leg. libellorum. ibi, nisi sedens &c. ff. de pac.l.circa, §.fin. Item quòd illa negatiua habet adiectionem loci, unde potest probari, C de contrah. & com. sti.l.optimam. in fi. & hoc uerius uidetur. item hoc probato debet absolui. cum legitimam fecerit defensionem.

ADDITIONES.

a ¶ Placet. *Cogita tu super hoc, quia est distinguẽdum, quod aut talis offen dens fuit in culpa, aut non si fuit in culpa, ut puta, quia publice tenebatur illum esse clericum, & punitur pœna dupli, per ea quæ dicit do. Nel in tract. ban. in 2. par secundi tempo ris. q. 26.*

b ¶ Fides digniores. *Adde tu & uide de hoc plene per Fel in c. in nostra, col 2. ver præferũtur ẽt testes ext. de test. vbi late ponit quando credatur testibus deponentibus super negatiua dicas tamen ꝙ si pro accusato sunt duo testes, licet non sint digniores testib. contra accusatum, tamen cæteris parib ꝑferuntur testes pro accusato glo. est in c. si clerici, 82 dist quod alle. Abb. in c cũ* P. *Manconella, de accu. & dicit Abb. in c. bona. el 1. de elect. Car. in consi 27. & ex illa gl. etiam habes quod in criminalibus plus creditur negãtibus quam affirmantibus, & ad hoc illam ponderat Rom. in l. 1 & in l. in illa. ff de ver. ob. uide Fel. d. c. cum* P. *Manconella.*

nem, & suã innocentiã ostẽderit, vt C. de acc. l. negãda. ad fi. l. 1. C. de adul. l. serui, ff. de qõ. l. 1. §. si quis vltro. ibi, de innocentia &c. cum si.

85 5 Sed pone, † ꝙ per formã statutorum possum offendere exbannitum cõis sine pœna, aliquis offendit exbannitum, proceditur cõtra eum, ipse excipiẽdo dicit illum esse exbãnitũ, & sic potuisse offendi impune, & ꝙ non põt, nec debet de iure procedi contra ipsum ꝓꝑ bannũ, q̃ritur an talis exceptio banni sit admittenda, quin qõ vlterius procedat, & an impediat processum? R̃n. dicunt quidam ꝙ nõ, quia certæ sunt exceptiones, quæ impediunt ꝓcessum & li. cõte. sicut exceptiones rei iud. transactio. & simi. vt ff. de com. inde. l. eleganter, §. si quis. ubi de hoc extra de lit. conte. c. exced. li. 6. inter quas ista non enumeratur, vñ nõ vr̃ impedire ꝓcessum. Sed alij dicunt contra, & ꝙ est admittenda, & impedit processum, cũ habeat naturam dilatorræ exceptionis, ut C. de ꝓcu. l. ita demũ. de proba. l. exceptionem. de exce. leg. pen. §. fin. & istę exceptiones regulariter impediunt lit. conte. & quantuncunq; possint dici anomalę ista exceptio banni ad instas except. excõicat, q̃ cum sit anomala, potest opponi & ante lit. cont. & post, & ante sñiam & post quandoq;, vt ext. de exce. c. exceptione xcom. & c. P. a. de exce. lib. 6. Item quia per talem exceptionem imponitur finis toti processui & futuræ sñiæ siue condemnationi, & talẽ exbãnitum subijcit oĩb. pęnis cobannitorũ, ut ff. ad Tur. l. 1. §. calumniatorib. ar. ff. de cap. di. leg. amissione, §. 1.

86 6 & hoc vr̃ uerius. † Sed nunquid põt *a* procur.
a constitui ad talẽ exceptionẽ opponendã, & ꝑ ipsum opponi ꝙ potuit impune offendi? Respon. sic vr̃, ꝑ l. denũciasse, §. si procurator, ff de adult. de man. vin. l. etiam C. eo. l. neque ff. de proc. l. seruum quoq;. §. publice. & de hoc not. sup. de procur. plene de hac materia.

ADDITIO.

a ¶ Sed nunquid. *Adde & uide Imo in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub iud. col. 19. & plene per d. Maria. Soc. in repe. c. ueniens. de acc. & aliqd ꝑ Nel. in tra. ban. in 2. parte, 2. temporis, q. 14.*

De indicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Indicium quid sit.*
2 *Præsumit̃ contra te de maleficio, si malefactor q vulnerauit aliũ est in domo tua te sciẽte &c.*
3 *Itẽ si ꝓcurasti eũ fugere, & nõ ꝑmisisti eũ capi,*
4 *Item si fuisti cum malefactore, uel si inculperis & propter hoc absentes te.*
5 *Item si ille est repertus uel uisus postea exire domum cum gladio euaginato, & ibi repertus est homo uulneratus.*
6 *Item quando iactauit se fecisse tale maleficium licet extra iudicium.*
7 *Item si ante minati sunt sibi adinuicem, uel uerba dixerunt sibi iniuriosa.*
8 *Item si suasit alicui ut iret per certam uiã ubi sciebat esse latrones uel eius inimicum, qui postea eum offendit.*
9 *Item si culpatus alias offendit istum, vel offensus fuit ab eo.*
10 *Item quia qui semel malus &c. & præterita indicant futura.*
P1 *Occisus reperitur in domo quadam, de qua visus est a pluribus exire Titius cum gladio euaginato, an poterit Titius condemnari.*
11 *Violentũ indicium est quando aliquis est visus exire de domo habente unum tantum aditum cum glad o sanguinolento stupefactus &c.*
13 *Itẽ capitalis inimicitia ꝙ uisus fuerit exire de tali loco cũ gladio euaginato & sãguinolen. &c.*
14 *Item iactantia quod fecerat cum occidi &c.*
15 *Item si accusatus de adulterio dicat se consanguinem excusando, postea contrahat cum illa.*
16 *Item quando aliquis transegit super crimine.*
17 *Violenta talia indicia uel similia una cũ famẽ, an sufficiant ad cõdemnãdũ & an ad tormẽta.*
18 *Indicia uiolenta cum uno teste de uisu, an sufficiant ad condemnationem.*

1 VIDEAMVS de indicijs, dr̃ † autem indi-
a cium *a* signum & demõstratio alicuius maleficij commissi, ut ff. de præscri. verb. l. so-
2 lent, Insti. de pub. iud. §. fin. † Et no. ꝙ multis modis præsumitur, & multis de causis contra aliquem quod fuerit culpabilis de maleficio. uno modo si aliquis uulnerat uel occidit aliũ, & homicida est in domo tua te sciẽte, cum nullam affinitatẽ, uel amicitiam ante maleficiũ haberes, & ipsum defendis, ꝑsumit̃. n. cõtra te,

ADDITIO.

a ¶ Indicium *Vide de hac diffinitione ultra ea, quæ ponit Ang. Are. in tract. malefi. in versi. fama publica. vers. nunc videamus. per Moder. in tract. de indi. & tortu.*

† ¶ Et latissime ꝑ do. *Gand. in tract. malefi. in rubri de ꝑsumptio. & indicijs indubitatis, quibus plerunque ꝓceditur ad tormenta &c. Hie. Chu.*

te,ꝙ fueris conſcius maleficij, maxime ſi vul-
a neratus erat inimicus *a* tuus, ar. C. de his qui
latr. occul. l. j. ff. de recept. l. 1. & ff. de incen.
3 rui. nauf. l. 2. §. non tãtũ. † Alio modo, ſi ꝓcura
ſti, ꝙ iſte fugeret vel euaderet, vel non permiſi
ſti eum capi, & ad Ptãtem duci. ar. ff. de cri. pec.
4 l. 1. §. 2. de eo per quẽ fac. erit. l. j. in prin. † Itẽ ſi
fuiſti cũ illo, qui cõmiſit maleficiũ, vel ſi tu es
inculpatus de maleficio. & ꝑꝑ hoc tu fugis
& te abſentas. ar. C. de aſſeſ. l. conſiliarios. Nã
fuga inducit ſuſpicionem, vt C. de oĩ agro de-
ſer. l. locorum. ff. de ſuſpe. tu. l. impuberibus §.
5 propterea. † Item ſi ille poſtea inuenitur, vel
viſus fuit exire domum cũ gladio euaginato,
& illic reperitur hõ vulneratus. ar. ext. de præ-
ſump. c. 3. in Auth. ut liceat ma. & auię, §. is
6 quoque. col. 8. Itẽ qñ iactauit ſe & dixit, ꝙ fe-
cit tale maleficium, licet extra iudiciũ dixerit
ar. C. de ſecun. nup. l. qui adulterium circa fi.
7 † Item ſi ante murmurati ſunt, ſiue minati ſe
adinuicẽ, vel verba dixerint ſibi iniuriosa. arg.
ff. de bo. dam. l. cũ rõ, C. de iniur. l. ſi nõ conui
cij. de ædil. edic. l. ſi tu, §. ei qui quia in male-
ficijs voluntas multum oꝑatur, ff. ad l. Cor. l.
8 diuus. † Item ſi ſuaſit alicui doloſe, vt iret per
certum locũ, ubi ſciebat eſſe latrones, vel ini-
micum eius, qui poſtea eũ offendit, ut ff. ad l.
Aq. l. qui occidit, §. pen. ff. de ſic. l. 3. §. alio, ff.
9 vi bo. rap. l. pe. §. ſi cum. & l. ſed & ſi quis. † Itẽ
ſi culpatus alias offendit iſtum. uel offen-
ſus fuit. arg. C. de vi pub. l. ſeruos. ibi, quibus
10 &c. Itẽ quia ille qui ſemel malus eſt, p̃ſumitur
ſemꝑ malus. ff. de acc. l. ſi cui, §. ijſdẽ. Nã p̃te-
rita indicant futura, ff. de re mil. l. non oĩs, §. a
Barb. & l. ſeruorum. Sũt & alia plura indicia,
quę de facto pñt occurrere & accidere, quæ bo
nus iudex habet coniecturare, de q̃b. non poſ-
11 ſet tradi plena doctrina. † Sed q̃d, quidam vul
neratus fuit vel occiſus. & hoc quis fecerit, nõ
plene cõſtat. dr̃ tñ, ꝙ Titius cõmiſit dictũ ho-
micidiũ. & ꝓbatur cõtra eũ per teſtes, q̃ vide-
rũt eum exire de domo, uel vinea cum gladio
b euaginato, *b* & poſtea inuentus fuit homo
vulneratus vel occiſus, mõ quæritur, an hæc
ſufficiant ad hoc vt poſſit condẽnari Rñ. & vr̃
ꝙ ſic, cũ talia indicia ſint veritati ꝓxima, arg.
C. de rei ven. l. indicia certa. & talia indicia pro
bant. C. de prob. l. fi. itẽ licet ſingula per ſe non
ſufficiunt, tñ oĩa ſimul iuncta plenã ꝓbõnẽ fa
cere videntur. ar. ff. de ap. l. ſi quis ſeparatim,
§. 1. de excu. tu. l. 2. §. hoc ampli. iuxta illud.
Et quę nõ ꝓſunt ſingula, multa iuuãt. facit ff.
de re. mili. l. deſertorẽ, §. is qui. & in Auth. ut
lic. ma. & aui. § illud col. 8. Ecõtra vr̃ ꝙ non,
quia in caſib. criminalib. debent eſſe probatio-
nes luce meridiana clariores, C. de proba. leg.
pe. de pę. l. qui ſñiam de acc. l. ſinguli, cum ſi. Itẽ
fit indicium ꝑ vnũ teſtem, q̃ deponit de viſu,
C. ad l. Iul. maie. l. ſi quis. ſm Accur. & ẽt fit
ſemiplena probatio, vt ff. de dot. p̃le. l. Theo-
pompus. quia duo plene ꝓbãt, ff. de teſt. l. vbi
ergo vnius ſemiplene, ut no. ff. de iureiu. l. ad-
monendi. Sed bene poterit talis iudex ꝑꝑ ta-
lia indicia ad tormẽta procedere, C. de q̃õ. l. mi
lites. & facere iſtũ delinquẽtem cõfiteri, & po-
ſtea ipſum condemnare ſm qualitatem delicti.
12 † Sunt & alia indicia violenta & magna. *c* Pri-
c mum qñ aliquis exit de domo q̃ non hẽt niſi
vnũ aditum cũ cultello ſanguinolento ſtupefa
ctus, tepidus, & illic inuenitur homo mor-
tuus, vel vulneratus de recẽti, indicium eſt ma
gnũ, & tanta p̃ſumptio ſiue ꝓbatio eſt cõtra
iſtũ talẽ exeũtẽ, ꝙ in caſu illo ſm plures Doc.
poteſt puniri, dũmodo cõſtet hoc ꝑ plures te
ſtes, cũ ſit ẽt fama, ff. de teſt. l. vbi. extra de pręſum. c. illud. & de prob. l. fi. Paliditas *d* enim
d indicat de maleficio commiſſo. ar. ff. de q̃õ. l.
de minore, §. fi. Gladius ſanguinolentus indi-
cat de facinore perpetrato. Nam ex qualitate
facti capitur coniectura, ff. de do. inter uir. &
23 uxo. l. utrum. quod uerum puto. † Item aliud
indicium uiolẽtum eſt. Pone ꝙ aliquis eſt occi
ſus in uinea uel in campo, de quo maleficio in
culpatur Mar. ꝓbatur contra eũ, ꝙ eſt capita-
lis inimicus occiſi. Itẽ ꝙ fuit uiſus euagina-
re gladium. item ꝙ fuit uiſus ſolus exire de di
cto loco cum gladio euaginato ſanguinolen-
to. item quia publica fama eſt contra ipſum
quod

ADDITIONES.

a ¶ Inimicus *Adde tu & intellige: ſi erat inimicus capitalis, vel cũ eo haberet litẽ maioris partis bonorum. ita Bar. in l. 3. § fi. ff. de adoptionib.*

b ¶ Euaginato. *Adde de hoc an quis poſſit condẽnari ad mortem in c afferte. per Fel. late col. 3. & ſeq. de præſump & adde Ale. in conſi. 14. col. 1. in 3. vol et in dictis locis de alijs indicijs indubitatis. & in dicto tract. de indi & Io. de Imol. in l fi col 6. ff de hare. insti.*

c ¶ *Vide late d Gan in tra. malef in rub. de p̃ſum. indu & vide ſ. in apoſt ſuper ver. indiciũ H. C.*

d ¶ Palliditas. *Adde illud Ouid. O quam difficile eſt crimen non procedere vultu.*

14 ꝙ commisit.dictũ maleficiũ. † Itẽ aliud indicium, inculpatur Titius ꝙ fecit occidi A. probatur contra eũ ꝙ erat capitalis inimicus dicti A. Item probatur cõtra eũ ꝙ Titius erat ꝓpe illum locũ, vbi factũ fuit dictũ maleficium. Item probatur, ꝙ ipse receptauit dictũ malefactorem in domo, commisso dicto maleficio. Itẽ quia dictus malefactor erat domesticus dicti. Titij. Itẽ probatur, ꝙ ille Titius minatus fuit A prædicto, & dixit, ꝙ ipsum faceret occidi, vel offendi, vel se iactauit ꝙ fecit dictum maleficiũ
15 † Item est aliud indicium. Quidam accusatus fuit de adulterio, ille se excusauit sub p̄textu consanguinitatis, & postea contraxit matrimoniũ cum ea, indicium & pręsumptio est magna contra eum. C. de adul. l. hi qui. & ex hoc potest
16 puniri. † Item est aliud indicium etiam in eo ꝗ transegit super crimine, qui dr̃ confiteri de ipso, ff. de iu. fis. l. causas, & l. eius, ff. de his qui
17 no. infa. l. furti. §. pactus. † Sed nũquid ꝑ talia indicia violenta, vel similia cum, fama, poterit quis puniri & cõdemnari? Rñ. sic, si rector hẽt arbitrium super maleficijs, tunc dicunt quidã Doct. ꝙ possunt cõdemnari, quia talia indicia cũ fama bene sufficiũt, C. de prob. l. fi. cum si. & quia arbitrium dẽt aliquid operari, vt l. si qñ, de leg. j. cũ si. Sed si non habet arbitriũ, tunc dicunt quidam, ꝙ ẽt põt condemnari, nisi tm̃ in contrariũ ꝓbetur ꝙ deroget dictis indicijs, vt sup. dictũ est, & plura inducuntur, vt C. de ꝓba. l. fi. C. qñ app. nõ reci. l. obseruare. cũ ſi. Alij contra, nisi adsit alia ꝓbatio, quia ex p̄sumptionibus vel solis indicijs nemo est dãnandus, ff. de pę. l. absentem, C. de pę. l. qui sñiam, de accu. le. singuli. cũ si. & multi Doct. hoc probant, & in hoc cõcordat. Sed tamẽ ꝑ talia indicia bene p̄t iudex procedere ad tormentum, vt dictum est.
18 † Sed si haberetur dictum vnius testis de ueritate, ꝗ viderit maleficiũ committi, & ꝑ alios testes constaret de talib. indicijs, & ẽt de fama, tunc dicunt quidã posse ad cõdẽnationem ꝓcedi per iura prædicta, C. de proba. l. fi. cũ si. ad hoc ne maleficium sit impunitum, ut ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. quod verum puto.

De rumore. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Rumor quid sit.*

1 EST aũt † rumor a particularis clamor ex
a incerta authoritate & sola præsumptione proueniens, vt extra, de eo qui cog. consan. vxo. suę, c. super eo. de ele. c. cum causam. & hic minus probat ꝗ̃ fama. Nam fama est cõis viciniæ clamatio, vt dixi. Rumor verò est, cum pauci clamant, & dicunt aliquid publice, ut dixi, & probatur extra, de regula. c. veniens. circa prin.

ADDITIO.

a ¶ Rumor. *Adde Spec. in tit. de noto cri. §. quidẽ versic nunc de rumore. & Io. de Imo. in l. fi. col. 1 ff. de hær. insti*

b ¶ Et per. *Gand. in trac. malefi. in rub. de rumore occulto & manifesto &c Hier. Chuca.*

De præsumptionibus. Rub.

SVMMARIVM.

2 *Præsumptio quod sit.*
2 *Præsumptio insurgit ex persona, ex loco, ex tempore, ex taciturnitate, ex negligentia, ex familiaritate, ex obscuritate, ex qualitate viri, ex dilatione, ex frequentia, ex ætate.*
3 *Præsumptio temeraria quæ sit.*
4 *Præsumptio probabilis quæ sit, & an inducas purgationem, & probationem in contrarium admittat, & an ad sententiandum moueatur iudex per hanc.*
5 *Iudex per istam præsumptionem cũ vno teste de ueritate uel simili præsumptione quid faciet in ciuilibus, & quid in criminalibus.*
6 *Præsumptio uiolata ex quib. insurgat per multa exempla.*
7 *Præsumptio necessaria quæ sit, & an admittat probationem in contrarium, & ad quid inducat iudicem.*
8 *Præsumptio iuris & de iure quæ sit, & an admittat probationem in contrarium.*
9 *Præsumptio iuris tantum quæ sit, & an admittat probationem in contrarium.*
10 *Præsumptio temporis præcedentis quæ sit, & an recipiat probationem in contratium.*
11 *Præsumptio hominis quæ sit, & an contra istam recipiatur probatio.*
12 *Præsumptio facti præcedentis circa ventura quæ sit.*
13 *Præsumptio facti subsequentis quæ sit.*
13 *Præsumptio de iure tantum quæ sit, & an probatio in contrarium recipiatur.*

1 SEQVITVR videre de p̄sumptionib. † Pręsumptio est argm̃ ad credendũ aliqđ factũ esse surgẽs ex p̄sumptionib. alterius, videlicet cũ adiacentia ꝑsonarũ, vt extra eo. c. literis. Vel præsumptio est alicuius facti dubij, aliquando plena,

2 plena, aliquãdo semiplena ꝓbatio. †Ista enim
præsumptio insurgit ex multis causis, s. ex
persona, ut extra cod. c. si. quia quilibet præ-
sumitur idoneus, nisi contrarium probetur.
quilibet pręsumitur bonus &c. ut C. de inoff.
testa. l. omnino. Item ex loco insurgit præ-
sumptio, unde si quis inuentus est lecto
nudus cum nuda, aliqua pręsumitur fornica-
tio, ut extra eo. c. tertio loco. Item ex tempo-
re insurgit præsumptio. Nam si mulier coha-
bitauit cum uiro per annũ & ultra, & postea
uelit probare. ꝙ uiolenter contraxit, non au-
ditur ꝑꝑ lapsum tꝑis, quia præsumptio est
contra eam, quòd ipsa contraxerit, ut extra, de
spon. c. ad id quod per tuas. Item ex taciturni-
tate inducitur præsumptio contra officialẽ fu
gientem. C. de assess. l consiliarios. Item ex ne-
gligentia: nam officialis de negligentia tene-
tur. C. de offi. præfe. potest. l. si quos. & ꝗ olim
fuit negligens, præsumitur negligens in futu-
rum. ext. eo. c. scribã. Item ex familiaritate. Nã
qui familiaritatem habet cum inimico, p̄sumi
tur meus inimicus. extra de app. cap. repella-
tur. Item ex obscuritate, unde si iudex fert
sñiam de nocte, præsumitur non rite lata ext.
de offi. dele. cap. consuluit. Item ex qualitate
uiri. extra de de præben. c. nisi essent. Item ex
quantitate. extra de rebus eccl. non alie. c. con-
sensus. & de simo. cap. pares. Item ex dilatio-
ne præsumptio inducitur, qñ confertur bene
ficium coniuncto, non idoneo. extra de præ
ben. c. grauem. Item ex frequentatione: nam
si clericus frequentat monasterium fœmina-
rum sine rationabili causa, præsumitur ma-
lũ facere, ut extra de uita & hone. cle. c mona
a steria. Item ex ætate: nam qui bonus fuit in
3 iuuentute sua, præsumitur bonus *a* in senectu-
te sua. extra cod. c. cum in iuuentute. † Et no.
ꝙ pręsumptionum alia est temeraria, alia pro-
babilis, alia uiolenta, alia necessaria. Teme-
raria pręsumptio est illa, quę insurgit à malis
hominibus, & à maleuolis, & ex causis uili-
bus, utputa quia uiderunt aliquẽ senem loqui
cum aliqua muliere, statim præsumunt ma-
lum, & dicunt de ea &c. cum dubia semper
in meliorem statum, siue partẽ debeant inter-
pretari. extra de re iudi. ca. 2. 11. q. 3. c. absit.
& ista talis præsumptio nõ est ualida, nec à iu a
re admittitur, nec debet mouere animum iu-
4 dicantis. extra, de simo. c. licet Heli. 6. qu. 1. c.
oues. cũ si. † Probabilis præsumptio ẽ seu di-
citur, præsumptio iudicis, q̄ insurgit ex multis
causis & suspicionib. ut supra. nota ui, & dixi
de indicijs, fama super his præcedẽte à bonis
& non à maleuolis, ut ca. qualiter & qñ. el 2.
& ista inducit purgationẽ. extra, de pur. cau.
c. si quis debet. & contra istã admittitur pro-
batio in contrarium, ut 7. q. 1. in præsentiũ, ex
tra de renun. c. super hoc. Sed per istam talem
pręsumptionẽ non mouetur iudex ad senten-
tiandum, nisi ille deficeret in purgatione,
ut dictis iuribus & extra, de coha. cle. & mul.
c. tua. Saluo ꝙ in notorijs non inducitur pur-
gatio, nec etiam admittitur, ut ext. de pur. ca.
c. pe. §. his igitur. Sed iudex procedit ad con-
demnationem, ut dixi supra. de notorio. † Nota 5
tamen ꝙ licet iudex non debeat procedere ad
condemnationẽ per istam talem p̄sumptionẽ,
quia non plene probat tamẽ si talis p̄sumptio
interueniat cum uno teste de ueritate, uel cum
alia simili præsumptione, tunc sm Tancredũ
plene probat. extra, de proba. cap. illud, C. ne
de statu defun. l. 2. uel saltem mouet iudicem
ad tormentum faciẽdum in criminalibus. In
ciuilibus uero ad deferendum iusiurandum in
ducenti talem præsumptionẽ, & ipso iurante
debet pro ipso sñia ferri, C. de iureiur. leg. in
bonæ fidei, C. unde ui. l. si quãdo, ff. de iureiu. l.
admonendi. extra de præsump. c. illud. & c. si-
cut, de consue. cum si. † Violenta autẽ præsum 6
ptio insurgit ex uisibili ꝓbatione, & ista appel
latur præsumptio iuris, quãdo ius p̄sumitur
ita esse, unde si instrm debiti reperitur cancel-
latum, ius præsumit debitorem liberatum, ff.
de proba. l. chyrographum, ff. de pact. l. post-
quã, & l. Labeo. cum si. Item ius præsumitur ꝙ
quis non renuat personatum, & postea conse-
quatur uicariatum. extra eo. c. quia uerisimi-
le. Item præsumit ius, ꝙ quis non transeat de
maiori dignitate ad dignitatem minorem, ut
extra de cle. non resi. c. 1. Item ius pręsumit, ꝙ
uir cognouerit uxorem quandiu cohabitaue-
rit cum ea, 24. q. 1. c. nec aliquo. Item si quis
inuentus fuerit solus cum aliqua, ut nudus
cum nuda, uel per siluas & nemora uagantes,
uel adinuicem solus cum sola in locis secretis,
præsu-

ADDITIO.

¶ Bonus. *Adde tex. in l. non oĩs, §. a Barbaris ff. de re mili & ex p̄cedẽti vita p̄sumitur in p̄nti siue in bonũ, siue in malũ in eodẽ genere mali. l. sicut, ff. de acc. & in l. 3. §. si autem, ff. de susp. tut. & dicit Bar in tract præsumptionum. col. 1.*

præſumitur fornicatio inter ipſos ,,ut not.ſ.
& extra eod.cap.literis, &c.tertio loco. Item
in accuſato de leui crimine in pœnam relega-
tionis , vel infra legitime citato & fugiente ,
ut ſupra.dixi,nam ille talis poteſt condēnari,
quia præſumitur contra eum propter talem fu
gam , ff. de pœ. l.abſcentem.§.aduerſus,ff.de
bo.liber.l.libertinum,C. vt omnes tam ciuiles
quam criminales , l. vnica. & cum ſi. Item ſi
quis denunciauerit eum,quē habet tanq̃ ſuſpe
ctum , ne cum vxore loquatur,& illa cum ip-
ſo loquatur præſumitur contra eū,C.de adul.
auth.ſi quis ei.Item ſi quis accuſatur de adul-
terio commiſſo cū aliqua , ipſe ſe defendit ſub
ſpe promiſſionis, & poſtea cum alia contraxit
matrimonium, vr̃ cōfiteri de crimine , de quo
fuerat ante accuſatus,& eſt præſumptio vera
contra ipſum, vt C. de adult.l.ſi quis adulter.
Item ſi quis inuentus fuerit ſolus exire de
domo cum gladio ſanguinolento tepidus
& ſtupefactus , & homines currunt & inue-
niunt illic hominē mortuum ſiue vulneratū ,
præſumptio eſt vero contra iſtum. ꝙ ipſe fece
rit,& idem in ſimilibus dicendum eſt.Item ta
lis præſumptio mouet iudicē ad pronuncian-
dum & ſententiandum, niſi doceantur contra
rium,vt in præmiſſis iuribus patet , & extra
eo.c.literas. Alij dicunt, ꝙ prædicta vera ſunt
in leuioribus delictis , ſed in alijs grauioribus
nunquā præſumptiue poteſt aliquis condēna-
a ri,ut in illis in quib.imponitur pęna mortis a
vel vltra relegationem,vt ff.de pœ.l.abſentē.
quia in talibus probationes debent eſſe me-
ridiana luce clariores , C. de proba. l. fi. C.de
7 pœ l. qui ſn̄iam, cum ſi.† Neceſſaria præſum-
ptio dr̃ illa quæ appellatur iuris & de iure , &
hæc inducit præſumptionem tantā,ꝙ non ad
mittitur probatio in contrarium, & inducit
iudicem ad ſn̄iandū.verbi gratia,aliquis con-
traxit matrimonium per verba de futuro, &
poſtea cognouit eam carnaliter, ius præſumit
verū matrimonium interceſſiſſe per cōſenſū ,
vt extra de ſpon. c. is qui fidē.Item in eo qui
contraxit matrimonium ſub cōditione,& po-
ſtea eam cognouit,pręſumit ius purū cōſenſū
interueniſſe,vt extra de cōdi.appo.ca.ꝑ tuas.
Item & in illa quæ dicit ſe inuitā traditā viro
ſuo , & conſenſit in carnalem copulā cum eo.
Nam poſtea non auditur , quia ius præſumit
verū conſenſum.extra de eo qui dux. in vxo.
quam pol.per adul.c.ſignificauit, & qui maio.
accu. poſ. cap. inſuper. vel ſi cohabitauit cum
viro per annū & dimidium,quo non reclama-
uit.poſtea non auditur ꝑꝑ conſenſum p̄ſum-
ptiuum à iure,vt extra, de ſpon.c.ad id quod.
& c. veniens.Item & in ea quæ dicit ſe inuitam
intraſſe religionem , ut extra,ne cle.vel mon.
c. fin. Et idem in tutore conficiente inuenta-
rium , C. arbi. tut.l.fin. Et in Velleiano ſena-
tuſconſulto,& etiam in Maced. ſenatuſconſul-
to , C. ad Velleia. l. antiquæ, & C.ad Maced.
l. fi. Aliqn̄ admittitur probatio in contrariū.
& ad iſtas præſumptiones faciunt ea,quæ no-
tantur ſupra.in tit.de fama,& de indicijs,& de
iſta præſumptione no. Gofr. in ſum. de eodē.
Sed alij aliter dicunt , & deſcribunt ſic. Præ-
ſumptio alia eſt iuris & de iure, alia iuris tan-
tum,alia naturæ,alia tp̄is præcedentis & ſub
8 ſequentis.† Præſumptio iuris & de iure eſt, cū
lex fingit pro vero , quod eſt falſum, vt in lege
Corne.quæ fingit hominem mortuum tp̄e ca
ptiuitatis , C.de capti. & poſtl.reuer.l.j cum
aliter poſtliminium fingit reuerſum captum
ſemper in ciuitate fuiſſe,poſtquā redijt , vt ff.
de cap.& poſtli.re.l.neuter. Inſti. quibus.mo.
ius pat.pot.ſol.§.ſi ab hoſtibus.Et ſi quādo ca
ptus erat , fecit teſtm̄ in captiuitate , & deceſ-
ſit , & ſuccedit ei hæres inſtitutus in tali te-
ſtamen.ac ſi nunquā fuiſſet captus ,ff.de teſta.
l.lege Corne.Idem in muliere q̄ p̄ſumitur ſti-
pulata dotem , licet non fuerit C.de rei vxo.
act l.j. §.accidit. Idem in tutore qui fuit con-
feſſus in inuentario ſe talia bona inueniſſe in
hæreditate ſui pupilli.C.arb.tute l.fi.Idem &
in filiofami. & muliere quæ conceſſa eſt ali-
quid inueniſſe ꝑ inuentarium,C.ad Velleia.l.
antiquæ,C.ad Maced.l.fin.cum ſi. Et in iſto
nōn admittitur probatio in contrarium, vt in
9 dictis iuribus patet. † Alia eſt præſumptio iu
ris tm̄ , contra quam admittitur probatio in
contrarium,vt in filiofa.qui pręſumitur poſſi
dere bona paterna, niſi contrarium probetur,
C.de proba.l.ſiue poſſidetis. Idem & in alio,
qui donauit vnam rem , & alia fuit ſcripta in
inſtrumento donationis,ſed probat aliter fuiſ-
ſe,q̃ in inſtro contineatur,C.de prob.l.cū pre
cibus,C.plus valere qđ agitur,l.1.& ꝑ totum.
Idē & in illo,qui dicitur mecum cōtraxiſſe in
iſto

ADDITIO.

a ¶ Mortis. *Quando quis ex præſumptionib.poſſit condemnari ad mortem . per Alex. in conſi.15. col.3. in 1. vol & Fel in c. aſſerte de præſump.*

isto loco, si probo ꝙ tp̄e contractus eram ali-
bi, debeo obtinere. vt C. de contrahen.& com-
mit.stip.l.optimam facit ad hoc C.de fide in-
str.l.contractus,de do. cau. non nume. l.fi. Fa-
ciũt ad has præsumptiones omnia iure quæ
præsumunt omnia solemniter acta,nisi contra
rium probetur.Inst.de fideiuſ.§.fin.ff.de uerb.
obli.l.sciendum.cum si.Idem in Ep̃o, qui p̄su-
mitur habere de bonis ecclesiæ quicquid habet,
C.de epis.& cle.auth. licentiam. extra, de suc-
ceſſ.ab intest.c.2.ubi de hoc.Idem in muliere,
quæ præsumitur habere de bonis mariti.ff.do.
inter ui.& uxo.l. Quintus Mutius,C.eo.l.etiã.
Idẽ in filiofa.qui præsumitur habere de bonis
patris,C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.§ 1. ubi
de hoc.Idem & in filio, qui præsumitur deces-
sisse uiua matre,quæ in puerperio decessit, C.
10 de inoff.testa.l.si mater.† Alia est pręsumptio
temporis præcedentis,ut in illo,qui fuit accu-
satus de adulterio, sed ratione consanguinita-
tis fuit absolutus & postea ipse duxit in vxo-
rem ipsam eandẽ,ꝑ hoc præsumitur adulteriũ
commisisse,& sic dẽt puniri, C.de adul.l.si qui
nec admittitur probõ in cõtrariũ. Idem & in
milite,qui aufugĩt ab hostibus,nam si probaue
rit se fuisse captũ restituendus erit in suis bo-
nis.nam & modo præsumitur bonus, ff.de re
mili.l. non omnis,§.a Barbaris. Idem est in il-
lo, qui est assuetus calumniari, nam & tunc
præsumitur calumniari,ff.de accu.l. si cui. §.
11 ijsdem.cum si.† Præsumptio homnis est,quę
præsumitur contra aliquẽ ꝑꝑ malã famam,
ut ff. de quæst. l.de minore. & contra istum
bene admittitur probatio in contrariũ.extra,
de spon.c.cum in tua,ff.quod met.cau.l.qđ est
uerisimile,Præsumptio uere est,quãdo exhære-
do filium meum,nam cõtra me præsumitur,
ꝙ iniuste fecerim,nisi hęredes mei probent,qđ
iuste exheredauerim eũ, C, de inoff.test.auth.
12 licet patri.† Alia est præsumptio facti pręcedẽ
tis circa uentura,ut est uidere in illo,qui semel
calumniatus est, quia præsumitur alias iterũ
calumniari,ff.de accus. leg. si is cui,§.ijsdem.
13 † Alia est facti subsequentis circa præterita, vt
in illo, qui est accusatur de adulterio, & sub
nomine consanguinitatis euasit, & postea cum
ea contraxit matrimonium,C.de adult.l.si qui
14 adulterio. Alia † de iure tantũ, ut ille qui diu
cohabitauit cum uxore nam ius præsumit ꝙ
fuerit ab ipso cognita.extra de sponſ.cap.ad id
quod.32.q.1.dicit dominus. contra hanc bene
admittitur probatio in contrarium. extra de
proba.cap.proposuisti.cum si.& de hoc no.ple-
nius extra,de spon.c.is qui fidem,& de his prę
sumptionibus no.ff.quod met.cau.l.non est ue
risimile,C.de proba.l.siue possidetis. Nam bo-
nus & discretus iudex existis talibus præsum-
ptionib. poterit multa colligere, & suum ani-
mum informare ad recte pronunciandum &
uidendum & procedendum,tam in causis cri-
minalibus quam in ciuilibus.

De quæst. & tormen. & quæ perso. excusantur ab eis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio quid sit.*
2 *Quæ personæ possint torqueri.*

1 a VIDENDVM est quid sit † q̃stio.*a* Quæ
stio autem est inquisitio quæ fit per tor
menta & corporis dolorem.Nuda igitur inter
rogatio uel leuis non pertinet ad hoc dictum,
ff.de iniur.l.item apud Labeonẽ,§.quæsitum.
2 † Quæ autem *b* personæ possunt torqueri? Re
b spon.tam liberi quam serui,& statuliberi,vt ff.
eo.l.edictum.ff.de pę.l.pręgnantis,ff.eo.l.ex li-
beris,& l.filiusfam.§.testes ff.de fal. l.sicut, &
l.si quis.& de re mi l.proditores,C. eo. l. mili-
tes.ubi distincte loquitur quo ad crimina, &
quo ad personas.Excipiuntur tamen in digni-
tate positi,qui non torqueri debent, C.de in-
fan.leg. nullo. ubi de hoc. C. de asses.le.nullus
in fin. quæ leges loquuntur de quæstionibus
habendis.Et excipiuntur minores 14. annis.
Nã illi ẽt nõ dẽnt torqueri,licet ferula possint
cędi,vel terreri ad ueritatẽ perhibendã,ut ff. e.
l.de minore,& l.ex libero.§.de minore,& ff.ad
Sill.l.1.§.impuberes.Item excipiuntur homi-
nes decrepitæ ætatis,vt ff. eo.l.de minore. ad
Silla.l.4.§.ignoscitur.Item decuriones,& filij,
& eorũ nepotes,C.eo.l.milites. & l.diuo Mar-
co.& l.decuriones,ff.de decur.l.fi. Fallit tamẽ
in

ADDITIONES.

a ¶Quæstio. *De hac materia vide etiam latè per Gand.in tract malef in rub.de quæst.& tor.vbi de omnibus quæstionibus hic traditis per do.Vitalinum & per Ang in tract.malefic.in verbo, fama publica &c. Hieron.Chuc.*

b ¶Quæ autem. *Vide omnia ista in tract. Guid de Suz.quem facit in hac materia quæstionum*

in quibu sdam criminibus. in quibus nec ætas, nec dignitas excusant gl. est in l. inuiti, la 2. ff. de testi. ut in crimine læsæ maiest. & proditionis, & similib. alijs, ut d. l. de minore. 1. respon. & l. libero, §. 1. & ff. de fal. l. si quis. & de re mili. l. desertorem, §. is qui & l. proditores. Item quā do tractatur de fide instrumen. quæ quis ante decurionatum fecerit. C. de fal l. si quis decurio natum fecerit. C. de fal. l. si quis decurio. Nam excusatur decurio. Item excusantur mulieres prægnantes, vt ff. de pœ prægnantes.

Qualiter sit fienda tortura. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Tormenta qnaliter habenda sint, & a quibus sit incipiendum.*

1 DICO † quod tormenta non sunt in immensum habenda, nec quanta postulat accusator, &c. ut ff. de quæstion. l. de minore, §. tormenta. Sed quia non potest tradi certa doctrina, iudex debet considerare ætatem fortitudinem. & debilitatem delinquentis, cum qualitate criminis, & prout ei conuenire uidebitur, procedere poterit, vt ff. de re mili. l. 3. §. fi. ff. ad Sil. l. si quis in graui. in prin. & §. puberes. Itaq; inculpatū innocentię vel supplicio eū seruet incolumem, ff. de qō qōnis modum. Et habenda est quęstio hoc mō, quia si plures sunt torquēdi a timidiori est incipiendū & magis suspecto, vt ff. e. l. j. §. j. & l. vnius. Item si pater & filius sunt torquendi, incipiendum est a filio in conspectu patris, ut patet timens de filio facilius confiteatur, quia de filio magis quam de seipso timet, ff ꝙ me. cau. l. isti quidem. Institu. de noxali. §. sed ueteres. Item fęmina prius quam masculus debet torquęri, quia citius ipsa confitetur, cum ipsa non sit tantę constantiæ ut masculus. C. de inoffi. test. l. filia. ff. de iur. fisc. l. deferre, extra de uerb. signifi. c. forus.

De quibus causis quis possit torqueri. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri an possit quis in ciuili, & criminali cā.*

1 TORQVERI † quis potest in ciuili & criminali causa, ut ueritas reperiatur si aliter reperi non potest, ut ff. eo. l. Diuus & l. ex libero. & C. eo. l. in summa, §. torqueatur. sed non ex omni causa est quis torquendus, nec quęlibet persona indifferenter, ut ff. eo. l. edictum.

Quæ Indicia debeant præcedere torturam. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Indicia sufficientia debent præcedere torturam.*
2 *Indicia quæ & qualia debeāt torturā pcedere.*
3 *Quæstionis absque formidine tormentorum quis sit effectus.*
4 *Confessio in tormentis uel formidine tormentorum facta, an illi statur. & an debeat naturæ conuenire, & debeat esse possibilis.*
5 *Tortus si confiteatur contra alium an stetur dicto suo, & an inculpati per talem præsumptionem poterunt torqueri.*
6 *Inculpato de delicto existente mala fama, an poterit torqueri in aliquo casu, qui non sit. de exceptuatis.*
7 *Accusato aliquo de furto legitimis indicijs præcedentibus, & torto, si confiteatur furtum, an possit iterum torqueri de alijs furtis de quibus non est accusatus.*
8 *Torto aliquo præcedentibus indicijs de maleficio, & nihil confiteatur, an poterit iterato torqueri sine alijs indicijs, & quid debet considerare iudex in quæstione adhibenda.*
9 *Reo adhuc non torto, si ipse dicat, torqueatis, quid erit faciendum.*
10 *Iudice volente aliquem torquere, si reus dicat antequam torqueatis me, detis mihi meas defensiones, quia reprobabo indicia cōtra me: quid erit faciendum.*
11 *Confessus crimen, si postea ante sententiā uelit reuocare confessionē dicens se errasse, an possit.*
12 *Tortus legitimis indicijs præcedentibus & confessis, si postea non perseueret, an prior confessio sibi præiudicet.*
13 *Tortus non præcedentib. legitimis indicijs si cōfessus est, & perseueret, an talis confessio, & perseueratio sibi præiudicent, & quomodo tormentum fieri debeat.*

1 DICO quod † ante quæstionem habendam debent præcedere indicia sufficientia & uerisimilia. Nam à tormentis non est incipiendum ut ff eo. l. 3. 1. respon. Nam sine præsumptionibus, & indicijs non est quis torquendus, ff. eo. l. unius, §. in ea. & leg. maritus, & l. fi. C. de fal. le. sicut. Et est caute agendum, quia plerunq; in tormētis multi perire solent. ut ff. de pœn. l. aut dāna. §. 1. & C. eo. l. milites.
3 & l. cum cognitio. † Sed quæro quę & qualia indicia debent præcedere? Respon. ut not. sup. de in-

de indic. Sed quia bene in omnibus casibus
exprimi non possunt, iudex debet considera-
re, si sint sufficientia, vt dr̃, ff. de rest. l. 3. ibi tu
magis scire potes &c. sicut etiã dr̃ de mora, ꝗ
omnino cõmittitur iudicis arbitrio, ff. de iure
delib. l. j. §. ait prætor facit ff. de pœ. l. hodie.
Et debent esse indicia quasi uero proximio
ra. Nam indicia dicuntur quasi veritatis de
monstratiua, & probationum adminicula. C.
de proba. l. instr̃a, & l. fi. Sũt autem indicia pars
claræ probationis, ut C. qui testa. fac. poss. leg.
hac consultissima. §. deinde. ibi. indicia &c.
& Insti. de publ. iud. §. fi. Nam indicium ab in-
dicando dicitur, ff. de adul. l. si adulterij. Itẽ iu-
dex debet inquirere per quæ loca, & cum qui-
bus personis conuersatur accusatus, uel in-
culpatus, quia mala conuersatio indicium in
dicat. ff. de admi. tut. l. si plures. §. assidue. ff.
de ædil. edic. l. ædiles, §. Pedius, unde philo-
sophus, qualis quis est, tali delectatur con-
uersatione. Item ex locorum conuersatione
colligitur coniectura, ut ff. de pœ. l. aut facta
§. euenit. C. si quis manc. ita fue. alie. l. fi. Itẽ de
bet inquirere, si ;erat inimicus offensi quia
facilius trahitur coniectura & præsumptio
cum inimicus malum facere de inimico præsu-
matur, vt ff. de ijs, qui. ut indi. l. si inimicitiæ,
& ff. de adi. leg. 3. §. fi. ff. de ijs qui. ut ind. l. j.
§. præterea. & §. seq. cum si. Item dẽt inquirere
cuius vitæ & cuius famæ sit accusatus, nam
mala de eo opinio multum aggrauat, ut ff.
eod. l. de minore. §. tormenta, & facit ff. de re-
mili. l. desertorem. §. is qui ad hostem, & l. non
omnis. §. à Barbaris. Item si fuit aliquo tẽpore
minatus, ꝗ eum offenderet. Nam erit indi-
cium, quòd ore protulit, facto adimpleuerit,
cum ex dictis hominum facta pensemus. C. si
quis Impe. male. l. j. ff. de sup. leg. l. Labeo.
Item considerandum est, an sit tali, persona,
quæ consueuit facere, quæ ore suo dicebat, ff.
ad l. vl. maie. leg. famosi. & an potuit facere
&c. & an qui similia fecerit. Item si fuit in
fuga & se representare recuset, vt in Auth.
de exhib. reis. §. si vero. col. 5. de assess. l. con-
siliarios. Item debet iudex recipere testes
morantes in loco delicti, & de fama. & de
uoce hominum dicti loci. nam ista adiuuant ex
prædictis officium iudicis, ut possit facilius ad
tormenta procedere, ut ff. de flu. l. j. §. flumen.
Et ex prædictis & ẽt alijs multis põt iudex in
quirere & formare conscientia suam, ut possit
procedere ad tormenta. † Sed quæro quis sit
qõnis effectus absq; formidine tormentorũ?
Resp. quòd si quis vltro & sine tormentis con
fiteatur, s̃m quosdã non põt dãnari, nisi per-
seueret, & sæpe interrogetur ꝑ diuersos dies,
si uelit perseuerare vel non, & ratio secũdũ eos,
quia confessio in criminali causa non statim
præiudicat, nec facit aliquam probationem, &
sic intelligitur. ff. de quæst. l. j. §. Diuus. ibi,
nec statim haberi &c. & §. si quis vltro, sed
in ciuilibus non est perseuerantiæ locus nec
opus, & est ratio diuersitatis quia in crimi-
nalibus solemnius est procedendum, vt C.
de fal. l. unica & C. de prob. l. sciant de pœn.
l. qui sententiam. Et quia etiam criminalia iu-
dicia non habent similitudinem cum ciuili-
a bus, ut Inst. de publ. iudi. in princ Tu dic *a* con-
tra, secundũ Azo. & hæc est cõis opi. ꝗ si quis
confiteatur sponte, statim est carcerandus, & si
ne alia præsumptione damnandus, ut C. de
cust. reo. C. de pœ. leg. cum res, ff. de cust. reo.
l. confes. nec obit. §. Diuus, & §. si quis vltro.
quia ibi loquitur de confessionibus factis in
tormentis. & sic potest intelligi. C. de cust. reo.
s̃m verum intellectũ. Sed tutius puto, si iudex
faciat eum perseuerare in confessione sua,
4 ut not. de cust. reo. l. j. † Sed si confiteatur in
tormentis, uel formidine tormentorum, tunc
non statur dicto eius, nec debet haberi pro
confesso. nisi postea. sponte perseueret, ut
ff. eod. l. j. §. Diuus, & C. quo. app. non reci. l. 2.
ff. eod. l. j. §. qm̃, & est ratio, quia quæstio est
res fraga & periculosa &c. & tunc habet lo-
cum, C. de cust. exhib. reo. l. ij. ut iudex fa-
ciat criminosum ad se uenire, & quærat si
velit in sua confessione perseuerare, uel non,
b vel reuocare, & si perseuerauerit, confessio *b*
tenet, aliàs non, ut d. §. si quis vltro, & C. quo.
app. non reci. l. ij. & hæc omnia debet facere
scribi in actis, aliàs ei non creditur, ut in c. qm̃
contra falsam. extra, de proba. Item debet
confessio conuenire naturæ, alias non credi-
tur. ff. de interrog. act. l. confessionibus, §. 1.
Item

ADDITIONES.

a ¶ Tu dic. *Adde tu & vide de hoc ꝑ Ang. in tra-*
cta male. & ibi in adi in ver. comparuerũt di-
cti inquisiti & confitentur totum, & in tract.
de indic & tortu in char antepe.

b ¶ Confessio. *Quando confessio facta post tortu-*
ram teneat, vide per Alex. in cons. 48. in fi in 3.
libro.

Item dēt esse possibilis, aliàs sit esset impossibi
lis, non nocet. ar. ff. quæ sen. sine app. resc. l. fi. de
5 re. iu. l. impossibilium. † Sed quid de casu occur-
renti quotidie, aliquis tortus est & confitetur
a cōtra alium nunquid statur dicto suo? dic aut a
torquetur simpliciter in alios, & nō in se, & tūc
statur eius dicto cum alijs indicijs, vt C. de
assess. l. nullus, in fi. ff. eo. l. edictum, & l. j. §. qui
quæstionē. ibi, efficacissimas &c. ut Tullius di-
cit. Nam tormentis uerberibusq. fatigati, quæ
dicunt, ipsa veritas videtur dicere saluo si dixe
rit de inimico, quia tunc non est f cile creden-
dum, sed nec omnino est fides adhibēda, ut ff.
eo. l. j. §. præterea, & arg. ff. de testi. l. 3. in prin.
si autē torquet in se, & alios, & si de se melius
cōfiteatur habēt locum s. prossimè dicta. Si de
se confiteatur & aliis, tunc nō statur dicto suo
de alijs, seu contra alios regulariter, quia de
proprio crīe confitens non dēt scrutari de con
scientia alterius, & ista est regula, ff. eod. l. qui
de se, de accu. l. fi. Fallit tamen in casib. in qui
bus ei statur cum alijs indicijs. Primus in la-
tronibus & maxime Isaurorum. C. ne ser. l. pen.
ff. de cust. reo. l. Diuus. Secundus est in falsa
moneta, C. de fal. mo. l. j. Tertius ff. ad exhi.
l. fi. Alius in seruo confesso in se de nece sui do
mini, qui interrogatur quo mandāte. &c. ff. ad
Silla. l. sæpius. & l. si percussor, & d. l. qui de
se. Alius in l. Aquilia. ff. ad l. Aqui. l. proinde
§. sed & si seruus, & bene dixi alijs præcedētib.
indicijs, quia non hēt interrogari de alijs, C.
de qō. l. j. Item eius confessio non erit plena
probatio contra alios, sed p̄sumptio aliqua, ut
no. C. de accu. l. fi. Sed an ꝑ talem p̄sumptionē
potuerunt inculpati poni ad tormenta vr̃ ꝙ
sic, in dictis casibus, in quibus confessio facit
præsumptionem, in alijs uero nō, C. de accu. l.
6 fi. & ff. de quæst. l. hi qui. † Sed quid si persona
inculpata de delicto sit malæ famæ & con-
ditionis, nunquid poterit in alijs casib. exce-
ptis prædictis subijci qōnibus? Respon. non de
b iure. *b* nisi præcedant indicia sufficientia, quia
non debuit interrogari, ut d. l. fin. C. de accu. &
si contra factum fuerit, non ualebit iure ꝓhibē
te ut C. de legi. l. non dubium. Sed tn̄ iudices
quidam de consuetudine contrariū faciunt &
7 pro eis facit ff. eod. l. §. Diuus. † Sed quid, ac-
cusatur aliquis de furto, & indicijs legitimis
præcedentibus torquetur & confitetur se illud
furtum cōmisisse, nunquid poterit iterum tor
queri pro aliis furtis, de quibus non est accusa-
tus, & de quibus nulla præcedant indicia? Resp.
non, de iure, arg. ff. de qō. l. is qui, C. de accu.
l. fi. C. qui legi. perso. stan in iudi. non habent,
l. momentaneæ. Et est ratione, quia supera-
lijs non procedunt indicia, ꝙ sine indiciis nul-
lus est torquendus, ut C. eod. l. milites, & C. de
fal. l. sicut. Sed de consuetudine contrarium
seruatur per multos assessores, & male ut pu-
to. Sed si ꝓcederetur ꝑ inquisitionē, tūc aliud
forte esset, quia ad officium iudicis maleficia
pertinet inquirere & punire, ut ff. de offi. præ-
si. l. congruit, & l. 3. & extra, de off. ordi. cap. 1.
8 † Sed quid, præcedentibus indiciis de aliquo
maleficio fuit quidam tortus, qđ esse potuit
de iure. C. de quæst. l. miles. & tamē nihil cōfes
sus fuit, nunquid poterit iterato sine aliis in
diciis nouis superuenientibus? torqueri? Rń.
nō vr̃, ff. de q̄st. l. vnius, §. reus, & l. repeti, secus
si aliquid nouiter probaretur contra eum, ut
arg. ff. de uer. sig. l. boues. §. hoc sermone, & ff.
pro soc. l. si socius pro filia. Sed assessores ua-
na gloria & salutis suæ immemores aliquan-
do seruant contrarium, & pro eis facit in Au-
th. ut iudi. sine quoquo suffr. §. oportet. ibi
indicio torqueatur &c. Item bonus iudex
debet considerare in tormento faciendo,
cuius qualitatis & fortitudinis sit tormen-
tandus, & ita tunc temperare torquere debet,
vt corpus saluum reddatur supplicio & tor-
mento, vt non lædatur multum, ut ff. de qō.
9 l. vnius. §. reus, & §. seq. † Sed quid, reus non
est adhuc tortus, & dicit, torqueatis, nūquid
poterit per hoc torqueri? Resp nō, nisi p̄ceden-
tibus indiciis, ut dictum est: nec per hoc est di
mittendus, sed recipiendæ sunt probationes
contra eum, & si indicia reperiuntur sufficien-
tia, dēt torqueri secundū criminis qualitatē &
corporis fortitudinem. C. de qō. l. miles, &
ff. eod. l. vnius. §. reus. & si confitebitur uel ne-
gauerit,

ADDITIONES.

a ¶ Dic aūt *Vide Mod. Neap. in tract de synd in ver tortura, § an stetur dicto torti. vltra ea q̄ po nuntur ꝑ Ang. in tra. malefi. in uerbo, fama publica, col 11. ver quaro an per recepta ibi, addētes. & in col. 40. ver. x supremam impressionem.*

b ¶ Resp. non de iure. *Vide Bart & ibi addita. in l. repet ff. de quæst. & adde ꝙ hanc opi. tenet Gand in tract. malefi in rub. de quæst & Gui. de Suz. in suo tract tormentorum, vide Abb. in c. 1. de confes & Ray in c quoniam. extra de testi. & Lud. Ro. in l. & si certus, ff. ad Sill.*

gauerit,ſcribatur, quia aliter nõ credit iudici,
niſi quatenus conſtet legitimis documentis,
vt ext.de prob.c.qm̃ cõtra falſam. Et ſi iudici,
uidebitur,reponat in carcere, & ibi demũ aliæ
probationes requirãtur, & ſi nouæ ſuperuene-
rint probationes vel indicia, iterũ torqueatur
& fortius q̃ primo.ff.de qõ.l.repeti.& l.vnius.
Et ſi confitebitur., & poſtea pſeuerauit,ſpon-
te dẽt cõdemnari uel ſi per teſtes cõuincatur,
aliàs debent abſolui.C.de act.& obli.negãtis,
de eden.l.qui accuſare ff. de qõ l.2.§.pterea.
20 & d.l.vnius.† ſed quid dũ iudex uellet pceden
tibus indicijs procedere ad tormenta, dicit
reus domine antequam torqueatis me aſſigne
tis mihi terminum ad defenſionẽ meã facien-
dã,q̃a paratus ſum reprobare indicia & probõ
nes contra me habitas nunquid eſt audiẽdus?
Reſp.vr̃ ꝙ non C.vbi ſen.uel clariſ.l.3.& quia
primo actor admittitur ad pbãdũ,& reus po
ſtea ad excipiendum.C.de prob.l.excep.& C.
de exc.l.ſi quidẽ.Sed dic cõtra q̃a prius audit
& ei terminis defenſionis aſſignatur, quia me
lius eſt ante tp̃s occurrere &c. qui poſſet in
tormento deficere vel membro debilitari, &
non eſſet in culpa,ut ff.de pę.l.aut damna,§.j.
Itẽ quia confeſſo & cõdẽnato datur defenſio.
& retractatur ſnĩa.ſi de innocẽtia cõſtiterit,vt
ff.eo.l.1.§.ſi quis ultro, multo magis iſto ca-
ſu quia melius eſt ante tp̃s occurrere &c. fa-
cit ff.de in li.iu.l.cũ furti. Item quia defenſio-
nis facultas non eſt deneganda. C. de iur. fiſ.l.
defenſionis. Imo concedenda qñcunq; reo po-
ſtulãte,ff.eo.l.vnius,§.cognitorũ, C.e.l.ſi q̃s.
& hoc uerum eſt,ſi petat reus dilationem ſibi
dari & aſſignari,ut d.§ cognitorum. Sed ſi nõ
petat,nõ dẽt iudex aſſignari, ut C.de dila.l.1.
C.ut intra cer.tẽ.cri. quæſ. ter.l.2.ꝙ intelligo
ad probandum probatã fama uel indicia,& ſi-
milia, ſed fundata probõne accuſatoris uel
iudicis,tũc antequã feratur ſnĩa, dẽt iudex di-
lationem aſſignare ad oẽm defenſionem, C.de
prob.l.excep.ff ad l.Aq.l.inde Neratius, §.fin.
de re mil.l.deſertorẽ,§. ſi ad diem ut poſſit ſe
excuſare. Quia monito debẽt pręcedere uindi-
ctam,ut extra de ſen.excom. c.ſacro. & ibi no.
21 † Sed pone ꝙ aliquis fuit confeſſus *a* de crĩe
a poſtea ante ſentẽtiã dicit ꝙ errauit in ſua con-
feſſione,& uultu reuocare errorem ſuũ, nũq̃d
põt? Reſp. dicunt quidã Doct.aut errauit in
facto, & tũc põt uſq; ad ſnĩa,quia nõ vr̃ con-
fiteri, qui errat,ff.de confeſ.l.2.ff.e.l.j.§.ſiquis
ultro.aut in iure, & tunc ſecus, & maxime ſi
potuerit conſulere peritores, C. de iur. & fac.
ign.l.error.no. Alij indiſtincte dñt errorem nõ
nocere, ar.ff.de iur.om.iu.l.ſi per errorem.de
acq.rer.do.l.ſi procu.C.de confeſ.l.errore. de re.
iu.l.ſi liberarius. & eſt ratio, quia error non
præiudicat ueritati, C. de err. a duo.l.j. & qui
errat nõ fatetur,ff.de confeſſ.l.non fatet.& hoc
uerius puto,dummõ cõſtet de errore ante ſnĩa
22 latam† Sed quid.aliquis fuit tortius legitime
indicijs præcedentibus & confeſſus, & poſtea
examinatus negat,& nõ pſeuerat in ſua cõfeſ
ſione,an prior confeſſio aliquid operetur & ſi-
b bi præiudicet? Reſp.non, *b* quia nõ ur̃ cõfiteri
ſi terrore tormentorũ cõfeſſus eſt, niſi pſeue-
ret ſponte poſtea,ut ff.de cuſt.re. l. ſi vero.ſed
contra ff.eo.l.j. §.Diuus.& C.de cuſto. re. lib.
23 2 .† Sed quid, aliquis tortus eſt nõ pręcedẽti-
bus indicijs legitimis uel probationibus, &
confeſſus eſt, nunquid talis confeſſio ualet &
præiudicat Reſp.nõ ẽt ſi perſeueret in ipſa cõfeſ
ſione,ut ff.eo.l.Diuus.§.ex quibus & eſt ratio,
quia non dẽt à tormentis incipere iudex,niſi p-
cedant indicia uel probationes &c. de qõ.l.mi-
litet: unde ſi aliter factum eſt, non ualeat tanq̃
factum contra legem, C. de legi.l.non dubium.
Item no.ꝙ tormentum dẽt fieri cũ fune,nec re-
peritur l.cautum, quod aliter fieri poſſit.C.ad
l.Iul.maie. l. nullus unde ſi iudex aliter facit,
forte peccat, licet ſecundũ Tulliũ poſſit fieri
alio modo,ut no.ff.de qõ.l.edictum.

ADDITIONES.

a ¶ Fuit confeſſ. *De hac qõ quando confeſsio poſsit reuocari per Alex. in cõſ.43.col.2.in 1.uol.conſ. 47.col.5.in uer. 2. reſpon. & conſ. 90.col.2.uer. hoc probo & in 3.uol.conſ.112.col.3.& in 5. col. uerſ.praterea.& in conſ.119.*

b ¶ Reſpon.non. *Adde Pet.de Anc.in conſ.122.in cip.uiſa inquiſitione.alle. Bal.ita cõſuluiſſe.& in de Bal.in l.nouiſsime. ff.quod fal.tut.aut.*

De perſeueratione poſt tormentum, & de ipſius pœna. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Perſeueratio in tormentis qua dicatur,& an pręiudicet.*
2 *Tormenti appellatione quid ueniat.*
3 *Tormenti appellatione quid intelligatur.*
4 *Iudice dicente extra locũ torturæ,aut dicas ueritatem,aut te ducam ad torturam,ſi reus cõfiteatur,an dicetur confeſsio facta metu tormẽtorũ?*
5 *Perſeueratio qua fit poſt tormentum, in quo loco fieri debeat.*

1 SEQVITVR† videre de perſeueratione
poſt tormentum, & de ea quæ fit in tor-
mentis. Nam dr̃ fieri perſeueratio in tormen-
tis quãdo fit ipſo exiſtẽte in ipſo tormento ſu
ſpenſo, vel ſi ligatus ſtat ad pedem tormenti,
ſiue voluculæ & con tetur, & tunc talis con-
feſſio dr̃ facta metu tormentorũ, & non præ
iudicat, niſi poſtea iterum, & iterum confi-
teatur, vel perſeueret ſponte, & non coacte,
vt no. de cu. re. l. 1. ff. & eſt ratio, quia lex æqui
parat confeſſionem factã in tormẽti, uel me-
2 tu tormentorum, ut ibi no.† Item quia tormẽ
ti appellatione oĩs mala manſio continet̃, ut ff.
de iniu. l item apud labeo. §. adijcitur, in verſi.
qõnis. non tamẽ leuis territio habenda eſt pro
tormento, facit ar. ff. de vi & ui ar. l. idem eſt,
§. qui armati ibi, terror armorum. & C. ꝙ me.
3 cau. l. metum.† Item intelligo tormentũ *a* nõ
a ſolũ ſi torqueatur ſed ẽt ſi ſpoliatur nudus &
ponitur ad frigus, vel ſi denegantur ſibi alimẽ
ta, ut ipſe confiteatur, vel ponat̃ ad fumũ, uel
proijciatur de aqua frigida ſuꝑ eũ tꝑe frigo-
ris, uel in naribus, uel detur ſibi flangeta, ut ſę
piſſime fit, vel quid ſimile moleſtum fiat, ar.
4 d. l. itẽ apud Labeo. §. adijcitur, cũ ſi.† Sed ꝗd
ſi iudex ducit iſtum tormentatũ ex interual-
lo extra locũ torturæ, & dicat ei, aut dicas ue-
ritatem aut ducam te locum torturæ, & te po-
nam ad tormentum, & ipſe tali terrore ductus
cõfitetur, an uideatur confeſſus terrore tormẽ
torũ, Reſp. nõ quia leuis territio &c. ut d. l. itẽ
apud Labeo. §. qõ. ar. C. ꝙ me. cau. l. metum. j.
reſp. ff. ex qui. cau. ma. l. 3. in fi. Item ꝗa factũ
extra locũ torturæ deluſorium ur̃. ar. ff. ſi cui
5 pluſquã per l. fal. l. hęc ãt ſatiſdatio.† Et no. ꝙ
perſeueratio quæ fit poſt tormentum dẽt fie-
ri in loco, ubi ius redditur, ar. ff. de iuſt. & iu.
l. pe. ff. de iu. l. ſi locus. uel in alio loco publico
& honeſto, ff. de inter. act. l. uoluit. & l. ſequen.
& C. de cuſto. reo. l. 3. ibi. publico teſtimonio.
& debet ſcribi ſic.

ADDITIO.

a ¶ Tormentum. *Vide alia genera tormentorũ, in tract. de indi. & tortu. per nouiß. Senen.*

FORMA.

SVMMARIVM.

1 *Perſeueratio facta poſt tormenta, quomodo ſcri bi debeat.*

2 *Cõfeßionis ſeu ꝑſeuerationi, an adhiberi debeãt teſtes, & an pluries debeat perſeuerare reus.*

3 *Perſeruatio quantum temporis interuallum habere debeat a tormentis.*

4 *Reo mortuo, aut membro debilitatio in tormentis an teneatur iudex.*

5 *Reo mortuo, ut ſupra uidetur quid iudex non teneatur.*

6 *Vnum indicium, an ſufficiat ad torturam, et an unus teſtis.*

7 *Fama ſola probata, an ſufficiat ad torquendũ quẽ, et an iuncta cum dicto unius teſtis uel alijs indicijs ſuficiat.*

1 TALIS conſtitutus corã tali iudice† ad
banchum maleficiorum lecta & vulgarizata di
cta accuſa uel inquiſitione per ordinẽ de uer-
bo ad uerbum, & ẽt lecta & uulgarizata, ei con
feſſione ſua. Interrogatus à dicto iudice ſi
dicit & confitetur, ut cõfeſſus fuit, ut ſ̃. in ſua
cõfeſſione, ut per ordinẽ continet̃ qui rñdit, ꝙ
ſic, debent ſcribi in actis, aliàs nõ creditur iudi
2 ci, ut in c. qm̃ contra falſam. ext. de prob.† Sed
nunquid confeſſioni teſtes ſunt adhibendi? Re-
ſpondeo non ur̃ neceſſe, cum actis ſiue teſtibus
ſit credendum, ar. C. de do. l. in do. Sed tutius
eſt, ꝙ adhibeantur ſaltem duo, ut ff. de teſti. l.
ubi. Et no. ꝙ plures debent perſeuerare, ut no.
3 C. de cu. re. l. j.† Sed quantum tẽpus dẽt trãſire
inter tormentum & ꝑſeuerationẽ & rñdeo &
nr̃ modicum arg. C. de cuſt. re. l. 2. ibi, ſed poſt
modicum &c. Sed committe iudicis arbitrio,
ut ar. ff. de iu de lib. l. 1. §. 1. Et puto ꝙ melius
eſt ꝙ fiat diuerſis diebus quam uno hodie, &
in loco iudicij ad banchum, & nõ ad locũ tor-
menti. Et licet ſi tutius, & minus ſuſpectum,
quod teſtes adhibeantur confeſſioni & perſe-
uerat, ut dictum eſt, tamen bene ſtabitur actis
factis coram iudice per notarium in ſecre-
to, & ſiue teſtibus ext. de teſtibus c. in omni. &
hoc not. Azo in ſum. C. eod. §. ſed & habetur.
& ita de conſuetudine generali obſeruatur
quæ uicem legis obtinet, ff. de legi. l. de qui-
bus, §. inueterata. l. cum de conſuetudine, &
4 C. eod. l. conſuetudinis.† Sed quid ſi tormen-
tatus moriatur in tormento, uel ratione tor-
menti, uel membro debilitetur, an teneatur.
Poteſtas de homicidio uel iudex? Reſpon.
ſic uidetur, quia debet ſic moderare proce-
dere, ut ſupplicio ſaluus fiat ff. de quæſtio.
l. unius. §. quæſtionis modus, ff. de iniuri. l.
item apud Labeo §. qõ. ibi, teneri &c. ar. ff.
ad l. Aquil. leg. ſed & quandocunque. §. ma-
giſtratui. magna ſæuitia culpæ annumera-
5 tur, ff. de ſic. l. j. cum ſimili.† Econtra quòd
non,

a non, *a* dummodo pcedãt legitima indicia, uel
præſumptio uiolẽta &c.C.de q̃ſt.l.milites. Nã
quod facit ipſe cauſa & zelo iuſtitiæ cã verita-
tis eruenda iuſte facit, cum ad ipſum ſpectat
hoc facere, C.de eden.l.ipſe. & l.ſeq. item facit
exequendo officium ſuum &c.ff. de ver. ſig.l.
ſæpe.in fi.& ſic legitime facit, vnde pęnã non
meretur, ff.de adul.l. Gracchus. & iure execu-
tio non habet iniuriam, ff.de ſic.l.in lege ff.de
pub.l.citatio, §. ꝙ illicite, ff.ui bo.rap.l.2.§.ſi
publicanus.de fur. l.qui ea mẽte. Et hoc uerius
uidetur poſtquam nõ conſtat quod doloſe ege
rit: quia præſumitur ꝙ rite fecerit officiũ ſuũ
quod iurauit.ext.de præſum.c.ad audientiam.
item quia præſumitur, ꝙ nemo ſit immemor
ſalutis æternæ &c. Quidam alij contradicunt
& dicunt ꝙ tenetur, & eſt puniendus, ar.ff.de
6 fur.l.tutor & ff. de iniur. lib. Item apud La-
b beo.§.quæſt.& in hoc opi. fuit Gulielm. †Sed
an *b* ſufficit unum indicium, ut poſſit quis tor
mentis ſupponi. Reſpon.non, ſed plura indi-
cia exiguntur ut C. de quæſtio. l.milites, ubi
loquitur in plurali numero indicijs plene, &
licet non ſufficiat unum indicium, niſi ſit uio-
lentu, tamen ſufficit dictum unius teſtis de ui
ſu concludentes, qui non repellatur a teſtimo-
nio, C.ad l.Iul. maie.l.ſi quis alicui.& Azo in
7 ſum.C.de quæſt.l.indicium.†Sed an ſola fama
probata ſufficit, ut poſſit ad tormentorum
procedi? Reſp.non, quia fama per ſe ſola non
probat, ſed coadiuuat alia indicia præceden-
tia, uel præſumptiones, ut ff.de teſtib.l. 3. §.
eiuſdem.ubi de hoc. Si autem præcederet dictũ
unius teſtis, cum fama poſtea ſubſequente, quę
facit ſemiplenam probationem, uel iudicium
uiolentum, tunc poteſt ad tormentum proce-
di.facit ff.de do.præle.l. Theopõpus, uel ſi præ
cederent alia indicia cum fama, tunc ſimiliter
poſſet iudex bene ad tormentum procedere,
ut plene no. ſupra de indi. & ſupra. in tiul.de
fama.

ADDITIONES.

a ¶Econtra q̃d non. *De hoc per Ang. in trac.maleficio.ſecũdũ primã impreßionẽ.in uerbo fama publica.conſ.38.& ibi Aug.in additio.& vltra eum vide Neapo.in trac.ſyndic.in ver.tortura, §.an ſi officialis.*

b ¶Sed an. *Adde tu ꝙ hoc totum relinquitur arbitrio iudi.vt plene per Ang.in tract.maleficio.col.5.verſi.quæro an vnum indicium.& ibi vide in addi.*

De confeßione & contra eos quid ſit fiendum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Confeßionis effectus quid ſit, & ea habita quid ſit faciendum.*
2 *Sententia lata vigore confeßionis quomodo impugnetur.*
3 *Confeßio quando nõ valet & impugnari põt ſi fuit facta metu mortis, qui cadere põt in conſtãtem uirum.*
4 *Item ſi facta per errorem & probatur error.*
5 *Item facta per tormentum non procedentib. indicijs, licet poſtea perſeueret.*
6 *Item quando fit coram iudice incompetente.*
7 *Itẽ ſi fiat extra iudiciũ, & extra locũ iudiciũ.*
8 *Item ſi ſit contra naturam, vel ſit impoßibilis.*
9 *Item ſi ſit incerta & de delicto incerto.*
10 *Confeßio facta abſente accuſatore an valeat.*
11 *Confeßio facta a procuratore tutore, curatore, vel ſimilibus an praiudicet.*
12 *Confeßio facta in ſecreto coram iudice & notario ſcribente, an valeat quando iudex procedit per viam inquiſitionis.*
13 *Confeßo facta in cauſa ciuili, an ſufficiat in criminali.ſi producatur.*

QVIA plerunque accuſati uel inquiſi-
ti cõfitentur delictũ ab ei commiſſum,
1 uidendum eſt de effectu confeßionis. † Et ſi
quidem confitetur ſponte delictum a ſe com-
miſſum cõmuni eſt opi.ꝙ eſt ſtatim carceran
dus, & ſine alia probatione uel p̄ſumptione dã
nandus, ff de pœ.cum reis.de cuſt. re. l. ſi con
feſſus. Si uero confitetur per uim tormento-
rum præcedentib. legitimis indicijs uel præ-
ſumptionibus &c.& ſponte pſeueret, ſimiliter
eſt damnandus, ext.de cõfeſ.c.inſuper de ele.c.
per inquiſitionem, ff.de q̃ſt.l.1.§. Diuus.& §.ſi
quis ultro, cum ſi. Et intelligo damnandum
per ſnĩam, quę ferenda eſt, non aũt ipſe iure, q a
ſnĩa eſt neceſſaria, ff.de cuſt.re.l.ſi quis reus,
de qõ. l. 1.§.fi.C.de pę.l.ante ſentẽtiã, 2.q.1.&
2 nos in quenquam †Sed iſta talis ſnĩa põt impu
gnari, ut non præiudicet pluribus de cauſis. Et
primo ratione pupillatis ętatis, doli non capa-
cis, quia ipſo iure nõ pręiudicat ſibi confeßio.
22.q.5.paruuli & eſt ratio quia in eo non eſt
intellectus, ut ff. de fur.l.impuberem.idem eſt
etiam in furioſo & mẽte capto & ſimi.ut ff.ad
Sil.l.quod infans de pœ.l.aut facta, §. euentus
& ſeq. Et idem in eis, qui offendunt aliquem,
qui poteſt offendit ſine pœna, ut not. ſupra

de perſ.q̄ poſ.offen.ſi.pęna. itē non p̄iudicat
confeſſio illorum,qui excuſatur a delicto, qui
autem ſint illi no.de hom.ad fin.& j̄.de pœn.
a condem.ad fi.ſimiliter no.Si vero confitens, *a*
eſt doli capax uel pubes,licet ſit minori 15.an
nis,præiudicati ſibi ſua confeſſio & punitur,
vt d.l.impuberem.& C.de pę.l.impunitas.nec
reſtituitur ſi exanimo delinquit. C. ſi aduer.
deli.l.j.tamen iudex pōt inſpecta qualitate pſo
næ,& delicti minorare & mittigare pęnam,vt
l.auxilium,§.in delictis, ff.de min.l.aut facta,
ff.de pęn.Sed in delicto carnis vel luxuriæ im
pubes non punitur, quia hoc tale crimen non
3 cadit in eum.ff.de adul.l.minor. †Item impu-
gnatur confeſſio alia ratione,& nō pręiudicat,
nec ualeat ſi facta eſt metu mortis, qui cadere
poteſt inconſtantem hoīem. ext. q̄d met. cau.
c j.uel metu tormentorum & ob ſui corporis
cruciatum,ēt præcedentib. indicijs,niſi poſtea
ſponte perſeueret,vt dictum eſt, ff. de qō. l.1.
not.31.q.1.Lotharus.uel ſi per fraudē extorta
ſit confeſſio,uel per vim,ut 25.q. 6.c.1. & C.
4 quod me cau. l. j.† Item qñ facta eſt per erro-
rem.& probatur error ante ſñiam.ext. de cōfe.
c.fi.ff.e.l.non fatetur, C.de iu.& fac. igno.leg.
5 error.j.q.4.c.notandnm ubi de hoc.†Item quā
do fit per tormentum non præcedentib. indi-
cijs licet poſtea ſponte perſeueret,ff.de quæſt.
5 l.Diuus,§.ex quib.† Itē qñ fit coram nō ſuo
b iudice *b* ext.de iu.c.at ſi clerici.de conſue.c.ad
7 noſtram.de app.ut debitus † Itē ſi fit extra in-
dicium & extra locum iudicij, quia oīs actus
iudiciarius debent fieri corā iudice, & in loco
iudicij,alias non valet, vt c.qm̄ cōtra falſam.
ext.de prob.ibi, loca deſignando &c. ff. de iu-
ſti.& iu.l.pe.cum fi.item ſi ſit contra naturā,
8 † vel eſt impoſſibilis,vt puta, confiteri me ho-
die occidiſſe hominem in loco longinquo,
quia impoſſibile eſt me illic,& hic fuiſſe, arg.
C.de contrah.ſti.l. optimam vel confiteor me
deuirginaſſe puellā quæ virgo eſt, & reperitur
eſſe uirgo,uel me hominem occidiſſe,qui viuit
& hoc conſtat ar.ff.ad l. Aquil.l.inde Neratius
9 §.fin. & 37.q.2.c.cum ergo.†item non ualet
ſi ſit incerta & de delicto incerto,vt ar.6. qu.
3.graue.& ar.ff.de confeſſ. l. certum ff.de rei
10 ven.l.Pomponius.in fi. †Sed nunquid valet ſi
fiat abſente accuſatore tuo, qui eſt aduerſa-
rius tuus, ut C.eo.l.certum,§.pe.& ext.eod.
11 c.fin. † Sed nunquid confeſſio facta per pro-
curatorem, uel tutorem, uel ſimiles valeat
& pręiudicet?Reſp.ſi eſt talis cauſa criminalis
in qua poſſit procurator adeſſe, quod eſt in
omni caſu, niſi vbi imponitur pœna corpora-
lis &c.ut ff.de pub.iud.l.pe.§.ad crimen.& ff.
de procu.l. ſeruum quoque ff. publice,no.tunc
confeſſio præiudicat & valet.niſi probetur con
tra confeſſionem,ut ff.eo.l.certum,§.ſed an ip
ſo &c.& ext.de confeſ.c.fi.de ap.cum cauſam
alias ſecus,quia ſi nō poteſt adeſſe in tali caſu
a iure prohibente, nec eius confeſſio præiudi-
cat. Nam quod fit lege prohibente non valet,
C.de legi.l.non dubium.& ſi non tenet princi-
pale,ergo nec acceſſorium, ut in regula iuris.
cum principalis. facit ar. C. ſi a non compe.
12 iud.l.j.& fi.† Si uero ſuper maleficio procedi
tur ex officio iudicis per inquiſitionem,q̄d eſſe
poteſt,ff.de off.præſi.l.cōgruit.ext.de off.or. c.
j.tunc ſufficit, ſi confeſſio in ſecreto fuit corā
iudice,& notario qui ſcribat, quia iudex tunc
fungitur loco accuſatoris, vnde valet ſi ſcri-
ptura reperiatur, alias ſecus, quia non credi-
tur iudici, niſi quatenus conſtet ex actis, ut
in c.quoniam contra falſam. extr.de prob.cum
13 ſi facit C. de teſtis l. nullum. † Sed nunquid
confeſſio facta in cauſa ciuili ſufficit in cauſa
criminali, ſi producatur coram iudice,ut poſ-
ſit condemnari confeſſus. Rñ.ſi vř.ar.c de arbi.
l. pe.§.fi. C.de eden.l.2.quia acta facta in vna
cauſa beneualent in alia, C. de lib.cau.l.iube-
mus. Econtra q̄ non, quia in criminalibus
lucidiores exiguntur probationes quam in ci-
uilibus quia ubi maius eſt periculum,ibi cau-
tius & c. facit C.de proba. l. ſciant. de pęn.l.
qui ſententiam.de adul. denunciaſſe,§. fin.&
humanius hoc videtur.

ADDITIONES.

a ¶ Si vero confiteris. *Adde & dic plene ut per*
Ang.in tra.malefi.in uer.comparent & totum
confitentur.col.5.uer.nec non.& ibi Ang.in ad
dit.& ultra adde Pari. Neap. in tra.de ſyn. in
uer.tortura,§.officialis poſuit uero,an confeſſio
adulti.
b ¶ Non ſuo iudice. *Adde,idem ſit ſuper inepta*
accuſatione.ut per Ang.in tra.diuer.col.2.uer.
quæro an confeſſus.

De pœnis condemnationis, & bannis & eorum formis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Bannum quid ſit.*
2 *Pœna quid ſit.*
3 *Pœna multorum exigit conſiderationem quando im-*

de imponenda venit.

4 *Pœna in pecunia consistente, quantitas imponetur, quam lex ponit.*

5 *Pęna existente corporali, quomodo sit imponenda, et quę sit legitima causa augendi, pęnam, et quę minuendi.*

6 *Iudex diligenter considerabit ne graviorem pęnam imponat quam iuris sit.*

7 *Liber homo non potest perpetuis carceribus dãnare, & plus puniuntur serui quam liberi.*

8 *Puniri non potest quis in facie.*

9 *Absens non potest pœna corporali vel vltra relegationem damnari.*

10 *Condemnari nullus debet, nisi liquidis probationibus conuincatur.*

11 *Condemnari aut absolui quis non debet ad clamorem populi.*

12 *Pęna corpalis et pecuniaria, an possint remitti?*

13 *Puniri an quis possit pecuniariter in causis criãlibus ratione contumaciæ suę inobedientię.*

14 *Punitur in expensis quis ratione contumaciæ.*

15 *Ordinarius & delegatus, an imponant pœnam pecuniariam.*

16 *Arbiter an mulctam imponere possit, & quomodo differt pœna a mulcta, & an a pęna personali appelletur sicut a muctla?*

17 *Pœna siue corpo alis siue pecuniaria cui sit imponenda.*

18 *Excusatur quis a pœna multis modis vt hic.*

19 *Iudex circa pœnæ impositionem quid debet indagare & examinare.*

20 *Incipiens rixam magis punitur quam alius.*

21 *Incertitudine existente per quem sit commissũ delictum, quid erit faciendum, & quid si certũ sit delictum, et qualitas incerta, et si certum sit delictum, & qualitas, sed incertum quæ uis delinquentis, & si certum sit delictum, & qualitas delicti, sed delinquens incertus.*

22 *Iudex an possit pcipere suas cõdemnationes solui usq; ad talem terminum sub pœna aliqua.*

23 *Banno existente, q nullus intret talem locum, vel quid simile sub pœna decem, si aliquis cõtra faciat, an statim sine alio haberi debet pro condemnato, & qũo fiet ad hoc quod aliquis statim habeatur pro condemnato.*

24 *Processu ordinarie facto, & sententia lata propter absentiam, quomodo scibetur sententia condemnatoria?*

25 *Scribi quomodo debeat in principio quaterni sẽtentiarum condemnationis vel absolutionis.*

26 *Sententia an sit ferenda per os potestatis, vel capitanei, vel iudicis.*

TRACTANDVM est de pęnis et ban
no. Primo videndum est quid sit bannũ?
1 & quid pœna. † Et quid est bannum? po-
test dici mandatum iud. sub pœna pecuniaria
factum vel missum, vt 16. q. j. statuimus. † Pę
2 na autem delictorum est debita castigatio, quę
à lege imponitur, vel pœna est delicti compe-
tens, & iusta coërctio, vel est pro delicto debi-
ta castigatio, quæ à lege imponitur, vel à legis
ministro, vt à iudice qui est minister legis, ff.
3 de arbi. l. Celsus. † Et no. quòd in pœnis impo-
nendis multa sunt consideranda scilicet causa
delinquentis, persona delinquentis & in qua de
linquitur tẽpus, locus, qualitas delicti, quan-
titas, euentus, ætas delinquentis dignitas, no-
bilitas, sexus, scientia, & conditio, vt colligitur
ff. de pœ. l. aut facta. & l. quidam. & l. in seruo-
rum, §. fi. & ext. de homi. c. sicut, C. de ui pub.
l. seruos, extra de off. de le. c. sanc. ff. de inc. rui.
4 nauf. l. Pedius. † Item no. quòd pœnarum alia
consistit in pecunia, & tunc est imponenda il-
la quantitas, quę est expræssa à iure vel lege vt
est videre in committente stuprum, vt iusti. de
pub. iud. §. sed eadem l. & in raptore, vt Insti.
vi bo. rap. §. j. ff. e l. j. & 2. & in similib. delinquẽ
tibus vt dixi supra in singulis tit. huius sum.
5 † Alia est pœna corporalis ad illos qui hñt gla
dijs ptãtẽ spectans, vt pręsides, Reges, Duces
& similes dominos prouinciarum, vt ff. de off.
præs. l. illicitas, § qui vniuersas, & l. congruit.
& idem in similib dico, vt no. s̃. de ps. q̃ poss.
off. sine pœ. in prin. & ista talis pęna est impo-
nenda secundum qualitatem delicti, vt no. s̃. p
singulos tit. & speciales rub. & hoc verum est,
qñ pœna est terminata & certa à lege, quia pę-
næ impositio est in legis potestate, & non in
arbitrio iudicis, vt ff. ad Turp. l. j. §. si autẽ.
& ista pœna limitata à lege non potest augeri
nec diminui à iudice sine magna & legitima
causa, & si contrafacit grauiter punitur, vt C.
de vi publ. l. seruos. §. fi. Causa legitima augen-
di qñ multi delinquunt, quia multis grassan-
tib. & delinquentibus opus est exemplo maio
ris pœnæ, vt alij terreantur, vt ff. de pœ. l. aut
facta. §. sed. C. ad l. Iul. rept. l. j. Causa. n. dimi-
nuendi est, qñ quis non dolose nec ex proposi-
to, sed casu vel luxuria delinquit, ut ff. co. l. ab-
sentem, §. fi. & l respicien. § delinquentibus
ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo, §. pœna
grauior. vbi de hoc no. Si autem pœna non est
ordinata nec limitata à lege tunc pœna extra
ordinaria est imponenda iudicis arbitrio. pro

qualitate delicti & personæ delinquentis, vt
6 dixi de correctione maleficiorũ. † Item no. ꝙ
iudex diligenter debet inspicere, ne grauiorem
pœnam imponat q̃ iura volunt, nisi qñ multi
delinquunt in eodem mõ delinquẽdi. Nã tunc
multis grassãtib. &c. vt supra dixi. Item debet
semper iudex cum temperamento benignita-
tis pęnam imponere q̃ debet de iure inferre,
& non cum seueritate, vt ff. e. l. respiciem. §. fur-
ta. Sed pater vel auus debet filios corrigere vel
7 vel nepotes, C. de emẽ. prop. l. 2. † Item no. ꝙ
liber homo non põt perpetuis vinculis damna
ri, C. eo. l. incredibile. item plus puniuntur ser-
ui quã liberi, vt ff. e. l. capitalium, §. fi. cum si. †
8 Item no. quòd non põt in facie aliquis puniri,
quia ad figuram cœlestis imaginis est figura-
9 ta, C. eo. l. si quis in metallo. † Item non potest
aliquis absẽns. pœna corporali vel alia vltra re-
10 olegationem damnari, vt ff. e. l. absentem. † Itẽ
no. ꝙ nullus est condẽnandus nisi lucidis pro-
bationibus conuincatur, vt C. de prob. l. sciant.
Nã ꝑ p̃sumptiones non põt aliquis damnari.
Sed melius est nocentem absoluere in dubio
quam innocentem condemnare, vt d. l. absen-
tem. & fauorabiliores debent esse iudices in du
bio ad absoluendum quam ad condemnãdũ, vt
11 ff. de act. & obl. l. Arrianus. † Item non debet
iudex ad clamorem populi aliquem absoluere
vel condemnare, vt ff. eo. l. mandatur. quia va-
næ voces populi non sunt audiendæ, vt C. e.
12 l. decurionem fili. † Item no. ꝙ pœna corpo-
ralis non potest remitti sed pecuniaria sic, C.
de pę. l. pœnam. si rite lata sit pęna vel snĩa. fa-
cit ff. de ver. sig. l. si qua. & C. de mo. mul. l. fi.
§. fi. Sed quia feci speciales ti. vt supra patet in
hac summa, specificãdo qualiter in delicto quo
libet aliquis puniatur, non fui ad præsens la-
tius prosecutus hanc materiam de pœnis. †
13 Item in causis ciuilibus ratione contumacię &
inobedientię quis punitur quandoque pecunia
riter, vt C. de mo. mul. l. eos. ff. si quis ius di-
14 cem no. obtem. l. j. & 2. & per tot. † Item puni-
tur in expensi. ut C. de iud. l. sancimus, ff. de iud.
l. eum quem temere, ext. de pœ. c. calumniam.
15 † Item no. quòd non solum ordinarius impo-
nit pœnam pecuniariam, ut ext. e. c. dilectus,
& ff. si quis ius di. non obt. l. j. sed quilibet de-
legatus, ut ff. de iud. l. 2. §. fin. C. de spor. l. 2. †
16 Item arbiter etiam mulctam imponere potest.
Nam pœna proprie est in persona, & etiam in
pecunia, qñ est certa à iure inducta, mulcta au-
tem est pœna pecuniaria, quæ à iudice irroga-
tur, unde à pœna personali non appellatur, sed
à mulcta sic, secundum Goff. ff. de uerb. sig.
17 l. si qua pęna. Item no. quòd siue sit pęna cor-
porali siue pecuniaria est imponenda soli delin
quenti & non alij. C. e. l. sancimus. & etiam
argenti & consentienti & mandati & simili-
bus. Nam argentes & consentientes & c. C. de
epi. & cle. l. si quenquam. C. de acc. l. non ratio
minus, C. de his, qui latr. occu. l. j. & 2. cum si.
Fallit in crimine læsæ maiest. & hæresis, ubi et
18 Filij puniuntur. † Item no. ꝙ qui excusatur à
pœna ratione ętatis, ut infans. Item rõne furo
ris, ut furiosi. ut ff. ad Sill. l. quòd infans. item
ratione uiolentiæ absolutę, ext. qđ me. cau. c.
sacris l. dist. c. ponderet. item rõne iustæ igno-
rantiæ. 34. q. j. per publicam. & c. in locum. itẽ
rõne magnæ necessitatis, ut famis. item ratio-
ne diuinæ reuelationis, ut ext. de diuor. c. gau-
demus. itẽ propter iustam causam. ff. qui satid.
cog. l. fi. ext. de pig. c. significante item ratione
ebrietatis, ut 15. q. sane. & c. inebriauerit. item
insania excusat. 15. q. 2. insani. & huius simi.
19 lia. † In summa no. circa pęnæ impositionem.
quod iudex debet examinare, & indagare subti
liter, qua mente malefactor commisit malefi-
cium, & si inuenitur illud fecisse erore uel casu,
non punitur à iure, ut ff. ad Turp. l. calumnian-
tis, de fal. l. j. §. Diuus, ff. de si. l. j. de abig. l. j. in
fi. de adul. l. miles. §. mulier. quia ignorantia ex
cusat quem quandoque à delicto, ut ff. loc. l. si
quis ignorãs, §. si quis te. cum si. item casus ex
cusat à delicto, & idem in alijs casibus quis ex
cusatur, ut s̃. no. item dẽt considerare cãm & fi
nem maleficij cõmissi, ut est uidere in illo, qui
causa libidinis fregit hostiũ domus, & alius in-
trauit & furatus fuit. Nam fractor domus nõ
tenetur pro illo furto, quia non fregit aĩo furan
di & c. ff de fur. l. uerum, quia in maleficijs po
tius spectatur uoluntas, q̃ exitus de iure cõi,
ut ff. de uer. sig l. Diuus de iniur. l. 3. §. fi. Item
quia delictũ, non studiose commissum non põt
dici delictum, ut d. l. Diuus, C. si aduer. deli. l. j.
Nã iudex debet potius p̃sumere malum con-
tra illum, qui gladio malitiose aliquem percu-
tit, q̃ contra illum, qui gladio non apto ad ma
leficium ita de facili committendum, uel con-
tra eum, qui cum ligno uel alia re malitiose de
linquit, ut ff. de sica. l. j. §. Diuus. Ibi, sed cla-
ua & c. ff. de re mili. l. omne delictum, §. si quis.
item uulneris magnitudo inspicienda est, ut
ff. de iniu. l. uulneris magnitudo. item & in
qua parte corporis, ut in facie uel alio loco
ut Insti.

vt Insti. de iniur. §. atrox. item cuius vitæ vel
conditionis sit percussor vel delinquens, &
20 cuius famæ sit &c. ff. de q̃ō. l. de minore. † Itē
quia incœptor rixæ magis punitur, quā alius
cū ipse fuerit, qui præbuit cām totius malefi-
cij, vt ff. de ser. corru. l. hoc iudicio, §. 1. C. ad
l. Iul. de vi publ. l. q̃m. ibi, maleficiorum cām
præbuit. Nā ista & alia similia dēt bonus iu-
dex considerare facit ext. de elect. ca. ad apo-
21 stolicę. † Item no. ꝙ si est incertū delictum esse
commissum ꝑ aliquē, ꝙ nullus est puniendus,
sed soli Deo relinquitur qui oīa nouit &c. Si
vero est certum delictum esse commissum, sed
est incerta qualitas delicti, ut quia constat ali-
quē esse vulneratum cum sanguinis effusione,
sed nescitur vtrum cum gladio vel manib. va-
cuis, tunc dēmus præsumere ꝙ minimū est, vi-
delicet percussionem esse factā potius manib.
vacuis, quia minor pœna in dubio est impo-
nenda, vt. ff. de pę. l. præsens. & l. pe. & l. enim §.
quid ergo. Sed vbi est delictum, & qualitas de
licti certa, sed tñ incertū est quæ uis delinquen
tis, tunc præsumitur animus delinquendi quē
habuit, quia facti atrocitas inducit p̄sumptio
nē contra delinquentem, dummodo sit ꝑsona
habilis & potens ad delinquendū, vt ff. de sic.
l. j. & ēt quia oē maleficium praue p̄sumitur
actū, ut in l. si non conuicij, C. de iniu. C. de pę.
l. impunitas. Itē vbi est certum delictum & cer
ta qualitas delicti, sed ꝑsona quæ delinquit est
incerta, vt quādo plures in rixa delinquūt, nec
scitur quis fuerit, tunc omnes saltem Aq. l. pu
niuntur ad damnum, vt ff. ad l. Aq l. itē Mela.
§. si plures. sed non puniuntur Cor. de sic. quia
sm illam ictus cuiusq; considerandus est &c.
vt ff. ad l. Cor de sic. l. fin. & dubio dēmus
magis absoluere, quām condemnare, vt ff. eo. l.
absentem. & de act. & ob. l. Arrianus, vel qui
libet condemnabitur pęna extraordinaria, ꝓut
iudici videbitur, inspecta qualitate delicti
& qualitate personarum delinquētiū, ut ff. eo.
l. aut facta. ff. de extraor. cri. l. j. cum si. vt male-
22 ficium, non remaneat impunitum. † Sed nun-
quid iudex pōt præcipere suas condemnatio-
nes solui usq; ad talem teminum sub pęna ter
tij uel quarti uel pluris? Resp. ꝙ sic puto, arg.
ff. de usur. l. sella. & l. Caius Stichus, ff. si cer.
pe. l. lecta. & est rō, quia pōt suam iurisdictio-
nē defendere pęnali iudicio, ff. si quis ius dic.
23 non ob. l. j. † Sed pone, Ptās uel iudex fecit
poni tale bannum uel tale præceptum publicè
fieri, fecit quod nulla persona inter talem lo-
cum, uel aliquid aliud faciat in tali loco sub
certa pœna & banno 10. li. uenit aliquis & cō
tra fecit, an ipso facto debet hñ pro condem-
nato sine inquisitione uel condemnatione?
Resp. non, sed opus est ꝙ fiat in banno uel pręe
cepto, sic condemno quicunque intrauerit ta-
lem locū, uel tale quid fecerit, tunc con trafa-
ciens ipso facto est cōdemnatus, & nō indiget
ꝙ de nouo fiat inquisitio uel condemnatio.
Sic etiam in excōicato. extra de eo qui fur.
or suf. c. 1. de iure pat. c. relatum, no. de simo.
c. sicut. de sagit. c. 1. ubi de hoc. Sed poterunt
contrafactores de facto cōpelli ad dictam pę-
nā siue bānum ꝑ iura prędicta. cū similib. nec
poterunt appellare, quia in talibus exactio est
quædam executio, & ab executione non appel-
24 latur. C. q̃uō & q̃n iud. l. per executio. † Item
no. ꝙ si per uiā ordinariā, ut per accusationem
fuerit processum, sed propter contumaciam
ferat sñiam, tunc sic potest scribi sñia condem
natoria, in principio quaterni, sic scribetur.

IN NOMINE DOMINI Amen.
25 † Istæ sunt condemnationes & sñiæ condena-
ti cnis, uel istæ sunt sñiæ absolutionis, uel ab
solutiones factæ per nobilem uirū dñm M. Po
testatem uel capitaneum ciuitatis Mantuæ de
omnib. & singulis infrascriptis personis, pro
singuli infrascriptis delictis, & excessibus,
26 prout inferius per singula continetur. † Et est
notandum, quòd sñia est ferenda per os ipsius
Potestatis uel capitanei, uel iudicis &c. & aliter
lata non ualet, C. de sent. ex breui. reci. l. 1. &
2. & fi. ff. de arb. l diem. in prin. & l. non distin-
guimus, §. quod si hoc. nisi persona sit illustris
Nam pōt per alium ferre sñiam, ut in Auth. ut
ab illustri. §. sancimus. colla. 5. Sed de consue-
tudine Italiæ notarius legit, & Ptās uel iudex
postea dicit, & ita condemno, & sic pronuncio.
& absoluo. & bene ualet, & ita obseruatur,
quia bene est lata per os ipsius iudicis.

Alia foima condemnationis.

7 *Forma condēnationis reo existente contumace.*
NOS M. PREDICTVS Potestas
27 infrascriptas † condemnationes damus & pro
ferimus in hunc modum. M. filius Ioan. de Ser
ris denunciatus & accusatus de Petro filio A.
in eo & super eo quod dictus M. de anno &
mense tali fecit insultum contra ipsum Petrū
irato animo & malo modo cū uno cultello fe-
ritorio de ferro in ciuitate Mantuæ, in quar-
terio maiori in uicinia sancti Geruasij, in uia

publica ante domu magistri fratris medici: &
ipsum Petrum percussit & uulnerauit cũ ipso
cultello in facie, ex cuius percussione sanguis
exiuit, quem citari & moneri fecimus, ut ad
terminum iã elapsum corã nobis, & nostra cu-
ria cõpareret ad se defendendũ & excusandum
ad accusa, & ab alijs de quib. accusatus fuit, q
non cõparuit, sed potius mandatũ nostrũ ha-
buit in contemptũ, uñ ipsum habuimus pro cõ
fesso, p p eius contumaciã & inobediẽtiam, ut
hæc & alia in actis nostræ curiæ plenius conti
netur sm formam statutorũ omni uia & mõ
quib. melius possumus in his scriptis in c. li. de
nar. dãdis & solueñ. cõi Mãtuæ sn̄aliter cõdẽ-
namus. Si uero est facta ꝓbatio plena cõtra ac
cusatũ, sic põt & debet scribi condemnatio.

Alia forma condemnationis.

28 *Forma condemnationis quando reus cõparuit.*

NOS M. Potestas prædictus &c. M. de
28 nunciatus & accusatus coram † nobis & nr̃a
curia in eo super eo, & pro eo. Quem M. citari
& requiri fecimus per nuncium cõis ex parte
nr̃a & nostræ curiæ, ut corã nobis & nr̃a curia
compareret ad certum terminũ ad se defenden
dum &c. & comparuit & nullam legitimã ex-
cusationẽ fecit, quia nobis constat dictũ M. lo-
co & tempore suprascriptis commisisse dictũ
maleficium, ut hæc & alia &c. Idcirco præ-
dictum M. pro percussione facta in facie in lib.
c. & pro percussione facta in manu lib. 25. deñ.
& solueñ. &c. & ita &c.

Alia forma condemnationis capitalis quãdo reus est in fortiam Potestatis.

29 *Forma condemnationis ad mortem reo existente in fortijs.*

NOS M. Ptãs prædictũ M. &c. in nostri prę
29 sentia † constitutum &c. corã nobis &c. A. B.
de tali parte in eo, de eo, & pro eo, ꝙ ꝑcussit
C. filium dicti B. in ciuitate Mantuæ &c. cum
uno ense &c. una ꝑcussione in capite, ex qua
percussione mortuus fuit &c. cui M. in no-
stri fortia constituto terminum assignari feci-
mus ad sui defeñ &c. Quia nobis legitime per
ipsius M. spontaneam confessionẽ constat ipsũ
&c. uel quia per legitimũ numerũ testiũ cõstat
&c. ut hoc & alia in actis curiæ nostræ &c.
de consilio iudicum &c. secundũ formã statu-
torũ & omni modo &c. Quod ad locum solitũ
iustitiæ ducatur, & ei caput amputetur, ita
quod moriatur, & anima eius &c. & ita &c.

Forma condem. quando est processũ ad denun. alicuius, puta consulis.

30 *Formam condemnationis quando aliquis fuit denunciatus.*

MARTINVS denũciatus fuit a Ioan
30 ne in eo, de eo, † & pro eo, quod de anno &c.
insultum fecit contra B. in palatio &c. quem
citari fecimus ad terminum iam elapsum, ut
coram nobis &c. Idcirco ipsum M. in lib. 10.
&c. deñ &c. & ita &c.

Si autem fuerit processum per inquisitionem & ex officio, tunc sic scribatur.

31 *Eormam condemnationis quando processũ fuit per inquisitionem.*

MARTINVS contra quem proces-
31 simus † per inquisitionẽ ex officio nr̃o in eo
&c. ꝙ ad aures &c. fama publica &c. quod de
anno &c. animo furandi &c. furatus fuit duos
boues ualoris li. 20. de stabulo &c. committen
do &c. quem citati fecimus, ut coram nobis
&c. & ipso non comparẽte assignatus fuit ei
terminus ad se defendendũ &c. & nullã defen-
sionem fecit &c. uel contra quẽ fuit plene ꝓba
tũ &c. prout hęc & alia &c. Idcirco dictum M.
in li. c. cõi &c. & ad refectionẽ dictorum boũ
dicto tali &c. intra 10. dies &c. & ita &c.

Alia forma qñ processum est officio contra famosum latronem &c.

32 *Forma condemnationis, quando processum est per inquisitionem contra famosum latronem.*

32 NOS M. Potestas &c. † M. inquisitum per
nos &c. In eo &c. quod ad aures &c. M. est pu-
blicus & famosus latro & multas robarias
& furta commisit in loco tali &c. de anno &c.
Quem in nr̃a fortia detinemus, examinatus
su ꝑ inquisitione &c. ad banch. &c. Respõdẽdo
dixit, & sponte confessus fuit se derobasse
unã mulierem de una gunella panni rubei, &
de uno corexino ualoris &c. in tali loco
&c. Item de stabulo tali duos boues &c. Item
quam plura alia latrocinia, robarias & furta
in alijs pluribus locis fecisse, cui terminus &c.
Idcirco ipsum tanquã publicũ & famosum la-
tronem & derobatorem stratarũ dẽre in furca
laqueo suspendi, ita quod moriat̃ de cõsilio no
strorũ iudiciũ &c. sm formam statuto. &c. &
oĩ mõ &c. in his scriptis &c. Et no. ꝙ sn̄ia con-
demnatoria uel absolutoria semper est formã
da sm formam accusę uel inqsitionis uel denũ
ciatio.

ciationis, ut ext. de ac. c. qualiter & qñ. §. ad
corrigendum. & de simo. licet Heli. §. nā iusta,
ff. cōi diui. l. ut fundus. cū si. Item no. ꝙ iudex
dēt prius ueritatem inqrere, & postea ſm ueri
tatē formare suā inquisitionē. & sic ñ poterit
errare uel peccare, ut no. s. đ inq si. Itē no. ꝙ in
fi. condemnatio. dēt sic scribi, lata & data &c.

Quot modis super maleficijs procedatur. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Proceditur super maleficijs per accusationem. denunciationem, inquisitionem. exceptionem et extraordinarie in notorijs.*

1 SVPRA dictum est ordinate de malefi-
cijs & pœnis ipsorum. †Modo restat ui-
dere quot modis super maleficijs proceda
a tur. Et quidē plurib. modis ꝓceditur, *a* uideli-
cet per accusationem, per denunciationem, per
inquisitionem, per exceptionem & extraordi-
narie in nototijs, ut probatur C. ad l. Cor. de
fal l. cum suppositi de acc. l. ea quidē. de abol.
l. 2. ext. de ac. c. inquisitionis. & c. super his.
Extraordinarie in notoris proceditur, ut ext.
de acc. c. euidentia. & c. qualiter & qñ, § ad co-
gendos. ff. de extraordi. cri. l. j. & ext. de iureiu.
c. ad nostram. de coha. cle. & mul. c. fi. 2. q. j. c.
scelus. & c. de manifesta. cum simi.

A D D I T I O.

a ¶ Proceditur. *Tu vide latius per d. Hen. Bohic in c. super his. extra de accusa. in prin. Hie. Chu.*

Quid sit accusatio. Rub.

2 *Accusatio & accusare quid.*

2 QVID sit accusatio uideamus † igitur,
a & certe accusatio nihil aliud est q̄ con-
tra aliquem alicuius criminis delatio. *a*
Sic accusare nil aliud est quam per libellum
aliquem reum alicuius crīs deferre, ut colligit
C. qui accu. non pos. l. non ignorat. & l. cum
rationibus, ff. de accus. l. libellorum. ibi, reum
deferre, cum sim. Formatur autem libellus ac
cu. uel accusati hoc modo, uidelicet.

Forma libelli accusa. de insultu.

3 *Forma libelli accusationis de insultu.*

3 CORAM uobis † dño tali &c. Ego Io.
filius &c. habitator &c. accuso talem quem
dico ꝙ sub anno dñi currente &c. idem ta-
lis insultauit me, & insultum fecit iniuriose,
malo mō & illicito, irato aīo contra me cum
uno cultello ferreo, uel cum una spata, uel lan-
cea in tali loco, cui cohæret &c. & me percus-
sit & uulnerauit cum dicto cultello in facie cū
sanguinis effusione, unde peto per uos cōtra
dictū M. accusatum ꝓcedi super dicto malefi-
cio, & ipsū puniri & cōdēnari ſm formam iu-
ris statutorum &c. & omni alio modo &c.

Forma accusationis vel denunciationis de insultu.

4 *Forma libelli accusationis vel denunciationis de insultu.*

4 CORAM uobis &c. † M. filius &c. suo sa-
cramēto dicit, denunciat, & accusat A. filium
&c. habitantis &c. quem dicit de anno &c.
et mense cum animo irato insultasse in tali lo-
co &c. cui cohæret &c. et ipsum percussisse et
uulnerasse cum uno spontono in manu sini-
stra cum sanguine &c. Quare petit &c. per uos
contra ipsum procedi & ipsum cōdemnari se-
cundū formam iuris &c. et omni modo &c.

Forma accu. contra adulterum.

5 *Forma accusationis contra adulterum.*

5 CORAM uobis &c. † Suo iuramēto dicit,
denunciat, & accusat B. de tali loco, M. de ta-
li parte, filium talis, habitatorem &c. quē dicit
cōmisisse adulterium cū d. A. uxore sua, cogno
scendo eā carnaliter turpi & illicito mō: in do-
mo sua posita in tali loco &c. cui cohæret &c.
unde petit per uos eum puniri & cōdemnari
secundū formā iuris & statutorū &c. oī modo
&c. Et prædicta fuerunt de tali anno &c.

Forma accu. contra furem.

6 *Forma accusationis contra furem.*
7 *Libellus siue accu. denunciatio, seu inquisitio quæ debeant continere.*

6 CORAM uobis &c. † M. suo iuramēto di
cit, denunciat. & accusat B. de tali loco filiū ta
lis, quem dicit de anno præsenti, & tali mense
noctis tpe furtiue & malo mō intrasse do-
mum suā in stabulo equorum posito in tali lo-
co & de ipsa domo extraxisse, furasse & contra
ctasse unum suū equū brunum stellatū in frō
te &c. & tales alias res, uidelicet unum mātel-
lū de pāno uiridi foderatū &c. et unā gunel-
lam

A D D I T I O.

a ¶ Delatio. *Adde tu ad vindictam publicam in iudicio legitima interueniente descriptione, ita Doct. in rub. extra de accusa.*

b ¶ *Tu vide Ang. in tra. male. in verbo net non ad querelam. col. 1. & quæ ibi posui in addi. Hie. C.*

lam ab hoïe &c. vñ petit &c. † Et no. ꝙ in oĩ
7 libello *a* ſiue accuſa, ſiue denunciatione, ſiue
a inquiſitione debent apponi anni dñi, dies, &
menſis indictio qualitas delicti, vbi maleficiũ
fuit commiſſum & nomen & pronomen &
agnomen accuſantis & accuſati, vt plene con
ſtet de perſonis, cum primo ſit de ꝑſona quærẽ
dũ, ff. de iu. cod. l. quidam referunt, ff. de acc. l.
libellorum. arg. C. de teſti. l. ſi quis in noïe. Et
nomen rectoris loci & villæ iudicis, vt cõſtet
coram quo fuerit actũ. ext. de off. dele. c. coram
delicto. & quæ qualitas delicti, ff. de iud. l. ſi lo-
cus. & d. l. libellorum, cũ ſi. aliter de iure nõ va-
let, vt in Auth. ut præpo. nomen Imper. col. 5.
& ext. de prob. c. qm̃ contra falſam item & lo-
cus, vbi ſit proceſſus debet apponi in proceſ-
ſu & in actis ſcribi, alias non ualet proceſsus,
ut d. c. quoniam contra falſam. & ff. de iuſt. &
iu. l. pe. & in Auth. ut præpo. no. imper. §. fina.
tamen iam de facto obtinui propter defectũ
loci iudicij qui non erat in actis ſcriptus. Vn-
de debet notarius maleficiorum ſcribere in a-
ctis ſuis ſic, & tali modo videlicet.

Forma productionis accuſæ.

9 *Forma productionis accuſę & quid iurat accu-ſator, & ſcribi debet.*
9 *Lis conteſtari debet ſuper libello ſiue accuſa, & de calumnia iurari.*
10 *Subſtantialia iudicij & accuſę.*
11 *Actus iudiciarius an debeat fieri preſente aduerſario, & ſcribi per notarium coram iudi.*
12 *Libellus ſiue accuſa, aut alia ſcriptura iudicialis vel inſtrm̃, põt cõcipi in prima vel tertia perſona, anni domini, menſis & dies dati libelli ſcribi debent, non autem dies commiſſi delicti, ſed dies contractus, & an accuſans debeat ſe ſubſcribere ad pœna talionis.*

8 ANNO DOMINI † 1340. indictione
&c. Die 10. menſis Auguſti, porrecta fuit iſta
accuſa per Io. corã tali iudice maleficiorum ꝓ
tribunali ſedente in palatio cõis Mantuæ ad
banchũ maleficiorũ ad ius reddendum. Et dẽt
accuſator iurare accuſam ſuam eſſe uerã & nõ
calumnioſam. & hoc dẽt ſcribi in actis per no-
9 tarium, ut ĩ. dicã. † Itẽ no. ꝙ ſuper libello ſiue
accuſa dẽt lis cõte. & de calũnia iurari, & alia
ſubſtantialia obſeruari, ſicut obſeruatur in cau
ſis ciuilibus ut in auth. offeratur, C. de li. cõte.
& l. 1. ff. ad Turp. l. in ſenatuſc. §. qui poſt. alias
non ualet ſnĩa de iure, C. de ſen. & interl. om.
iu. l. prolatam. & C. de ſen. ex breui. rec. leg. 2.
Sed de conſuetudinẽ tanta ſolẽnitas nõ obſer
uatur, ſed tñ de iure eſt ſeruanda, q̃a non q̃d
fiat, ſed quid fiendũ eſt inſpici dẽt, vt ff. de of.
ꝑſi. l. ſed licet. imo accuſator cum porrigit ac-
cuſam, iurat dictam accuſam eſſe veram & nõ
calumnioſam, & hoc ſacrm̃ debet ꝑſtari poſt
li. conte. cum ſit iurm̃ calumniæ. ut C. de iur.
10 cal. l. 2 §. fi. ext. eo. c. cum accuſam. † Subſtan-
tiali autem iudicij ſunt iſta, ſ. citatio, libelli
oblatio, litis conteſtatio, iuri calumniæ prote-
ſtatio, depoſitio teſtium ſcripta in actis, & te-
ſtimoniorum ipſorum publicatio, & quod ſen
tentia ſcribatur, & quod a iudice ſedente pro
tribunali publicet, Et ſi quid de ꝑdictis dimit
tatur uel prepoſteretur, non ualet ratione ſub-
ſtantialis ordinis non ſeruati, vt no. C. de ſen.
& interl. om. iud. l. prolatam. & extra de prob.
cap. qm̃ contra falſam. ſubſtantialia aũt accuſę
ſunt iſta, ſ. annus, mẽſis, indictio, locus cõmiſ-
11 ſi delicti, & qualitas delicti, ut ſup. dixi. † Itẽ
no. ꝙ oĩs actus iudiciarius dẽt fieri ꝑſente ad-
b uerſario, *b* alias nõ valet, ut ff. de re iu. l. de uno
quoq; de confeſ. l. certũ, §. ſi q̃s abſente. dẽnt
ẽt ſcribi in actis ſiue in libro tabellionis corã
iudice, uidelicet citationes, dilationes, exce-
ptiones, proteſtationes, & omnia quæ in iudi
12 cio fiunt; ut d. c. qm̃ contra falſam. † Item no.
ꝙ non refert utrum libellus ſit ſiue accuſa, uel
alia ſcriptura iudicialis, uel inſtrm̃ concipiat
in prima perſona, uel in tertia ꝑſona, ut in for-
mis accuſationum poſui, ut probatur extra
de conuer. coniu, cap. fi. §. uerum de iure pat.
c cap. quod autem. in fin. Sed anni *c* domini,
men-

ADDITIONES.

a ¶ Libello. *Vide Ang. de maleſi. in tract. maleſi. in verbo, hec eſt quedam inquiſitio, num. 52. & quę ibi latiſsime poſui. Hie. Chuca.*

b ¶ Aduerſario. *Intellige uel citato, ut d. leg. de vnoquoque, & in d. c. quoniam contra.*

c Sed anni. *De hoc ꝑ Ale. in cõſ. 72 col. 2. & uer. his ſuppoſitis, 4. uol. & in 2 vol. conſi. 149. col. 2. & conſi. 177. col. 4. verſi his premiſſis. de his au tem dic, ꝙ iudex ſuadente ſibi equitate poterit ad inſtantiam rei iubere, ut ponatur dies, ita Bar. in l. libellorum, alle. licet Imo. cõtra, in l. is qui reus, ff. de pub. iud. ſed opi. Bar. communiter tenetur. Adde ꝙ etiam & dies de neceſsitate requireretur, quando per ſtatutum fieret in illa die delictum, & etia hora, ut per gl. in l. cum actum ff. de reg. ge. & dicit Bar. ĩ d. l. libellorũ*

mensis, indictio, locus, & dies dati libelli de-
bent, vt dixi, scribi, dies autem commissi delicti
non, vt d.l.libellorum. cum si. sed dies celebra-
ti contractus debet apponi in instro, C.de con-
trah.& com.stip.l. optimam. alias non valeret
&c. Item no. quod ille, qui accusat, dēt se inscri
a bere *a* ad talionis pęnam, si non probauerit suā
accusam, & scribatur sic, videlicet.

ADDITIO.

a ¶ Inscribere. *Adde quod hoc de consuetudine nō seruatur ita Bar. in l. si cui. in prin. & in l. libellorum. ff. de accu.*

† *Tu vide Ang. Are. & q̄ ibi posui in trac. malefi. in ver. nec non ad querel. &c. ver. secundo requiritur, vbi reperies oīa hic dicta, in isto ver. cōstitutus &c. no. & latius declarata. H. Chu.*

Forma inscript. ad pęnam talionis.

13 *Forma inscriptionis ad pęnam talionis.*
14 *Accusator & accusatus, an in grauibus delictis debeant carcerari.*
15 *Accusator an satisdet de prosequēdo accusationem, & an puniatur si non fuerit prosecutus.*
16 *Accusator quō debeat suā accusationē ꝓbare.*
17 *Accusare in publicis delictis qui possit, & an denuncians teneatur probare.*
18 *Loci fines an debeant in accusa poni.*
16 *Accusa vel denunciatio non continens annum nec mensem neq; indictionem, an valebit, si tamen ista sint in principio quaterni.*
20 *Forma accusa eorum, qui alieno nomine accusant, puta tutores &c.*

CONSTITVTVS M. coram domino P.
13 iudice † maleficiorum cōis Mantuæ pro tribu
nali sedente ad banchū maleficiorum ad ius
redden. in palatio dicti cōis, vt moris est, se in
scripsit ad pœnam talionis si non probauerit
accusam, quam subiturus esset dictus Ioan. si
ꝓbaret dictam accusam contra eū factā anno
dñi &c. præsentibus tunc testib. &c. Ratio est,
quia debet puniri, quia qui non ꝓbat, calūnia
ri vr̄. & est puniendus, vt C. de aduo. diuer. iu-
di. l. j. de calum. l. fallaciter. ext. de proc. c. tuæ.
de calum. c. contra. Et si non subscripserit se ad
pœnam talionis, non minus est puniendus, vt
14 no. C. de fi. inst. l. 1. † Et debent in grauib. deli-
ctis accusator & accusatus carcerari, ff. de cust.
reo. l. Diuus Pius. & l. de custodia, & C. eo. l. j.
cum accusator debeat puniri eadem pœna, si
nō probauerit, vt s̄ dictum est, qua accusatus.
Vnde si accusatus est carcerandus, ita & accu-
sator, ad hoc, vt possit puniri si non probaue-
rit, per iura p̄dicta, sed hoc non seruatur de cō
15 suetudine. † Item accusator debet satisdare de
prosequēdo accusam, sicut fit in ciuili, ut C. de
episc. & cler. author gñaliter de lit. contest. au
th. sed libellum, & si non fuit prosecutus, inci-
dit in Turpil. senatuscon. & ea pœna punitur,
vt dixi supra de senatusc. Turpil. & no. extra
qui accusa. non pos. c. contra crimen, sed non
16 præstatur ista satisdatio de consuetudine. †
Item no. ꝙ accusator dēt accusationem suam
plene probare, vt C. de proba. l. sciant, de pœ. l.
qui sñiam laturus est, vel saltem simpliciter &
per vnum testem fide dignum, vel violēta indi
cia &c. vt sup. no. & C. de edē. l. q̄ acc. C. ad l.
Iul. mai. l. si quis. & dixi latius s̄. de test. & in-
17 di. & sup. de prob. † Itē no. ꝙ in publicis iudi
cijs quilibet pōt accusare, q̄ non ꝓhibetur.
Quę aūt sunt publica iudicia, hr̄ ff. de pun. iud.
l. j. Et qui ꝓhibetur accusare no. sup. de ijs, q̄
acc. non pos. ff. de priua. deli. fi. C. de fur. l. mani
festissimi. Et idē vr̄ in denūciāte, q̄ ꝓbare dēt
cū loco accusatoris habeat, vt ff. ad Turp. l. ab
18 accusatione, §. viatores. † Itē no. ut sup. dixi,
ꝙ locus dēt apponi in accusa. Sed nunquid fi-
ne loci dēant designari? Rñde, non ur̄, quia in
illa l. libellorum, ff. de accus. non dr̄ quod fines
designentur, sed ꝙ locus apponatur in accusa:
& sic dēt sufficere, si locus solus apponat. Sed
tutius est quod fines loci designentur, & sal-
tem duo, ut ff. de cēsi. l. forma. & d. l. libellorum
16 ibi, in domo illius &c. † Sed quid si no. cōtinē
tur in accusa. uel denunciatione nec annus,
nec mensis, nec indictio, &c. sed continentur
in prin. quaterni, ut quotidie fit? Rñde, ꝙ de ri
gore iuris non ualeat, quia l. illa, libellorum. di
cit ꝙ p̄dicta debēt apponi in dicto libello si-
ue accusa, non aūt in prin. quaterni, sed forte
tolerari pōt p l. si quis ex argentarijs, ff. de
edē. sed pōt dici, ꝙ ista loquitur in rōnib. cōi
bus: nō autē in accusis seu denunciationib. vel
actis. Sed tñ de consuetudine ita seruatur, ꝙ
in prin. quaterni ponuntur anni dñi, & indi-
20 ctio. † Sed quid de his, qui nomine alieno ac-
cusant; ut est curator, procurator, & syndicus?
Respon. tutor potest suo nomine & ad utilita
tem pupilli sui accusare, & maxime si est in-
fans uel pupillus, hoc modo uidelicet.

CORAM uobis d. T. Potestate &c. Ego
tutor Alberti. f q. Io. iuro nomine & ad utili
tatē dicti pupilli mei, & iuro meo denuncio &
accuso M. quem dico de anno præsenti &
mēse percussisse pupillum meum cū manib. in

capite

capite iniurioſè & irato animo & malo in ciuitate Mantuæ, in contrata &c. in via publica &c. cui cohæret &c. vnde puto ipſum M. accuſatum puniri & condemnari ſecundum formam iuris &c. & omni modo &c.

Alia forma accuſæ pro danno da.

21 *Forma accuſæ tutoris in damno dato.*
22 *Tutor an poſſit vel debeat accuſare ſuo nomine, & ad vtilitatem pupilli.*
chra,ff.de offic.præſi.l.congruit.cum denuncia
tio ſit vnus modus procedendi in criminalib.
no.ſuper de accuſa. in princ. & extra de accu.
c.ſuper his.

De inquiſitionibus & earum formis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis deſcriptio.*
2 *Item alia deſcriptio.*
3 *Item alia deſcriptio,& an in inquiſitionibus ſit ordo ſeruandus.*
4 *Inqſitio quādo requirat ordinē iudiciariū ſeruari,& quādo nō,& an aſſeſſores obſeruent hæc.*
5 *Puniri an poſſit aliquis ſecundum iura vterasſ ne accuſatore.& in quibus vaſibus hoc fallat.*
6 *Inquiſitio an in omni caſu fieri poſſit,et quid de generali conſuetudine obſeruetur.*
7 *Iudex quam debeat adhibere diligentiam ,& quid facere qñ ſibi relatum fuerit de crimine .*
8 *Teſtes quales debeant eſſe,& mali aſſeſſores nō ſunt aſſeſſores,ſed canes nuncupari merentur, & inquiſitio multis modis formari poteſt.*

1 SEQVITVR † videre de inquiſitioni-
a bus.Inquiſitio *a* eſt alicuius criminis inda-
2 gatio,vt colligitur C.de fal.l.vbi † Vel inqui-
ſitio eſt iudicis officium ad inueniendum ma-
lorum delicta,& pœna debita punienda, fauo-
re reipublicæ introductum vt ff. de off. præfe.
vigi.l.nam.de off.præſi.l.congruit,& l.illicitas
nam reipublicæ intereſt ne committantur ma-
leficia,vt l.ita vulneratus.ff.ad l. Aqui.& facit
ext.de accu.c.qualiter & qñ.el ij.§.ad corrigen
dos,& c.inquiſitionis. & de ſimo.c.licet Hely.
3 † Vel inquiſitio eſt quoddam iudicis officium
à iure communi permiſſum, ad malos & per-
fidos inquirendos,& pęna debita puniendos ,
vt ff.de offi.præſi.l.3.§.1. & in Auth.de col-
la. §. ad hoc prohibemus. colla. 9. & d.
l. congruit , cum ſi. Et in his inquiſitio-
nibus ſecundum quoſdam non eſt ordo iudi-
ciarius obſeruandus , ſed ex mero iudicis offi-
cio proceditur , vt in dictis iuribus conſtat.
4 † Alij dicunt , aut inquiritur aliquo promo-
uente dictam inquiſitionem, vt contra ſingu-
larem perſonam , & tunc talis promotio ha-
bet probare , & ſi non probauerit , de calum-
nia punietur, vt extra de calum. c.2. & c. cum
dilectus. & tunc cum tali inquiſitione iudi-
ciarius ordo ſeruādus,quia debet dari libellus
in inquiſitionis & lis conteſtari & c. vt extra,
de acc.c. qualiter.ij.§. debet, & ibi no.ꝙ c. ad
petitionem.vbi de hoc in gl.no.Si autem iudex
ex officio ſuo mero ſine aliquo promotore pro
cedit,quod facere poteſt,dummodo fama præ-
cedat , vt d. c. qualiter, circa prin. & extra de
accuſ. c.inquiſitis , §. ad hoc , & c. cum opor-
teat, de ſimo.c. licet Hely.§.tunc enim. & tūc
non eſt ordo iudiciarius ſeruandus. & de hac
mate-

ADDITIO.

a ¶ Inquiſitio. *De omnibus iſtis definitionibus videatis Ang. Are. in trac. maleſi. in verbo. hęc eſt quędam.in 2.& 3.col. vbi etiā videatis quæ ibi poſuimus. Hiero.Chuca.*

materia plene no. in d. c. qualiter & qñ &c.
vt no. Inno. in c. olim de accu. Sed aſſeſſores
5 hmõi ſolennitatis non obſeruant. † Item no.
ꝙ ſecundum iura vetera nullus ſine accuſato
re puniebatur, ff. de mune. & ho. l. reſcripto, §.
ſi quis accuſatorem, C. qui accu. non poſſ. l. 3.
a Fallit a hoc in aliquibus caſibus, in quibus ſi-
ne accuſatore proceditur, vt in crimine ſacri-
legij, C. de epiſc. & cleri. l. ſi quis in hoc genus.
Item in crimine ſuſpecti tutoris & curatoris,
vt ff. de ſuſpe. tut. l. tutor quoque, §. pręterea,
Item in charta falſa, C. de proba. l. iubemus.
Item in inſtrumento falſo, C. de teſti l. nullũ.
Item in calumniatore. C. de calum. l. 1. Item
in crimine falſi, C. de fal. l. ſi quis falſos, & l.
vbi. Item in adulterio, vt ff. de adul. l. j. §.
reipublicæ. vbi de hoc no. vnde dicunt qui-
dam quod non põt procedi per inquiſitionẽ.
6 niſi in dictis caſibus, † Sed contra eos aperte
ſunt multa iura, per quæ vr̃ quod procedi põt
per inquiſitionẽ in omni caſu, ut in Auth. de
collato. §. iubemus. colla. 9. vbi expreſſe vr̃
quod procedi poſſit, vt extra de accu. c. ſuper
his, de off. or. c. j. ff. ad l. Iul. pecu. l. lege, §. mã-
datis, & ita de gñali conſuetudine etiam ob
ſeruatur, quæ vicem legi obtinet, ff. de leg. l.
cum de conſuetudine. & l de quibus, §. fi. &
C. quæ ſit long. conſue. l. j. & per totum. &
hoc intelligo ſi fama præcedat, uel clamor,
uel indicium ſaltem vnum de duob. vt extra,
de accu. c. qualiter & qñ, & c. cum oporteat.
iudex autem ſuo motu, fama nõ pcedente &c.
non põt procedere ad inquiſitionem, quia iã
non poſſet infamare inſontem & non culpa
bilẽ, & punire iniuſte, quod non vr̃ iuridicum,
extra de ſimo. c. licet Hely. §. ad corrigẽdos. &
c. per iuris, §. nos vero. de accu. c. inquiſi-
tionis, §. ad hoc nam licitum non eſt ẽt aliũ
infamare, vt 5. q. j. c. j. ij. & iij. & c. ſi quis
famoſum. imo qui ex officio offendit innocen
tem, vel condemnat, punitur, vel infamat
contra veritatem, punitur, C. qui latro occul.
l. ij. §. ſinautem. ibi vero ignaro iudice &c.
ff. de ſic. l. j. circa prin. ibi, quem cum magiſtra
tus. ff ad leg. Iul. repe. l. lege Iulia, § fi. &
7 dixi de famo. libel. † Item no. quod iudex
debet eſſe cautus, vt cum relatum ſibi fuerit
de crimine cõmiſſo ab aliquo, ipſe debet inter
rogare qui erant præſentes, & ipſe examina-
re, & veritatem inquirere, & ſecundum veri-
tatem ſuam formare inquiſitionem, & teſtes
ſuper ipſa examinare, & ſic non peccabit
8 † Item teſtes debent eſſe bonæ conditionis
& famæ, non inimici, non cohabitantes cum
inimicis, & tales qui non reppellantur a teſti-
monio, vt extra de accu. c. cum oporteat de
teſt. c. 1. & c. teſtimoniũ, ff. de teſti. l. ſcio, & l.
ob carm. cum ſi. & dicetur inf. plene de teſti.
Sed mali aſſeſſores & proteruì & ignorantes
iuris, ut vilipendentes Deum & iuſtitiam,
non obſeruant prędicta, & tales non poſſunt
dici iudices, ſi non habent in ſe iuſtitiam, & ſi
eã non ſeruant, extra, de verb. ſig. c. forus, §. iu
dex. imo iſti tales non ſunt iudices, ſed potius
canes nuncupari merentur. Formari autem
poteſt inquiſitio multis modis, ſecundum ꝙ
qualitas delicti requirit. & ad inſtructionem
rudium aſſeſſorum aliquas formas deferre
intendo in hunc modum, videlicet.

Forma inquiſitionis contra inſultantem de percuſſione.

9 *Forma inquiſitionis contra inſultantem de*
percusſione.
9 IN † NOMINE domini amen. Hæc eſt
inquiſitio, quæ fit & fieri intenditur per nobi
le virum d. A. Poteſtatem &c. contra L. filium
talis, de tali loco, in eo, & de eo, & ſuper eo,
ꝙ ad aures &c. fama publica &c. peruenit,
ꝙ tali anno, menſe, & loco &c. inſultauit &
inſultum fecit pręedictus L. contra talem &c.
& ipſum percuſſit & vulnerauit cũ vno cul-
tello feritorio in facie, ex cuius percuſſione
& vulnere ſanguis exiuit, ſuper quib. omni-
bus & gñaliter ſuper alijs omnibus cohæren-
tibus, dependẽtibus & connexis, dñs Poteſtas
inquirere intendit, & dictum L. repertum cul-
pabilem de prædictis vel aliquo prædictorum
punire & condemnare ſecundum formam
iuris etc. omni modo etc. Formata fuit di-
cta inquiſitio per dictum dñm Poteſtatem
ſedente uel pro tribunali etc. die tali etc.

ADDITIO.

a ¶ Fallit. *Vide Ang. Are. in d. tract. in uerbo, hec*
eſt quædam inquiſitio &c. col. 3. in uer. ij. prin-
cipaliter in hac materia &c. Hiero. Cuch.

Alia forma inquiſitionis contra inſultantem &c.

10 *Forma inquiſitionis contra inſultantem & oc*
cidentem.
10 IN † NOMINE Domini. amen. Hæc
eſt quædam inquiſitio, quæ fit &c. & fieri
intenditur per talem Poteſtatem & eius cu-
riam

risam &c. contra talem &c. in eo, & de eo, & super eo, ꝙ dictus talis insultauit & insultum fecit contra talem animo irato, & malo modo, & ordine, & ipsum percussit & vulnerauit cum vno spontono in corpore ipsius, ex qua percussione & vulnere dictus talis mortuus est. Et prædicta fuerunt in tali loco &c. cui cohæret &c. formata fuit dicta inquisitio &c.

Alia Forma contra illum qui intrat domum alicuius.

11 *Forma inquisitionis cōtra illum qui per vim intrat domum alicuius, & illum interfecit.*

11 IN † NOMINE Domini, amen, Hæc est quædam inquisitio quæ fit &c. per talem Potestatem &c. contra talem &c. in eo &c. ꝙ prædictus talis noctis tempore per vim, vel manu armata cum armis offendibilibus, vel defensibilibus, scilicet panceria, tabulatio, siue rutella, cultello, & spata, & lancea intrauit domum talis, & ipsum percussit, & vulnerauit in capite, & pectore, pluribus percussionibus & vulneribus, ex quibus sanguis exiuit. & mortuus est ex dictis percussionibus & vulnere. Et prædicta fuerunt &c. super quibus &c.

Alia forma eiusdem materiæ.

12 *Forma inquisitionis contra illum qui alienam domum per vim intrans, vxorem alienam carnaliter per vim cognouit.*

12 IN † NOMINE Domini, amen. Hæc est quædam inquisitio, quæ fit &c. per talem Potestatem &c. contra & aduersus talem in eo &c. ꝙ dictus talis noctis tpe per vim intrauit domum habitationis talis, & ibi inuenit talem eius vxorem, & ipsam per uim proiecit in terram, & uiolenter & carnaliter eam cognouit. committendo adulterium cum ea, contra eius voluntatem, & prædicta fuerunt in tali loco &c. tali anno &c. super quibus omnibus &c. formata fuit &c.

Alia forma contra robatores.

13 *Forma inquisitionis contra robatores.*

14 *Iudex debet formare inquisitionem secundum veritatem, & non aliter, & quæ alia sunt consideranda, & quid faciant de consuetudine assessores.*

15 *Iudex an debeat dare copiam totius processus inquisito. antequam cogat illum respondere.*

16 *Inquisitione formata, non præcedēte forma vel clamore, an valebit processu & sententia.*

17 *Iudice inquirente ex officio nō ad instantiam alicuius an publicatis attestationibus, poterit aliquos testes recipere ad inquirendam veritatem.*

13 IN † NOMINE Domini, amen. Hæc est quædam inquisitio, quæ fit &c. contra talem & talem publicos latrones & famosos, & stratarum robatores & assassinos, publice & palam, & per vim homines ꝙ personas in strata publica sæpius derobare, & spoliare assuetos, in eo &c. ꝙ prædicti & quilibet ipsorum de anno &c. in tali strata publica &c. insultauerunt, derobauerunt, & spoliauerunt talem de vno equo stellato in fronte, & de vno mantello blancho &c. & de quibusdam alijs rebus quas secum habebat, & etiam derobauerunt talem de vna sua gunella blaueta, & de talibus rebus, super quibus omnib. &c. & prædicta fuerunt de anno
14 &c. formata fuit &c. † Et no. quòd iudex debet formare suam inquisitionem s'm veritatē & non aliter, aliàs falsam committit & peccat mortaliter, quæ inquisitio est formanda secundū qualitatem delicti, vt ff. de iniur. l. prętor, & qualitatem rerum & signa, vt ff. de fur. l. actio, §. vestium, ff. de accu. l. libellorum extra de accu. qualiter & quādo, &c. qm̄ cōtra falsam, de prob. Item antequam formet inquisitionem, debet præcedere fama vel clamor &c. vt sup. dixi. Et de hoc debet prius constare per testes fide dignos, & tales qui non repellantur a testimonio, ut sup. not. quorum dicta debet iudex facere redigi in suis actis extra, de accu. c. inquisitionis, §. quæsiuisti. ibi, ad hoc &c. & c. cum oporteat. ibi, discretioni vestræ, &c. inquisitio, in fin. & 2. quæst. 1. Deus omnipotens. ibi, descendam inquit &c. quia non creditur ei, nisi quatenus constet legitimis, & documentis, & d. c. quoniā cōtra falsam. sed de consuetudine etiam fama non probata proceditur ad inquisitionem multoties per assessores. Item debet apponere locum vbi processus fit in palatio communis, vt dixi. aliàs non valet de iure, vt in Auth. vt præpon. no. Impera. coll. 5. & d. c. quoniam contra falsam, ff. de iust. & iu. l. pe. cum simi. & alia debent apponi, vt no. sup. de accu.
15 §. seq. † Item no. ꝙ iudex debet dare copiam inquisitionis illi contra quem inquiritur, & nomina & dicta testium, & copiam totius processus, & antequam compellat ipsum inquisitioni respondere, cum adhuc possit suas exce-

exceptiones & suam facere defensionem & pro
ponere, vt ext. de accu. c. qualiter & quando, 2.
§. debet igitur. Nam quandocunq. reo petente
debet dare vt possit se defendere, vt ff. de quæ-
stio. l. vnius, §. cogniturum. nam defensionis fa
cultas non est deneganda &c. C. de iur. fin. l. de
fensionis. lib. x. Item quia melius est ante tẽpus
occurrere, quam post vulneratã cãm remediũ
quærere. Sed mali assessores, iuris, & iustitiæ
ignari, Deũ & iustitiam contemnentes hoc nõ
16 seruant.† Sed pone quòd iudex formauit inq
sitionem non p̃cedente fama uel clamore, &c.
vt dixi sup. & procedit, nunquid ualet proces-
sus & s̃nĩa? Respon. non, de iure, extra de accu.
c. inquisitio. ibi, ad quod respõdemus &c. & est
ratio, quia non seruatur iuris ordo, unde non
valet. facit ext. de rescr. c. cum dilecta. §. deinde
& c. exhibita, §. 1. & fin. C. de sent. l. prolatam.
Item & modus est seruandus, & forma, aliter
non ualet quod fit, ff. ad munici. l. consti. ff. mã.
l. diligẽter. ext. de resti. spo. c. Pisanis. ybi de hoc
17 C. de procu. l. ad vnã.† Item no. ꝙ si iudex p̱-
cedit per inquisitionem ex officio suo, & non
ad instantiam alicuius, quod publicatis testi-
bus, siue attestationibus testium receptorum,
poterit alios testes recipere ad inquirendam ve
ritatem, vt extra de testibus c. cum clamor. se-
cus si ad instantiam alicuius processisset, quia
tunc timetur de subornatione, vt arg. ff. de
accu. leg. alij.

Alia forma de insulti & percus.

18 *Forma inquisitionis de insultu & vulneribus.*
19 *Inquisitio continebit commisso dicto maleficio, vel alio in dicto loco vel alio &c. & inquisitionis informatio siue probatio, an debeat fieri secundum formam inquisitionis.*

18 IN † NOMINE Domini, amen. Hæc est
quædam inquisitio quæ fit &c. per d. Potesta
tem &c. contra & aduersus talem, in eo &c. ꝙ
prædictus talis insultauit, & insultum fecit
contra talem, irato animo & illicito modo in
tali loco, & ipsum percussit & vulnerauit cum
uno cultello de ferro, & malitiose in pectore,
& alibi in pluribus partibus corporis, ex qui-
bus percussionibus sanguis exiuit, super qui
bus omnibus &c. & prędicta fuerunt de anno
19 &c. formata &c. † Et no. ꝙ inquisitione dici-
tur commisso dicto maleficio uel alio, in dicto
loco vel alio, &c. & debet fieri informatio se-
cundum formam inquisitionis, & si aliter fie-
ret, non ualet de iure, ff. communi diuid. l. ut
fundus, extra, de accu. c. qualiter. sed tamen si
ista verba apponantur, quia debent aliquid ope
rari, etiam si probatio non est facta secundum
formã inquisitionis, ꝙ non minus debet quis
condemnari, secundum quod probatum est. fa
cit ff. de leg. 1. l. si quando. Item uerba generali
ter prolata &c. quod non puto, quia inquisitio
debet esse certa, & in se continere certum, de
iniu. l. prætor, in prin. ff. vi. bo. rapt. l. prætor, §.
docere. Item iura uolunt ꝙ sententia feratur
secundum formam inquisitionis vel petitionis
non autem prout facta fuerit probatio, ut di-
ctum est, ut ext. de accu. c. qualiter & quando.
2. §. pe. ꝙ esse nõ poterit, nisi s̃m formã inqui
sitionis uel petitionis facta fuerit probatio, ut
dictum est & sic uidetur ꝙ dicta verba genera-
lia non sufficiant ad condemnationem fiendã.
Alij dicunt ꝙ inquisitio generalis ualet, etiam
si dicatur, contra quamlibet personam repertã
culpabilem de tali maleficio &c. arg. C. com-
muni diuid. l. ad officium, quia uerbum genera
liter &c. ff. si mens. fal. mo. dixe. l. 1. §. generali-
ter 23. q. 4. & hoc, quia crimina vndecunque
clarueri sunt punienda &c. cum simi. Fit etiã
generalis inquisitio contra officiales per sin-
dicatores ad hoc deputatos hoc modo uel si-
mili &c.

Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu.

20 *Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu.*
21 *Inquisitio generali contra officialem, an debeat continere istam clausulam, quod officialis deliquit in suo officio.*
22 *Officialis an teneatur de negligentia dolo, & an possit duplici officio fungi.*
23 *Et an condemnatus appellet.*
24 *Et an fugiens de loco habeatur pro confesso, & an possit per procuratorem respondere, & per quot dies stare debet ad syndicatum.*
25 *Officialis si non respondeat per se uel per procuratorum idoneum, an stabitur iuramento petentis ad fidem plenam si non habeat aliam probationem.*
26 *Officialis repertus inutilis propter quas causas poterit amoueri.*
27 *Officialis tenetur de dolo & imperitia, & an impericia assessoris imputetur assessori.*
28 *Officialis quomodo puniatur pro subtractis, & an possit accusari quandocunq; durãte officio.*

20 IN † NOMINE Domini, amen. Hæc eſt
quædam inquiſitio quæ fit & fieri intenditur
per d. A. ſyndicatorem generalē &c. deputatū
ad ſyndicandū oēs & ſingulos officiales &c. ꝓ
ſex mēſib. proxime ꝑteritis, ad inquirendū de
eo, & ſuper eo, ꝙ dictus B. officialis &c. tēpore
ſui officij habuit & recepit de pecuniis uel alijs
reb. dicti communis vltra ſalarium ſibi deputa
tum, & ēt ſuper eo ꝙ habuit uel extorſit aliqͩd
malo modo vel illicito contra formā iuris &
ſtatutorum, &c. ab aliqua ꝑſona cōi collegio
vel vniuerſitate &c. & etiam ſuper eo ꝙ dictus
olim officialis fuit negligens in dicto ſuo offi-
cio exercendo de aliquo quod per ſuum offm̄
facere debuit ſecundū formā &c. Et ēt ſuꝑ eo
ꝙ comiſit dolū vel fraudē, ac culpam in dicto
ſuo officio, & ēt quia damnificauit dictū cōe
vel aliā ſingularē ꝑſonam &c. & ēt ſuꝑ eo ꝙ
ipſe intulit aliquod grauamē vel iniuriā alicui
perſonæ &c. indebite &c. & ēt ſe abſentauit a
dicto ſuo officio &c. & ēt quia omiſit aliqua
facere de his quæ facere debuit &c. & ēt quia
multa fecit cōtra formā ſtatutorū &c. Suꝑ q-
bus oīb. & alijs gn̄aliter illicite cōmiſſis, & ꝑ-
petratis ꝑ eū, vel ꝑtermiſſis dolo, negligentia
vel culpa ſua. Et ſuꝑ alijs oīb. cohærētib. depen
dētib. & cō nexis, ac prorſus extraneis, q̄ fecit
vel ꝑtermiſit, inquirere intendit, & ipſum reꝑ
tum culpabilem, de ꝑdictis vel aliquo prędicto
rū debita pęna punire & cōdēnare ſecundū for
mam iuris &c. & omni alio modo &c. & ip-
ſum non repertum culpabilem abſoluere &c.
21 formata fuit &c. † Et not. quòd in iſta tali
generali inquiſitione ſecundū quoſdā non dēt
poni aſſertiue ꝙ officialis deliquerit in ſuo of-
ficio, propterea quia ius præſumit pro ipſo ꝙ
bene geſſerit officium ſuum, eo quod iurauit,
vt ext. de præſum. cap. illud. & cap. ad audien
tiam. Nam nemo præſumitur immemor ſalu-
tis æterne, C. ad leg. Iu. repetun. l. fi. cum ſimi.
22 † Item not. ꝙ officialis tenetur de negligen-
tia, C. de offic. præfect. præto. l. ſi quis. de di-
uer. off. l. apparitores. lib. 12. ff. de off. præſi. l.
diuus. Et no. ꝙ non. poteſt quis duplici officio
fungi, vt no. C. de iud. l. 2. item tenetur de do-
lo & culpa, ff. de magi. con. l. 1. ff. quod quiſ-
23 que iur. l. 2. † Item no. ꝙ ſi officialis condem-
netur, non poteſt appellare, C. quo appel. non
24 recip. l. nulli. † Item not. ꝙ ſi officialis aufu-
giat de loco, ꝙ hr̄ pro confeſſo de his de qui-
bus accuſatur vel inquiritur contra eum. C.
de aſſeſ. leg. conſiliarios, de dignitat. l. iudices.
lib. 12. Itē poteſt reſpondere per procuratorem,
vt C. vt oēs cauſæ tam ciui. q̄ crimina. l. 1. §.
fi. Et det ſtare ad ſyndicatum per quinquagin-
25 ta dies, ut d. l. conſiliarios, patet. † Itē no. ꝙ ſi
non ſteterit per ſe, uel ꝑ procuratorē idoneum
q pro ipſo reſpondeat, & eum defendat, quod
ſtabitur ſacr̄o petentis ab eo ad plenam fidem,
ſi non eſt alia probatio, ut in Auth. de colla. §.
pe. & §. ſi quis autem col. 9. Facit in Auth. de
26 man. princ. §. oportet. col. 3. † Item no. quod ſi
officialis reperiatur inutilis ad offm̄ exercen-
dum, vel propter infirmitatem longam, vel ꝓ-
pter negligentiā vel imperitiam, vel aliam ſimi
lē cauſam, quod debet remoueri, & alius ido-
neus loco ipſius ſubrogari. art. C. de off. præfe.
prætor. l. ſi quis facit ff. de ſuſpect. tutor. l. in
27 locum. † Item no. ꝙ officialis tenetur de dolo
& imperitia. vnde ſi quid in dolo facit, punitur,
& ſi imperite facit, tenetur ad damnum & in-
tereſſe, ut ff. quod quiſq; iuris l. hoc edicto. In-
ſti. de obl. quæ ex quaſi delict. naſcun. in prin. fa
cit Inſt. ad legem Aq. §. imperitia. ſed tn̄ imperi
tia non debet aſſeſſori imputari, ſed poteſtati
vel capitaneo cum quo aſſeſſor ille moratur,
28 vt d. l. edicto. & C. de aſſeſ. l. 1. † Item no. ꝙ ſi
ipſe aliquid ſubtraxit ab aliquo, ꝙ tenetur ad
reſtitutionem in quadruplum, ut duplum ha-
beat communem ſiue fiſcus, & aliud duplum
ille a quo extraxit. C. de aſſeſ. l. conſiliarios. ad
l. Iu. repe. l. 1. uel punitur aliter, C. de pę. iud. qui
male iud. l. 1. & in auth. ibi poſita. item quan-
doque poteſt etiam durante ſuo officio accuſa
ri, ut no. s̄. de his qui acc. no. poſ. circa fi. Sunt
etiam quidam ſimplices qui formant inquiſi-
tiones ſuper reatu hoc modo, videlicet.

Forma inquiſitionis ſuper reatu.

29 *Forma inquiſitionis ſuper reatu, quomodo fiat*
& an ſit facienda.
30 *Inquiſitionis proceſſu pendente, ſi compareat*
extraneus quod uelit accuſa, an ſit audiendus.
31 *Accuſatus an ſit citandus ad videndum iura-*
re teſtes, quos iudex ex officio vult examinare ſu
per inquiſitione.
32 *Inquiſitione cępta per iudicem ſuper aliquo ma*
leficio, ſi iudex moriatur, aut ſuum finiat offi-
cium, an ſucceſſor ſuper dicta inquiſitione proce
det, & an dabit nouam dilationem.
33 *Inquiſitione facta ſuper homicidio, ſi inquiſitus*
ſit contumax, & tanquam confeſſus condemne
tur, an ſententia ualebit.
34 *Bona abſentis quando publicantur.*

35 *Iudex quomodo debet esse cautus circa officium maleficiorum ne decipiatur.*
36 *Iudex quomodo debet accedere ad locum mortui, & eum videre &c.*
37 *Iudex debet credere dicto medicorum.*
38 *Vulnerans animo occidendi aliter punitur secundum ius commune, aliter punitur secundum leges municipales, & generalem consuetudinem, morte non sequuta.*
39 *Iudex intendens examinare testes contra inquisitum vel accusatum, an debeat facere citare eum vt videat iurare testes.*
40 *Procedi de nouo an possit super eo super quo prius fuit processum, & lapsum est biennium, infra quod debuit ꝓcessus fieri, & snīa ferri.*
41 *Linguam sibi abscindens timore tormẽti, dum procederetur cõtra eũ deprehensum in adulterio vel alio maleficio, an habebitur, pro confesso.*
42 *Delinquens in Ecclesia, an grauiori pœna puniatur, quam alibi delinquens.*
43 *Ludendo si vnus ex socijs alium impellat, qui cadens sibi frangat caput vel brachium, an impellens puniatur.*
44 *Faber faciens gladium ad vẽdendum, quo aliquis postea mortuus est, an debeat puniri.*
45 *Familia potestatis inquirente contra portantes arma, si inueniatur cultellus ad pedes plurium, vel sub bancho vbi sedebant, an quilibet sit condemnandus.*
46 *Confitens ꝙ in isto loco commisit vnum delictũ & in alijs locis alia delicta, an hic poterit de omnibus puniri, & quando.*
47 *Denunciato Pet. & Anto. si lite habita pro contestatione, per responsionem istorum ad inquisitionem, an si ille qui denunciauit vult eos accusare, audiatur.*
48 *Capere malefactorem si eum nouit, & illum ducere in fortiam cõis, an quilibet teneatur.*
49 *Inquisitio si fiat contra Martinum ꝙ vulnerauit Ioann. & Marti. dedit fideiussorem super vulnere de quo inquirebatur de præsentando eum, vel soluendo centũ libras pro condemnatione si qua fieret occasione dicti vulneris.*
50. *Fideiubente Titio pro Marti. de præsentando eum, ꝓ aliquo maleficio, si dictus Marti. aliud maleficium committat, propter quod exbanniatur, an Potestate requirente Titium quod præsentet Martinũ, teneatur illum præsentare.*
51 *Iudice inquirente contra aliquem, ille comparet & negat se fecisse maleficium de quo inquiritur, probatur per testes quod illud commiserit, cæterum ille comparet & dicit, feci ad meam defensionem, quod offero me probaturum, an sit audiendus.*
52 *Delicto commisso per Senensem in ciuitate Lucana, ex quo iure communi imponitur pœna pecuniaria, & lege municipali abscissionis manus, quo iure puniatur.*
53 *Delicto commisso si biennium labatur, & fias lex noua, quam iurauit seruare Potestas nouus, an condemnabitur delinquens secundum legem antiquam vel nouam, siue maior sit siue minor pęna.*
54 *Potestate habente arbitrium super criminibus quidam ciuis commisit delictum extra iurisdictionẽ illius, & inforensem, an Potestas possit, contra istum delinquentem inquirere, & debita pęna punire.*
55 *Forrense delinquente extra iurisdictionem Patauinã, puta Taruisii, in forensem vel ciuem, an Potestas Patauij poteris illum punire, si reperiatur Patauij.*
56 *Forensi delinquenti, vt supra, an erit locus remissioni.*
57 *Fideiubens de præsentando aliquem citatum pro aliquo delicto, si non præsentat illum monitus a iudice, qualiter debet puniri.*
58 *Iudice faciente plura præcepta; vnum post aliud, de præsentando, an de omnibus sit condemnandus, vel de vno.*
59 *Præceptum factum alicui alleganti coram iudice de iure suo, ab ipso iudice ne loqueretur, in pœnam lib. x. & ille nihilominus loquatur allegando. nunquid tenebitur, ita quod possit condemnari.*
60 *Delicto commisso in confinio duarum ciuitatũ vel castrorum habentium iurisdictionem, an vterque rector inquirere & puniri poterit, & an erit locus præuentioni.*
61 *Delicto commisso, vt supra, si per vnum rectorem fuit inquisitum, & reus absolutus, an rector alterius ciuitatis poterit de dicto maleficio inquirere & punire.*
62 *Inquisitione facta contra Titium de aliquo maleficio, ac eo contumace si condemnetur, vt si venerit in fortiam cõis decapitetur, an eo peruento in fo tiam communis debebit decapitari.*
63 *Inquisitio delicti vsque ad quod tp̄s fieri potest.*
64 *Vulnerans aliquem de famĩa Potestatis vel Capitanei, an possit inquiri & puniri per Potestatem, vel Capitaneum.*
65 *Potestate habente arbitrium super criminibus suo tempore commissi, si quidam suo tempore sit mortifere vulneratus, & postea tempore sequen-*

sequentis Potestatis decedat, cui non erat datum arbitrium, an secundus Potestas poterit procedere super homicidio ex tali arbitrio.

29 HAEC † est quędam inquisitio quæ sit per
&c. contra & aduersus talem, pro eo, in eo, &
super eo quod dictum & relatum fuit dicto domino Potestati & suæ curiæ, sic & sic &c. dico quod ista est mala forma, & modus insufficiens inquirendi tribus rationibus principaliter. Prima quia prius debet constare de relatione in actis, quia non creditur iudici nisi appareat, vt no. ext. de proba. cap. quoniam contra falsam. Secunda quia iste non est de modis traditis à iure procedendi, vt no. supra de accu. in prin. Tertia, quia sententia debet formari & pronunciari secundum formam inquisitionis, ff. communi diuid. l. vt fundus extra de accu. c. qualiter ij. §. pen. de simo. c. licet Hely. & sic sententia formabitur super relatu alterius, & sic super incerto, quod esse non debet, quia sententia debet esse certa, vt Inst. de act. §. curare. vnde talis modus mihi non placet saluò semper consilio saniori, alias nisi vbi persona esset deputata ad deferendum maleficium vel portantes arma, vel ludentes ad azardum, vel similia per formam statutorum uel ordinamentum,
30 nam tunc ualet relatio. † Sed pone quod iudex processit per inquisitionem pendente adhuc processu, comparet alter extraneus, qui uult accusare, nunquid est audiendus? Rñ. sic uidetur, ratio est, quia ordinariũ auxilium prefertur extraordinario, ut ff. de mino. l. auxilium, & l. in causæ, ff. de eden. l. quędam. ad muni. l. de adul. l. si maritus, §. fi. quod uerum est, si modo compareat ante litis cõtestationem per rñsionem inquisiti, secus si post, quia de qua recognouit iudex & cap. ff. de iud l. de quare. Alij dicunt quod debet audiri usque ad aperturã testium, arg. C. de temp. app. l. 3. in fi. Sed alij dicunt ꝙ qñcunque; ante sententiam, arg. ff. de adult. l. si maritus, §. i. de ædil edic. l. bouem, §. si sub conditione. extra, de accu. c. de his cum si. & hoc approbat Dy. facit d. l. in causæ, & ff. de libe. cau.
31 l. uno §. plane. † Sed nunquid iste accusatus debet citari ad uidendum iurare testes, quos ex officio suo intendit examinare super dicta inquisitione? Rñ. sic, de iure, ut C. de testib. l. si quando, & auth. ibi posita. alias dicta testium non ualent, ext. de testi. c. ij. sed ignari assesso-
32 res hoc non obseruant. † Sed quid, processit iudex per inquisitionem super aliquo maleficio, & decessit nondum finito processu, uel recessit suo finito officio, nunquid successor poterit super dicta inquisitione procedere? Respondeo sic, vt ff. de iud. l. mortuo. de inoffi. test. l. possemus §. si quis. & sine noua inquisitione, debet tamen nouus iudex nouam dare dilatio-
33 nem, ff. de iudi. l. edictum. † Sed quid, iudex processit super inquisitione super homicidio vel alio delicto capitali, ille inquisitus citatus non comparuit, & sic propter suam contumaciam habitus est pro confesso, fuit condemnatus, nunquid valet talis sententia? Respondeo non, vt ff. de pę. l. absentem. & dic vt ibi. Et præ dicta vera sunt quando imponitur pœna capitalis, vel alia vltra relega. In alijs vero delictis in quibus imponitur pęna pecuniaria, vel alia intra relegationem, bene potest ferri in absen-
34 tes, vt d. l. absentem, §. j. & seq. † No. tamen quod bona absentis vsq; ad annum non publicantur, post annum vero secus, ff. de requi. re. l.
35 j. §. præsides, & §. sed Papinianus & l. oẽs, cum si. † Item no. quòd iudex debet esse cautus circa officium maleficiorum, ad hoc ne decipiatur quia inuenta veritate delicti commissi, debet formare inquisitionem suam secundum veritatem, vt alibi supra dixi, & ponere in qua parte corporis fuerint vulnera illata, vel in capite, vel in pectore, vel alio loco, ad hoc vt aperte constare possit, vtrum vulneratus sit mortuus ex vulnere vel non. nam tunc scire potest, vtrum de homicidio, an de vulnere tantum debeat vulnerantem condẽnare, & sic nõ peccat in sua snia.
36 Item debet accedere ad locum mortui, & videre, eum, & facere scribi qualiter vulneratus mortuus est, & habere medicos paratos & peritos qui eum medicauerunt, vel alios, & facere vt uideant illum mortuum, & vulnera, & delato eis iuro interrogare si ille est mortuus ex dictis vulneribus, vel ipsorum occasione vel non, & ista omnia faciat scribi in actis suis, & si dixerint illum esse mortuum ex dictis vulneribus, vel eorum occasione, tunc condemnare debet vulnerantem de homicidio, quantumcunque est condemnandus de iure, ff. de sica. l. nihil. alias de vulneribus tantum, & sic per viam istam non peccabit, & iustam dabit sentẽtiam. † Debet etiam credere dicto medicorum, vt
37 ext. de homi. c. significasti, C. de re mil. l. semel. sed iudices imperiti hoc non obseruant nec curant, & male agunt, & de facili peccare possunt & iniustam ferre sententiam, quod facere non debent, iuxta illud: Recte iudicate filij hominum, & diligite iustitiam uos qui iudicatis

38 dicatis terram.† Item no. ſecūdū ius cōe legis
Cor. de ſica. qui vulnerat animo occidendi
aliquem, quamuis non occidat, punitur, ut ff.
de ſic.l.j.§. diuus . Sed ſecundum iura muni-
cipalia , & ſecundum conſuetudinem gene-
ralem ſecus eſt, quia licet quis aliquem vulne
ret animo occidendi, ſed non occidit, non puni
tur de homicidio, ſed de vulnere tm̄ , vnde in-
telligas ea quæ notantur in hac ſummula ,
vbi tractatur de vulnere & perſecutione ſm
dictam conſuetudinem , ut quamuis percu-
tiat & vulneret animo occidendi, non punie-
tur, niſi de uulnere uel percuſſione , niſi inde
ſequeretur homicidium, ut dictum eſt. Item
no. quòd ſi ipſe iudex teſtes intendat exami-
nare, dēt facere citare illum accuſatum uel in-
quiſitum, cōtra quem teſtes debēt examinari ,
ut interſit ad uidēdum iurare teſtes, C. de teſt.
l. ſi quando. & auth. ibi poſita. aliàs non ua-
let teſtimonium ext. de teſtib. c. 2.. ſed igna-
ri aſſeſſores quandoque hoc non obſeruant ,
ut dixi ſupra. prox. Sed pone ꝙ proceſſum eſt
contra aliquem de aliquo maleficio , & la-
pſum eſt biennium intra quod debuit proceſ-
ſus fieri , & ſententia ferri, nunquid poterit de
nouo ſuper eodem procedi ? Reſp. ſic quia ſola
cauſa inſtantiæ perijt propter lapſum dicti
temporis , C. de iud. l. properandum , §. fin. &
39 ut intra cer. tem. cri. q. ter. l. 2. †Sed pone quòd
procedatur contra aliquem deprehenſum
in adulterio , uel alio maleficio, & ipſe timo-
re tormenti furtiue abſcidit ſibi linguam ,
an debeat haberi pro cōfeſſo? Reſp. dicunt qui
dam ꝙ ſic poſtquam fuit deprehenſus in cri-
mine, aliàs ſecus, ff. de his qui mor. ſibi conſci.
l. j. & l. qui rei. §. fi. ſicut contingit in carcera-
to qui fregit carceres , ff. de cuſt. reo. l. in eos ,
ff. de ri. nu. l. palam. §. quæ in adulterio , cum
40 ſi. † Sed quid, ſi quis deliquit in eccleſia, nun-
quid eſt grauiori pœna condemnandus quam
ſi alibi deliquiſſet? Reſp. ſic, ut C. de ſac. ſan. ec
cle. l. ſi quis in hoc genus , de his qui ad ec-
cle. confu. l. denunciamus. Nam loco & tem-
pore fit iniuria atrocior , ff. de iniur. l. prætor.
41 §. fi. & l. ſeq. † Sed pone quòd plures ludebant
& ſolatiabantur , & ludendo & currendo
unus impulit alium, & ille cecidit & fregit ſi-
bi caput uel brachium, uel cecidit ſuꝑ aliū, &
& fregit ſibi caput uel aliud ſimile, nunquid te
netur? Reſp. nō, niſi doloſe factū eſſet. ff. de in-
iu. l. illud, ad l. Aq. l. ſi ex plagis, §. fi. & l. ſi obſte
42 trix , cum ſi. † Sed nunquid faber. qui facit
gladium ad uēdēdū, unde poſtea aliquis mor-
tuus eſt , debet puniri. Reſp. non , ut ar. ff. loc.
l. qui domū. Item qui fecit artē ſuā & rē licitā
pœnam nō meretur, ff. de adul. l. Gracchus. &
non eſt interdicendū alicui uti arte ſua , niſi
ex cā, ut no. ff. de poſtu. l. puto , §. fi. de pœn.
l. ult. Item quia faciendo gladiū ad uēdēdū, nō
habit animum deliquēdi qui deſideratur , ut
43 ff. de ſic. l. in lege. & l. Diuus. † Sed pone dum
familia Poteſtatis iret rimando pro armis per
ciuitatem cōtra portantes arma, inuenit unū
cultellum ad pedes plurium uel ſubtus bāchū
ubi ſedebant, quæritur nunquid quilibet ſit cō
dēnandus? Reſp. dicitur ꝙ ſic ar. l. j. §. fi. & in
44 hac opi. fuit Gui. de Suz. † Sed puto contra
ꝙ nullus condemnetur , quia ex præſumptio
ne nullus eſt condemnandus , niſi conſtet cu-
ius ſit cultellus, uel qui poſuerit, nam ille tunc
condemnandus eſt, ar. ff. de ſic. l. fi. ſed quia non
conſtat , omnes ſunt abſoluendi, nam melius
eſt nocentem abſoluere &c. ff. de pœn. l. abſcen
tem . Item quia probationes debent eſſe luce
45 meridiana clariores &c. de prob. l. ſciant. †Itē
in dubio etiam contra fiſcum &c. ff. de iu. fiſ. l.
& non puto. Item quia ius non deficit, ſed pro
46 batio. leg. duo ſunt Titij de teſta. tut. †Item
quia nullus poteſt condemnari niſi probatio-
nibus conuincantur, 2. q 1. Deus omnipotens,
ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. neceſſitas. Item ra-
tione incertitudinis euitatur condēnatio , ff.
de rei uen. l. Pomponius , in fin. Nec obſtant
iura contraria, quia ibi certum erat ꝑ aliquem
de illis deiectum eſſe qui erant in domo . Sed
in caſu iſto bene potuit cultellus per alium po
ni , non per iſtos quos penes fuit inuentus ,
unde in dubio potius ſunt abſoluendi , & non
condemnandi , ut dictum eſt ff. de act. & obl.
47 l. Arrianus, cum ſimi. † Sed pone ꝙ quis de-
liquit in pluribus locis , ſed in loco iſto com-
miſit unum delictum , & iudex inquirit cōtra
eum, & ipſe confitetur ꝙ alibi pluries delinꝗt,
ſed hic ſemel tantum, nunquid poterit hic de
omnib. delictis etiam alibi commiſſis puniri.
Reſp. nō, ſed ſolum de iſto ꝙ commiſit hic, C.
ubi de cri. ag. opor. auth. qua in prouincia , ff.
de accuſa. l. ſi cui. §. pen. niſi eſſet uagabun-
dus, nam tunc ubique locorum pōt puniri, iux
ta illud , Vbi te inuenero , ibi te iudicabo &c.
Si autem proceditur uia ordinaria, ut per accu
ſam, pōt puniri, quod dic ut s̄ de fur. §. ſed ꝗd
aliquis commiſit plura furta &c. Sed quid,
quidam denunciauit iudici quòd M. Pe. & O.

commiſerunt q̄dā maleficia , iudex incępit in
quirere lite quaſi conteſtata uel habita pro cō
teſtata per reſponſionē iſtorum inquiſitorū ,
ſiue contra quos inquirebatur , comparet iſte
qui denunciauit eos,& vult iſtos accuſare,nū-
quid debet audiri? Reſp.non puto,nam elegit
viam denunciationis,unde in alia ſibi pręiudi-
care uidetur,ar.C.de fur.l. manifeſtiſſimi,§.ta-
les,de condic.l.fi.de trib.l.ꝙ in hæredē,§.elige
re de iniur.l.ꝙ ſenatus.in fi.ſecus ſi non denū-
ciaſſet certas perſonas . nam tunc poſſet, ff.de
acc.l.diuus . quia ordinarium iudiciū p̄fertur
84 extraordinario , ff.de mino.l.in cauſæ. † Sed
nunquid tenetur quilibet capere malefactorē
ſi eum nouit,& in fortiam cōis ducere ? Reſp.
ſic videtur,C.de his qui latro.occul.l.j.& 2.cir
ca prin.C.de mathe.l.fi.& ꝙ ſi non facit vr̄ pę
na extraor. puniendus iudicis arbi. cum non
ſit pœna expręſſa à iure,ff.de extraor.cri.l. 1.
Item tenetur quilibet prohibere ſi pōt,ne ma-
lefici committantur ,ꝙ ſi non facit,puniri de-
bet, ff.ad l.Aqu.l.ſcientiā,de noxa.l.in omnib.
& quilibet merito debent capere malefactores
quia reipublicæ intereſt , ne maleficia com-
mittantur,ut d.l.ita vulneratus, ff.ad l.Aqu.
Nec videtur obſtare ꝙ dr̄ , ꝙ nemo cogitur
iudicare furē,ff.de cond.ob tur.cau.l.4. quia il
49 lud verum eſt ſm iura uetera & iure actionis
ſed officio iudicis ſic , vt ibi not.† Sed pone ,
inquiritur contra Mar. ꝙ ipſe vulnerauit Io.
& dictus M.comparuit, & dedit fideiuſſorem
ſuꝑ uulnere de quo inquirebatur de præſentā
da dictum M. uel de ſoluendo centum lib. pro
condemnatione , ſi qua fieret de ipſo occaſio-
ne dicti uulneris de quo quæritur contra eū,
ut mortis eſt.contingit ꝙ dictus Io. ex dictis
uulneribus moritur ꝑꝑ ꝙ dictus M. condem-
natur in mille lib.de homicidio , per formam
ſtatuti.Mō quæritur , an iſte fideiuſſor debeat
compelli ſoluere mille lib. pro homicidio , an
ſolum lib.centum pro vulnere? Reſp. vr̄ quod
ſoluet lib.centum pro uulnere , quia de alio
non inquirebatur tunc cū fideiuſſit , nec aliud
erat deductum in iudicio , ut ff. de iud. l.ſole-
mus,de tranſa.l.qui cum tutoribus , in fin. &
l.non eſt ferēdum , unde fideiuſſor debet ſol-
uere lib.centum.& ad plus non uidetur tene-
ri,ff. qui ſatiſd.cog.l. j. facit.ff.ad munici.l.li-
bertus §.pe.de fideiuſ. l. fideiuſ.§. Aurelio.&
l.ſequ. Alij,ut Dy.diſtinguunt , aut erat mor-
tifere uulneratus , & tunc uidebatur fideiuſ-
ſiſſe in libr. mille pro homicidio , & tunc te-
netur ad ſoluend.dictas mille libr. arg.ff. ad l.
Aqui.l.huic ſcripturæ, ff.de fideiuſ.leg.ſi quis
pro eo §.ſi minus,ar.ff.quor.le.l. Aq. qui oc-
cidit,cum ſi. Sed primum uerius vr̄. Sed ſi fi-
deiuſſiſſet de ſoluendo omnem condēnationē
quæ fieret de M. occaſione maleficij commiſſi
per eum in perſonā Io. tunc planū eſt ꝙ tene-
tur ad omnes mille lib. ꝑꝑ uerbum,omnes,ꝙ
eſt generale , & uniuerſale, ar. ff.de leg.3.l.pa-
50 tronus.de adi.leg.l.à filio , §.fi.cum ſi. † Sed
pone quòd Titius fideiuſſit pro aliquo de prę
ſentando eum pro aliquo maleficio.puta Mar.
contingit ꝙ dictus M.de nouo commiſit ma-
leficium ꝑꝑ quòd ex bannitus eſt.Poteſtas pe
tit a dicto Titio fideiuſſore quòd pręſentet di
ctum M.pro quo fideiuſſit,ipſe dicit ꝙ nō po
teſt,quia ipſe ipſum poſuit in banno pro alio
maleficio,quæritur quid iuris.Reſp.aut Pote-
a ſtas *a* uel iudex præcepit , ut ipſum p̄ſentaret
ante bannum datum , ff. qui ſatiſda.cog.leg.ſi
deceſſerit , ff. ſi quis cau. l. ſed ſi quis . §. rei
51 capitalis,cum ſi.† Sed pone quód iudex fecit
inquiſitionem contra aliquē pro aliquo male-
ficio,& ipſo comparuit & negauit feciſſe ſim-
pliciter maleficium de quo inquiritur contra
eum, ſed tamen probatur ꝙ dictum maleficiū
commiſit per teſtes.ipſe inquiſitus cōparet ad
ſui defenſionem,& dicit & alllegat quod iſtud
maleficium ad ſuam defenſionem fecit , &
hoc offert ſe paratum probare , quæritur ,
b an ſit audiendus? *b* Reſpon. dicuntur quidam.
ut Dy. aut iniurauit à principio,& ſuo iura-
mento negauit illud maleficium ſe com-
miſiſſe,& tunc non auditur , quia ei licitum
eſſe non debet,ut ext.de iureiu.cap.ſi uero, &
cap.quemadmodum. de dona. c. cum delictus
de exce.c.cum uenerabilis . Si autem negauit
ſe eſſe .culpabilem de prædictis , de quibus
inquiritur contra eum , & tunc audiatur , ſi
uelit

ADDITIONES.

a ¶ Aut Poteſtas. *Vide tu de hac quæſtio.quam ponit hic author indeciſam per Bar. Al.in locis hic allegat.Et adde ꝙ dicit Raph.Cu.in cōſilio, 22.de eo qui promiſit præſentare aliquem qui fuit in contumacia poſtea damnatus ad mortem.*

b ¶ Audiendus. *Ad hanc qō faciunt not.per dec. in ſimili in l.eum qui ff.de iureiuran cum l.cōtra negantem ,* C.*ad l. Aquil.*Roma.*in ſuo conſilio.59.*

velit probare quod ad suam defensionem fecerit, quia isto casu videtur solum negasse quod istud maleficium iniuriose fecerit, sicut contra eum inquiritur, quia per hoc patet quod non fecit iniuriose. Sed in primo casu negauit factum, videlicet quòd non fecit illud maleficium; & neganti factum nulla est probatio, &c. C. de proba. leg. actor. Fallit ad hoc, a ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum cum si. & ibi Dy. sed contra eum facit aperte. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. fi. vt post confessionem suã audiatur. Alij aliter dicunt. vt no.
52 s̃ de accusatio. † Sed quid Senensis deliquit in ciuita. Lucana. de iure cõmuni ex tali delicto punitur pęna pecuniaria, sed secundum legem Municipalem debet puniri in amissione manus vel pedis, quæritur an secundũ ius cõe sit pęna imponenda, an secundũ ius municipale? secundũ. opin. cõem. Doct. Respon. q́ secundum ius municipale, quia ratione illius delicti sortitus est forum illud, & secundũ illam legem municipalem est puniendus, C. vbi sena. uel cla. l. i. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & in auth. qua in prouincia. & est ff. de offi. p̃si. l. 3. de extrao. cri. l. saccularios. ibi, secundũ fori consuetudinẽ &c. & hoc habet locum in delictis a iure communi prohibitis, vt in furto homicidio, raptu, adulterio, & si. In alijs autem delictis prohibitis per ius municipale, vt non liceat extrahere carnes, bladum, vel vinum, vel bestias, vel quid simile de ciuitate vel districtu, & tunc ille qui tali modo deliquit erat sciens prohibitum a l. municipali, & tunc punitur secundum leg. muni. quia sortitus est ille forum ratione delicti, vt d. auth. qua in prouincia. ext. de iudi. cap. 1. quia licet extrahere bladum &c. quamuis non sit delictum de iure communi, tamen per ius municipale delictum est ratione prohibitionis, vt C. de mi. l. 3. §. qui rem. ff. de oper. no. nun. l. prætor, §. ait ubi de hoc. de reg. iu. l. non videtur dolo, de neg. gest. l. fi. Si autem ignorauit prohibitum a leg. municipali, vel statuto non tenetur, quia forensis erat, quia directe non ligant ignorantes. ff. de decre. ab. or. fac. leg. fin. nec ligant non suppositam personam, C. de sum. Tri. leg. 1. nisi forte iste talis esset assuetus venire pluries, & stare in dicta ciuitate, ita quòd non est verisimile ipsum ignorare, sed potius scire, nam tunc est puniendus, quia supina ignorantia non excusat ff. de iure. & facto ign. leg. nec summa. de lib. causa. l. iubemus. ar.
53 C. de rest. mili. l. tutela. cum si. † Sed pone q́ aliquis deliquit iam est annus, vel biennium, & tunc ex tali delicto poterat condemnari in centum lib. & postea per nouam legem diminuta est pœna, vel augmentata pro tali delicto, an secundum talem legem veterem quæ erat tempore delicti commissi, vel secundum nouam punietur, quam nouus rector iurauit obseruare? Respon. dicunt a quidam secundum nouam legem mutatam & iuratam per rectorem vigore sacramenti præstiti. ext. de iureiurand. c. si vero, & quia lex noua videtur primæ derogare, quia vltima derogat primæ, vt arr. C. de pact. l. pacta nouis. & facit C. de transa. leg. si quis magior, ff. ad Velle. l. iubemus. Econtra quòd secundum legem veterem, quæ erat tempore delicti commissi, quia nouus potestas vel rector subrogatus in locum prioris, videtur eadem persona cum priori, ar. C. de iud. l. cum proponas. Item quia debet iudicare sicut primus tenebatur, ff. de iu. l. mortuo, C. de iud. l. properandum §. sin autem, ext. de offi. deleg. c. quoniam Abb. Item quia tempus maleficij debet spectari, vt ff. de neg. gest. l. Papin. ad Mace. l. tam etsi & videtur casus. ff. de nox. l. in delictis. de fur. l. quia. Item lite pend. nihil debet innouari. C. ut lit. pen l. 1. ext. de const. c. cum M. & c. cum accessissent. & cap. cum ecclesia. C. de
54 leg. l. leges, & hoc videtur verius. † Sed pone quòd rector habet arbitrium super maleficijs, quidam ciuis commisit maleficium. extra iurisdictionẽ suam, & in forẽsem, & potestas vult per inquisitionem procedere, & istũ deliquentem debita pęna punire, nunquid possit Respõ. non videtur plurib. Prima, quia non deliquit in sua iurisdictione. sed extra: nec in personam sibi suppositam, & sic non habet in eum iurisdictionem ratione delicti, vt ff. de iur. om. iud. l. fi de offi. præsi. l. 3. Secundo ipse debet puniri illic ubi deliquit, ut in d. auth. qua in prouincia. vnde debet transmitti ad locum ubi deliquit puniendus, vt C. de adul auth. si uero crimi-

---

ADDITIO.

a ¶ Respon. dicunt. *Vide per Bartolum aliter distinguentem in leg. omnes populi. ff. de insti. & iure col. 15. vers. iuxta prædicta quæro, vbi infra, disputat Ray. de For. & vide Pet. de Anch. in repe. c. 1. de consti. col. 13. Versiculo. quæro a quo tempore, & ad quod tempus. Et vsque ad quod tempus statutum.*

criminis. ff. de accu.l.si cui.§.pen.& l.fin.& si
conceditur à iure quòd puniatur vbi deliquit,
ergo in alijs prohibetur, ff. de iud.l.cum præ-
tor.Item alia ratione:quia Potestati,& commu
ni illius loci,vbi deliquit,facta est iniuria;unde
ille habet plus punire quam alius, vt in d. au-
th.qua in prouincia,vt ille cuius magis inter-
est,preferatur alteri,vt ff.de adul.l.1.§.pe.& in
Auth.de mā.prin.§ quòd si delinquentes. col.
3.& arg.ff.de iniur.l.iniuriarum, in prin. Item
& ille cui principaliter facta est iniuria, cum
eius magis intersit,præfertur ad accusandum,
sic & in casu isto ad puniendum, ar. ff.de acc.
l.si plures,& de adul.leg.si maritus,in prin.§.
fin.& Insti.de iniu.§.patitur,& §.seruus. Ecō-
a tra, *a* quòd possit per inquisitionem procedere,
quia debet purgare prouinciam malis homini-
bus nec distinguitur vnde sunt,ff.de of.præs.l.
4.& l.congruit.Item quia in locis pluribus agi
tur de crimine.s.in loco delicti, & in loco do-
micilij, vt in casu nostro, & vbi agitur & lis
contestatur, non opposita fori exceptione de-
clinatoria, C. vbi de crim. agi opor. l. 1. & 2.
C. vbi sen. vel cla.l.1.nam fori exceptio debet
ante lit. contest. opponi, cum sit dilatoria
non post, C. de excep.l.pen.& fin.ante lit.con.
test.videtur etiam iuribus consentire,vt ff. de
iudi. l. consensisse. de iur. om. iud.l.cum quæ-
dam puella. & l. si cum venerit, cum si. Sed
primum est verius,& ita determinatum est, si
vult procedere per inquisitionem,si autem vel
let procedere per accusam, tunc bene potest
procedi,& punitur,cum ratione domicilij, vel
originis sortiatur forum,vt ff.de iudi. l. hæres
absens, §. fin. & C. vbi de cri. agi opor. lege
prima & secunda ff de accus.leg.fi.Item actor
siue accusator debet sequi forum rei,C.de iuris.
55 om.iud.leg.in criminali.cum si. † Sed quid,fo
rensis deliquit extra iurisdictionem istam in
alium forensem, vel in aliquem ciuem, nun-
quid potest eius Potestas punire? Respon.
non de iure, per aliquam viam, quia non est
suppositus isti iurisdictione nec ratione de-
licti, nec ratione originis, nec ratione do-
b micilij. *b* vnde non habet Potestas in eum iu-
risdictionem. ff. de iure omnium iud.leg.fi. de
accus.leg.fin.cum si.nisi esset vagabundus for-
te.iuxta illud, vbi te inuenero, ibi te iudica-
bo, &c. Quis autem sit uagabundus not.inf.
de fur.& latro.tit.proxi.§.quid si aliquis com
misit plura furta, &c. quia actor & accusa-
tor debent sequi forum rei, C. de iure. om.
56 iud.leg.iuris ordinē, & leg.in criminali.† Sed
nunquid debet istum talem forensem remitte
re ad locum delicti, vt ibi puniatur? Respon.
videtur quòd sic,C. de adult. auth. si vero cri-
minis.in Auth.ut nulli iud.§.si vero,ad hoc ne
maleficium sit impunitum, ff. ad leg.Aquil.l.
ita vulneratus,C.de ijs,qui latr. occul.l. 1. &
2.Sed contra videtur,cum non habeat iurisdi-
ctionem in eum.ff.de iurisd.om.iud.l.fi. prius
57 dictum videtur verius. † Sed pone ꝙ aliquis
occasione alicuius delicti citatus cōparuit, &
dedit fideiussorē de ipso præsentando,sed fide-
iussor non repræsentat monitus à iudice qua-
liter debeat puniri.Respon.aut promisit sub cer
ta pœna expressa, tunc ad illam penam tene-
tur,& est condemnandus, ut ff.si quis caut. l.
2.de cust.re.l.si quis reum, si autem non sit ex-
pressa,tunc ad interesse communis tenetur,ut
d.l.si quis reum.vel punitur arbitrio iud.inspe
cta qualitate delicti, vt ff. si quis ius di. non
ob.l.1.de re iu.l.non uidetur. ext.de matri. in-
58 terdi.c.j.cum si.† Sed pone ꝙ iudex fecit plu-
ra præcepta de præsentando, videlicet unum
post aliud an de omnibus sit condemnandus,
an de vno tantum? Respon.vr̄ quòd de omni-
bus,ar.C.de ser.fug.l.quicunque,& ar.ff.de do-
na.cau mor.l.senatus.Item contumacia aggra
uat delictum,& auget pœnam, ff de fur.l. in-
ficiando,§.quod infans. Econtra quod sit unū
delictum,licet fuerint plura præcepta.ff.de act.
& obl.l.qui seruum.§.fi.& l.si plura, & l.cum
ex uno, Item illa quæ incontinenti fiunt, ui-
dentur inesse,C.de pact.l. petens. Solu.dico ꝙ
plura fuerint præcepta continue facta,unū in-
continēti post aliud,ꝙ esse non debuit,ut arg.
ff de pig.act.l.si conuenerit,ff.de iu.id est, per
interualla, & tunc præsumatur unum fuisse
præceptū,unde tunc una sola contumacia est,
& una pena puniri debet.ar.ff.ad l.Aq.l.illud,
ff.de act.

ADDITIONES.

a Econtra ꝙ possit. *Adde ꝙ hanc opi.tract. Cyn.
in l.1.C.vbi de crimi.agi opor.& Bar.in l.2.ff.
de offi.præsi.& in l.1.C.de sum.Tri.Et adde ꝙ
pena tunc debet imponi secundū statuta loci de
licti,ut in dictis locis.& Ang.Ar.in trac.male.
in verbo,quædā inqsitio.dicit ꝙ ita practicauit.*
b ¶ Domicilij. *De hac materia.s. Vbi puniatur
delinquens.adde notabiliter per Gan.in suo ope
re maleficio in rubri.ubi puniatur delinquens,
&c. Hiero.Chuca.*

ff. de act. & oblig. l. cum ex uno, de priua. de
li. l. nunquã. & hoc uerũ est si præceptum fue-
rit instum & possibile, alias non ualet tale prę
ceptum nec est obseruandmm si est impossi-
bile. ff. quãdo app. sit. l. pe. Item posito ꝙ plura
fuerint præcepta continue facta, si ultimo obe
dit, nõ põt condẽnari. ff. si quis cau. l. 1. in prin.
de eo quod cer. lo. l. fi. & pę. Nã licet aliquan
tulum distulerit obedire, si postea obedit, a
nõ præiudicat sibi. quia in mora modici tpis
non est per cultũ, ff. de iu. l. si debitori. de sol.
l. quod diuus & l. raptum. & ff. de vsur. l. pecu
59 niæ, §. fi. † Pone dum aliquis allegaret de iure
suo coram iudice, iudex præcepit ei ne lo-
queretur in pœnam x. lib. Iste nihilominus lo-
quitur, allegando iura sua, & dicendo de iu-
re suo, nunquid poterit iudex ipsum condem
nare de hoc? Resp. sic uř, quia potest iurisdi-
ctionem suã defendere pœnali iudicio, ff. si qs
ius di. nõ obtem. l. 1. ꝙ met. cau. l. certũ. Item
quia nõ uř dolo carere qui non obedit &c. ff.
de reg. iu. l. non uř. ff. de inter. & rele. l. fi. Econ
tra ꝙ non, quia tale pręceptum fuit iniustũ,
unde non ualet, cũ licitũ sit cuilibet se defende
re, & iura sua dicere & allegare iuxta illud,
ætatem habes, de te loquaris, ut in decretis le
gitur. Item quia iura uolunt ꝙ iudex debeat
quemlibet patienter audire. C. de testi. l. om-
nium, ff. offi. pręsi. l. obseruandum, de offi. pro
con. l. nec quicquam, §. circa. Item non uř iniu
riam facere qui utitur iure suo. ff. de iniu. l. in
iuriarum. Item pcepta iniusta non ualet, ut ar
gu. ff. de acqui. pos. l. iuste. & ff. quãdo appel.
sit. l. pe. Itẽ non habent nasci iniuriæ unde na-
scunt iura, C. unde ui. l. meminerint. si per
uim uel alio modo. l. fi. item pceptũ fuit nu-
dum & sine causa legitima factum unde non
ualet. ar. ff. de leg. 1. l. filiusf. §. diui. & ibi no-
60 ta. † Sed pone in consilio duarũ ciuitatũ, uel
castrorum habentiũ iurisdõnẽ, cõmissum est
maleficium. nunquid rector utriusque poterit
inquirere & punire. Resp. sic, ut ff. de exc. tu.
l. peritos. §. 1. Sed tamẽ si unus incepit inquire
re, & citauit delinquentes; alius non poterit
procedere quasi præuentus, ff. de iu. l. si quis
postea. Item quia per inchoationem præpara-
ta est iurisdictio sua, ext. de offi. dele. cap. gra-
61 tum. de iud. c. proposuisti. cum sim. † Sed po-
ne ꝙ una ciuitas, uel castrum, uel rector ali-
cuius ipsarum inquisiuit contra delinquen-
tem, & quia nõ reperit culpabilẽ absoluit, an a
poterit per alium de dicto maleficio inquiri &
puniri? Resp. non, quia non debet sæpius in-
quiri de delicto eiusdem, ff. nau. cau. sta. l. li-
cet. item quia obstaret rei iudicatæ exceptio.
ff. de exc. rei iud. l. 1. & 3. & per totum. & hoc
uerum nisi doceat de collusione, uel præua-
ricatione facta in primo iudicio, C. de accu.
l. si de crimine, ext. de accu. c. de his. & ibi
62 no. † Sed pone *a* quod aliquis fuit inquisitus
super aliquo maleficio, & citatus non com-
paruit, & sic ratione suæ contumaciæ fuit
condemnatus ad mortem, ut si quo tempo-
re ueniret in fortiam cõis, ꝙ decapitari dẽat.
ut quotidie fit. Iste post condemnationem fa-
ctam per aliquod tempus uenit in fortiã cõis,
nunquid debet decapitari? Resp. nõ de iure.
ff. de pœ. l. absentẽ. & maxime si non fuit pro-
batum de maleficio per legitimas probatio-
nes, C. de epi. & cle. l. raptores, §. in prouin-
cijs. ibi, aut impositis post legitimas proba-
tiones. C. de prob. l. sciant. Item posito ꝙ sen-
tentia ualeret, debet sibi dari terminus ad de
fendendũ se secundũ quosdam, ut ff. de requi.
63 reis. l. annus. † Sed usq; ad quod tempus pro-
cedi & inquiri de maleficio potest? Respon. a
die commissi criminis usque ad 20. annos, &
non ultra, ut ff. ad l. Aqui. l. ait prætor. C. de
fal. l. querela. §. falsi. Fallit in crimine suppo-
sitionis partus, ubi perpetuo potest agi, ut
ff. de fal. l. qui falsam. §. 1. & in crimine parri-
cidij, ff. de parric. l. fi. ad Silla. l. in cognitio-
64 ne. † Sed pone quod aliquis uulnerauit ali-
quem de familia Potestatis, uel capitanei,
nunquid Potestas, uel capitaneus potest in-
quirere & punire istum malefactorem? Resp.
non uidetur, C. ne quis in sua causa. l. 1. ff. de
iuris. om. iudi. l. qui iurisdictioni Sed Doct.
dicunt quod si iniuria siue percussio fuerit
manifesta, & publice facta, dum ipse offen-
sus exercet officium suum uel facta fuit oc-
casione officii sui, & tunc potest inquire-
re & punire, adeo quod offensus non pos-
sit talem iniuriam remittere, quia non tan-
tum ipsis, sed communi ciuitatis uidetur
esse facta, & est ratio, quia uniuersitas læ-
ditur &c. de aduo. diuer. iudi. l. 1. ff. de con-
di. & demon. l. municipes. quia talis offen-
sio non est facta ei ut priuato, sed publi-
cæ per-

ADDITIO.

a ¶ Sed pone. *De hac quæst. vide plene per Bar. l. si quis forte, §. si quos. ff. de pœ.*

ex personæ & officiali. ff. de adop. l. si pater, §. qui duos. C. de accu. l. eidem. ext. de accu. c. euidentiá, ff. de re mil. milites. §. in reuertendo. nam non tanquam Potestas facit uindictam, sed tanquam executo iuris & iustitiæ, ut 23. quæs. 5. officia. c. miles &c. interdicta. &c. iudex. & summarie sine iuris solemnitate, ut d. c. euidentia. dummodo illud delictum sit publice & palam commissum in conspectu multorum, quod nulla possit tergiuersatione celari, ut no in d. c. euidentia. & extra de coha cle. c. fi. ff. de publ. l. licitario, § quod illicite. Si autem maleficiũ non sit notoriũ tunc forte secus per priora, sed successor eius poterit, ar. C. de iudi. l. properandum. § si autẽ, in medio, & C. de acc. l. accusatoribus. in fin.

65 §. Sed pone, datum est arbitrium potestati super omnibus maleficijs suo tempore commissis, quidam fuit mortifere uulneratus, sed postea t͞pe sequentis Potestatis decessit, cui non erat concessum arbitrium: queritur an iste secundus Potestas ex tali arbitrio potest inquirere & procedere super homicidio? Rn̄detur ꝙ sic, quia consideratur uolũtas, & exitus ff. de sica. l. diuus. C. eo. l. si is qui cum telo. Item quia initiũ maleficij est spectandũ, arg. ff. ad Mace. l. tam & si. Item quia mortifere uulneratus pro mortuo reputatur. ff. ad leg. Aqui. l. huiuscripturæ. §. 2. & l. qui occidit. §. fi. & l. ita uulneratus. Econtra ꝙ non, quia finis & non principium est spectandum, & effectus, & non uerba ff. quod quis. iur. l. §. hæc uerba. ff. de iu. patr. leg. adigere. §. quamuis Item qui ante mortem non dicitur homicidium, sed uulnus, unde super homicidio non potest procedi ex arbitrio, & fuit determinatum de facto quòd non possit per uiam arbitrij procedi, sed per aliam uiam sic, ne maleficium sit impunitum, ut l. ita uulneratus. ff. ad l. Aqu. Sed, quid si datum est arbitrium usque ad duos menses, uel tres, ut inquiratur super aliquo maleficio, sed antequam feratur scientia, finitum est tempus arbitrij, nunquid ex arbitrio, & secundum arbitrium poterit ꝓcedi ad sententiam ferendam? Respon. sic uidetur, ut cau. post pub. ad sit. in l. ff. de appel. l. tutor. §. 1. Item quia secundum legem & arbitrium quòd erat tempore delicti commissi habet iudicare, ff. de pœ. l. 1. in Auth. ut cum de app. cog. in prin. & §. fi. col. 8. Econtra ꝙ tempus arbitrij finitum est, unde postea non potest.

De furibus, latronibus, a & robatoribus. Rub.

ADDITIO.

a ¶ De furibus. *De hac etiã materia posuit satis abũde dominus Gand. in opere male in rub. de furib. & latr. & c. per Ang. in trac. malef. in uerbo, uestem cælestem, & c. Hie. Chuc.*

SVMMARIVM.

1 *Latrones an censendi sint, & tanquã latrones puniendi, qui ordinauerunt inter se uelle ire ad stratã, & derobare oẽs transeuntes, & dũ sic ordinarent fuerunt capti. & rem cõfessi sunt, et qs act⁹ sit necessarius, & quot requirãtur, ut robatore dici possint, & an debent esse infamati.*

2 *Furtum est delictum priuatum, latrocinium uerum est publicum.*

3 *Furta duo cõmisit Titius, & ꝓ illis punitus est postea cõmisit tertiũ, an laqueo suspẽdi debet?*

4 *Furta plura alibi cõmisit Titius, & unũ hic, de quorũ nullo adhuc fuit punitus, an de oĩbus hic poterit puniri, an solũ de illo ꝙ hic cõmisit.*

5 *Furto apud aliquẽ reperto, an propter hoc presumatur fur, & an iudex possit inquirere contra eum qui assuetus est furari.*

6 *Fure in domo capto, an poterunt esse testes illi de domo.*

7 *Ostio alterius fracto causa adulterij cõmittendi, si ingrediatur alius, & furtum faciat, an fractor teneatur furti?*

8 *Furti tenetur non solum qui furtũ facit, sed et qui scienter præstat opem ad furtũ faciendũ.*

9 *Furti tenetur qui dat auxiliũ, uel suades, uel istigat aliquem ad faciendum furtum.*

10 *Opem dans ad faciendum delictum, an tãtũ teneatur quantum ille qui facit.*

11 *Consilium dans ad committendum furtum, quando teneatur.*

12 *Furti tenetur, qui partiuntur scienter cũ fure.*

13 *Segetẽ de cãpo qui furto subtrahit, uel unum de uaso, uel fructus, tenetur furti & plurib. aliquam rem furantib. omnes tenetur insolidum.*

14 *Arbores, tabulas, instrumẽta, crateras, aut ue nã: ferri, uel argẽti qui furatur, tenetur furti.*

15 *Pullos, gallinas, uel pauones qui furatur, cum simil. tenentur furti.*

16 *Furtum generaliter committit qui rẽ aliquã mobilẽ contractat fraudulose inuito domino, nõ inspecta quantitate, uel qualitate rei.*

17 *Gregem animalium, qui furto subtrahit. furti & crimine abigeatus tenetur.*

Puerum

18 *Puerũ alterius, qui furatur, tenetur ad mortẽ.*
19 *Tutor & curator furti tenetur.*
20 *Creditor falsus & procurator falsus tenetur furti.*
21 *Furti tenetur rem furtiuam scienter alio trasferens, & cælans furem, & ille cui rem meam do quasi suam, & ille scit meam esse, tamẽ eã furandi animo retinet.*
22 *Furtum, an sit quando filius rem patris et seruus rem domini furatur.*
23 *Furti, an teneatur qui a me missus ut rẽ quã alteri commodaueram acciperet, & mihi apportaret, si sibi retineat.*
24 *Vxor surripiens rem mariti, an furtum faciat, & cõtra eam furti agatur, & an dans consiliũ uel opem furti teneatur.*
25 *Furti, an teneatur, qui dixit ꝙ ille qui petebat a me pecuniam mutuo esset bonus debitor, pp ꝙ numeraui ei pecuniam, vel supposuisti aliũ hominem pro illo, & postea pecuniam cũ illo particus es.*
26 *Furti personę quæ tenentur, an teneantur ciuiliter vel corporaliter, & quando.*
27 *Furti, an teneatur qui audiens verba quæ dicebam habenti rem meam, s. si mittam ad te p tali re mea, mittas eam mihi, postea adiuit illum, & ea re accepta illam tenet.*
28 *Furti, an teneatur ubi tunicam, uel cultellũ alterius in via inuenit, nesciens cuius sit, & qd faciet ne furti teneatur, & an aliquid petere possit pro inuentione.*
29 *Furti, an teneatur qui tempore famis comestibilia furatur, uel propter nuditatem uestem si sit infirmus &c.*
30 *Receptatores qui puniantur, & quomodo, & an aliqui sint sine pœna.*
31 *Furti, an puniatur qui domum intrauit animo furandi, licet non furtum cõmiserit, qui ex metallo argentum uel aurum furatur, uel consilium dat uel constat, qua pœna puniuntur.*
32 *Furtum prohibere ualẽs, si non prohibeat et sit dominus, an furti agere possit.*
33 *Iudex an possit præcipere ꝙ requirantur in domo Titij tales res furatæ, quæ ibi asserũtur eẽ.*
34 *Vxor an poterit agere & accusare quando res dotalis est furata.*
35 *Accusare an possim furem qui Petro aliquis furatus est.*
36 *Accusare potest quilibet cuius interest.*

1 PLVRES ordinauerunt inter † se uelle ire ad stratam & derobare omnes transeuntes, qui cum sic ordinarent plures ex ipsis capti sunt, qui prædicta q̃ ordinauerant cõfessi sunt, quæritur nunquid puniẽdi sunt tãq̃ latrones? Resp. uĩ ꝙ sic, quia uoluntas pro facto reputatur. & in maleficijs attrocibus voluntas accipit pro fato, & non exitus, ut ff. de sic. l. 1. §. diuus. & l. diuus. cum si. & ff. de fur. l. qui ea mente. Sed dic contra, oportet .n. ꝙ perueniatur ad actum ad hoc, ut possint dici robatores ut quia aliquem insultauerint cã robandi & ille aufugit, uel derobatus fuit, & sic loquitur lex p̃dicta si bene intelligat. C. de epi. & cl. l. si quis non dicã. & C. de his qui ad eccl. conf. l. p̃senti. circa prin. & ibi no. & d. l. qui ea mente & no. ff. de extraor. cri. l. 1. & est rõ, quia cogitationis pęna nemo patitur &c. ff. de pę. l. cognitationis. & hoc in grauibus delitis, in leuibus autem non nocet actus, nisi sequatur effectus, ut d. l. pręsenti. & ff. de iniur. l. item apud Labeonẽ, §. si curauerit. Itẽ oportet quòd sint famosi & infamati, uel assueti sępius. de robare, id est, uel ultra, ut ff. de pœn. l. capitalium, §. grassatores, ut possint laqueo
2 suspendi, aliàs secus est, ut supra. no. † Itẽ no. ꝙ furtum est priuatũ delictum, & ideo fuit tractatum de furtis in libro de priuatis delictis, sed latrocinium est publicũ delictum, & iõ inter casus fortuitos numeratur, ff. de fur. leg. ei qui. & Insti. qui. mo. re contr. ob. §. item is.
3 † Sed quid aliquis commisit duo furta, & punitus est pro duobus, postea autem committit tertium furtũ, nunquid debeat laqueo
a suspendi Resp. dicit Vber. de Bob. ꝙ sic, *a* quia cum perseuerauerit in delinquendo, maiori pœna est puniendus, arg. C. ad l. Iul. de ui pub. l. seruos. in fi. de epi s. audi. l. 3. ff. de pœ. l. capitalium, §. solent. Sed alij dicunt contra s. quòd debet puniri pro uno furto solo, quia aliàs punitus est de alijs, unde de isto solo debet puniri, & non ad mortem, sed fustigari sic. ut in aut. sed nouo iure, C. de ser. fugi. quia non debet addi afflictio afflicto &c. ff. de offi. præsi. l. diuus. & nõ debet quis de eodem delicto bis puniri, nec duabus legibus,

---

ADDITIO.

a ¶ Quod sic. *Adde ꝙ opi. Vber. tenet Gan. in tract. malefi. sub rub. de furib. & latr. uer. sed pone peti & illam approbat cõsuetudo, ut dicit Ang. in tract. malefi. in uer. ueste cæleste, uer. quæro quid si alias fur.*

bus. ff. de acc. l. senatus de regula iu. l. bona fi-
des nec debet de delicto eiusdem sæpius quæ-
ri. vt l. licet, ff. nau. cau. sta. cum si. & hoc ve-
rius vr̃ de ista materia tractatur in vsib. feu.
de pace iuramen. fir. §. iniuriam seu furtum.
4 †Sed quid, aliquis commisit plura furta ali-
bi, sed hic vnum furtũ cõmisit, & nondũ fuit
condemnatus de aliquo nunquid pro omnib.
condemnabitur hic, an solum pro illo qđ hic
a commisit? Resp. si per *a* inquisitionem procedi
tur solum de hoc quod hic commisit, quia de
alijs iudex iste non habet iurisdictionem in
eũ, vt probat̃ ff. de acc. l. si cui. §. fi. & l. fi. & in
auth. qua in prouincia, C. ubi de cri. agi opor.
pro alijs vero furtis alibi commissis põt trã s-
mitti ad locum delicti, C. de adul. auth. si ve-
ro criminis, nisi esset vagabundus, nam tunc
forte habet locum opi. Pe. vbi te inuenero &c.
Et dicitur vagabundus ille cuius patria est
deserta vt fuit Carthago, ff. ad muni. l. eius,
§. fi. Item & ille potest dici vagabundus, sm̃
quosdam, qui non habet certum domicilium
proprium vel conductum, vel gratis sibi cõces
sum, vt Insti. de iniur. §. quoniã. in quo se redu
cat, sed huc & illuc vagatur per mundum.
Si aũt proceditur via ordinaria ꝑ accusatio-
nem tunc in tribus locis potest quis rõne deli
cti conueniri, & puniri, s. in loco delicti, in lo-
co domicilij & in loco vbi agitur, non op-
posita fori exceptione ante lit. conte. C. de
excep. l. pen. & fi. C. vbi de crimi. agi. opor. leg.
5 1. & ibi no. & per Azo. in sum. eod. tit. † Sed
quid si res furtiua reperitur penes aliquem,
an per hoc pręsumatur fecisse furtum. Rñ. nõ,
quia ex pręsump. &c. ff. de pę. l. absentem. Item
quia probationes debent esse luce meridia-
na clariores, vt l. sciant, C. de prob. & hoc ve
rũ, nisi iste talis esset malæ famæ, & assuetus
furari, nã tunc maior præsumptio est contra
b eum, *b* quia qui semel malus &c. ff. de re mi-
li. l. non oĩs §. a Barbaris & iudex põt inquire
re contra eum q̲ assuetus est furari ꝑ talẽ pręę
6 sumptionem. †Sed quid, captus fuit fur. in do
mo alicuius, proceditur contra eũ, nunquid p̃t
recipere in testes illos de domo? Respon. vr̃ ꝙ
sic, si sunt bonæ famæ, & si aliter veritas ha
beri non potest, ar. C. de repu. l. cõsensus, §. su ꝑ
plagis. extra de test. c. dilecto. & c. veniens, el
2. in fi vbi de hoc. de re iud. c. causam. Alij con
tra, vt C. de test. l. 2. ar. ff. de poe. l. respicien-
7 dum. § furta. cum si. † Itẽ no. quòd si quis fre-
git ostium domus tuæ, causa faciendi tibi
aliquam iniuriam, vel cã adulterij cõmittẽdi,
vel stupri &c. & alius intrat domum tuam
& furtum committit in rebus tuis, quòd iste
factor non tenetur furti, quia non inspici-
tur quod factum est, sed causa facientis, vt ff.
8 co. l. verum. & l. qui iniuriam, cum si. † Itẽ no.
quòd non solum tenetur furti ille qui furtum
facit, sed etiam ille qui opem præstat scien-
ter ad furtum committendum, quia scalas
vel feramenta præstat, vel similia præbet
9 ad faciendum. † Item si dat auxilium, vel sua-
det, vel istigat aliquem ad faciendum fur-
tum, vt Instit. eo. §. interdum, ff. eod. l. furti
10 actio. §. recte. Sed no. ꝙ in tantum punitur il-
le qui dat opẽ quantum illi qui facit, ff. eod. l.
is qui opem. & C. de rap. vir. l. raptores, §. pe.
11 † De cõsilio autem dato ad furtu m commit
tẽdum nõ tenetur, nisi fiat furtum, ff. eo. l. is q̲
§. si tu & distingue, quia aut alias erat factu-
rus, & non tenetur, alias sic, ut no. Inst. eod. l.
12 qui opem. & §. cert. † Item qui partiuntur
res furtiuas cum fure scienter, tenetur furti,
13 vt extra de fur. c. qui furem. † Item qui segetẽ
furat̃ de campo, vel vinũ de vase, vel fructus
vel aliud, tenetur furti, ff. eo. l. vulgaris, § j.
& seq. & l. filio. §. 1. & si plures sunt furantes
aliquam rẽ, omnes tenentur insolidum, ff. eo.
l. vulgaris, §. si duo. & ff. arb. fur. cęs. l. si plu-
14 res, C. de cond. fur. l. j. † Itẽ qui furatur arbo-
res, tabulas vel instrã, vel creaturas, vel venã
ferri, vel argenti, tenetur, ff. eo. l. si opes. & l. q̲
15 tabulas. & l. filio. & l. certe. † Item qui pullos,
gallinas, vel pauones furantur, tenentur ff.
16 eo. l. pauones cum si. † Et generaliter qui ali-
quam rem mobilem contrectat fraudulo-
se, inuito dño, furtum committit, etiam si sit
modica, quia non inspicitur quantitas rei,
nec qualitas, sed voluntas furantis, vt 9. q.
vl t. c.

ADDITIONES.

a ¶ Resp. si per. *Bart. in l. fi. in* §. *fi. ff. de accu. qui
dicit ꝙ de cõsuetudine seruatur, quòd furta ali
bi commissa aggrauant delictum, & adde Io.
And. in addi. Spe. in rub. de fur. & Sal. in l. ser-
uos, C. ad legem Iul. de vi vbi ꝙ furta alibi cõ-
missa connumerantur in numero furtorum ad
hoc, vt quis pro tribus furti, suspendatur. & ad
de Ang. in loco supra allega.*

b ¶ Contra eum. *Adde tu, et intelligere ꝙ hic nõ
poterit condemnari, licet posset deueniri ad tor
turam, ita Imo. in l. fi. ff. de hæredib. instit.*

vlt. c. pe. & fin quod incipit, furtum aũt &c.
27 Insti. vi bon. ra. in prin. & ff. eo. l. 1. §. fin. Sed
si quis furatus fuit gregem animalium, te-
netur furti. & crimine abigeatus, vt ff. eod. l.
28 in furti, §. fi. de abig. l. j. in fi. † Item qui al-
terius puerum furatur, tenetur furti vt l. Fla-
uia de plagiarijs, ad mortẽ, ff. eo. l. si filius. &
C. ad l. Fla. de plagia. l. 2. & l. si fratrem. & l.
19 eum. & l. pe. & fi. † Item tutor & curator fur-
20 ti tenetur, vt ff. eo. l. tutor. † Item falsus cre-
ditor & falsus procurator tenetur furti, vt
21 ff. eo. l. falsus, in prin. §. 1. & l. si iussit. Item q
rem furtiuam alio transfert, sciens eam esse
furtiuam, tenetur, vt ff. eo. l. si quis proferen-
dum Itẽ qui celat furẽ furti tenetur, vt ff. eo.
l. qui vas. §. 1. Itẽ si rẽ meã tibi do quasi tuã,
& scis meam esse, & eam retines animo fu-
22 randi, teneris furti, ff. eo. l. si iussu. §. 1. † Item si
a filius furatur rem patris, *a* vel seruus rem do
mini, furtum est, sed non agitur furti ff. de pę.
23 l. respiciendum, §. furta domestica. † Sed quid
commodo tibi librum meum, misi quẽdã pro
ipso, vt mihi apportaret, & sibi retinet, tene-
tur, vt ff. eo. l. si quis vxori, §. Iulianus in prin.
24 & C. eod. l. si quis. † Item si vxor surripuit
res mariti furtum facit, sed non agitur furti
cõtra eam sed actio. in factum. Ille autem qui
dederit opem, vel consilium, tenetur de furto,
25 ff. eo. l. si quis vxori. † Sed quid, quidam pete-
bat a me pecuniam mutuo asseruisti illum es-
se bonum debitorem, propter hoc numeraui
ei pecuniam, uel supposuisti alium pro illo ho
mine, & postea partitus es cum illo pecu-
niam teneris furti, ff. eod. l. si quis uxori, §. cũ
26 Titio † Et no. quòd licet illæ personæ tenean
tur furti, intelligitur ciuiliter ad pęnã dupli,
uel quadrupli, sed ad pœnã corporalem non,
secundũ quosdam, nisi essent publici fures, uel
latrones, ut supra. dixi. Alii autẽ qui sunt par-
ticeps in crimine, & eis publicis furibus, uel
latronibus dant opem scienter frangendo,
uel accommodando scalas, uel ferramenta,
& cum eis participando, & associando, &
participiendo res derobatas, furatas, & ip-
sas recipiando scienter, uel similia facien-
do isti tales, & similes bene puniuntur cor-
poraliter. Nam agentes, & consentientes
cooperando &c. facit C. de epis. au. l. rapto-
res. & l. si quenquã. in fi. extra de off. dele. c. 1.
ff. de recepta. l. 1. & 2. & in similibus. & ff. de
fur. l. si quis persuaserit, ff de adul. l. is cuius
27 ope. Inst. eo. §. interdum. † Sed pone quòd qs
habet rem meã & dixi. Si ergò mittã pro tali
re mea, mittas eam mihi, quidam eundo per
uiam audiuit ista uerba. Postea uenit ad istum
ex parte mea, & petiit rem meam quã habuit
ab isto, & tenet eam. Resp. ꝙ tenetur furti, ff.
28 eo. l. si quis uxori. §. apud Labeonem. † Sed
quid, aliquis iuuenit tuam tunicã in uia, uel
cultellum alicuius, & nescit cuius sit & ha-
bet & tenet. Resp. ipsum furti teneri, nisi pu-
blice exposuerit uel dici fecerit ꝙ ipse inue-
nit talem rẽ paratus restituere eã, uel facit &
dicat similia, per quæ appareat ꝙ non habeat
animum retinendi, ut ff. eo. l. filius, §. qui alie-
num. Sed tamẽ põt petere aliquid sibi dari ꝓ
inuentione siue catatura, ut d. §. qui alienum
29 † Item no. ꝙ si aliquis propter necessitatem
famis furatur comestibilia, ut quia infir-
mus est ita ꝙ non potest sibi quærere uictum
& caristia, est uel propter nuditatem fura-
tur uestem non tenetur furti, quia omnia
sunt cõicanda tpe necessitatis, ut extra de
fur. c. si quis propter necessitatem. & ibi no.
30 † Item no. quòd licet receptatores puniãtur,
ut dixi fallit in parte, filio, fratribus, uxore,
& similibus, qui non puniuntur ea pœna
qua extranei, sed leui, ut ff. de recep. l. 1. & 2.
& est ratio, quia quilibet debet redimere san-
guinem suum &c. ff. de bo. eor. qui mor. si
bi consci. l. 1. & uxor una caro est cum mari-
to, & socia humanæ & diuinæ domus, C. de
custod. & exhi. reo. l aduersus. extra de con-
iug. lepro. c. 1. cum si. Alij dicunt quòd in nul-
lo puniuntur receptando & faciendo eos
fugere, nisi essent participes in crimine, ut
ff. de re milit. l. qui cum uno, §. 1. & l. qui mi-
lite, §. pen. de adult. l. nec in ea. §. fin. ff. quod
metus cau. l. isti quidem. §. nec cum filio.
31 c. de pat. potesta. l. 3. cum si. † Sed quid ali-
quis intrauit domum, uel locum alicuius aĩo
furandi, non tamen aliquid exportauit, uel fu-
ratus est, nunquid de furto puniri debet.
Resp. non, C. de pę. l. cogitationis de fur. l. uul-
garis, §. qui furta. Sed tñ iniuriarum tenetur,
facit

ADDITIO.

a ¶ Rem patris. *Intellige tu si sit leuis res, sed si sit magna, tenetur furti, vt in l. serui & filij. ff. de fur. et dicit Bar. in d. §. furta. & adde idẽ i vxore. vt ꝑ Bar. in l. 1. ff. re amo. & in tex. gl. & Bar. in l. si libertus, ff. de fur. & intellige qđ te nentur ẽt criminaliter, qñ furtũ esset magnũ.*

facit ff.de fur.si quis furtū,cū si.Item ille qui
ex metallo aurum furatur, vel argentum fura
tus fuit,in metallum damnatur,vel qui cōsi-
liū dedit,vel cōstauit in quadruplū,vt ff. ad l.
Iu.pe.l.sacrilegij.§.fin. Sed vr̄ ꝙ solo aīo fiat
furtum.extra de extraor.cri.l 2.ibi,si intrauit
32 domum, & ibi no.† Sed quid sciebam ꝙ vo-
lebas mihi furari bouē,vel aliam rē,& poterā
prohibere & non ꝓhibui , postea volo agere
33 furti.Resp.nō possum,vt ff.eod.l.pen. † Sed
quid si dicatur iudici , quod tales res furtiuæ
sunt in domo Titij nunquid poterit de iure
inquirere & inquiri, & rimari facere in dicta
a domo.Resp.sic videtur,*a* qui ad ipsum spectat
inuenire veritatem, vt C.de eden. l. 3. de ser.
fug. l. diuus. in Auth. vt iudic. sine quoquo
34 suffr.§.cognita. cum si. coll. 2. † Sed quid si
res dotalis fuit furata, nunquid mulier pote-
rit agere & accusare. Resp.non, sed maritus
vt ff.de fur.l.interdum,§. si.quia ipsa non est
domina, sed maritus, vt C. de rei ven. l.do-
35 tem. cum si. † Sed nunquid tu poteris accu-
sare furē,qui Petro furatus est bouē,vel aliam
rē.Resp.nō,q̱a furtū est crimē priuatū & non
publicum, vt ff.de pri.deli.l.fi.& nullus ad
mittitur, nisi eius intersit.Nā quilibet cuius
interest,potest accusare,vt C.eo.l. manifestis-
simi.& ibi no.& d.l.fi.de priua.delict.

ADDITIO.

a ¶ Resp.sic videtur. *Adde qđ hęc opi.fuit Spe. in ti.de inst.edi.in §.cohęredem ver.pone instrumenta.& Io.Fab.Insti.de obl.quæ ex deli.§.cōceptum.& intellige hoc verum non solū in vno territorio,sed etiā in diuersis teritorijs.ita Bal. in l.requirente,§.ita tenetur.C.de fur.*

De raptoribus. Rub.

SVMMARIVM.

1 RAPTOR † dicitur a rapina.Et dicitur
duobus modis,s.rerum & personarum,
nam rapina proprie dicitur rerum. Et du-
pliciter punitur, scilicet ciuiliter & crimina-
liter Ciuiliter in quadruplum,si intra annum
agitur reipsa in quadruplum computata, post
annum vero in simplum, vt ff.vi bon.rap.legi
1.& 2.Criminaliter vero,vt quando fit rapi-
na per vim, & si fiat sine armis in amissione
certæ partis bonorum suorum,si vero cum ar
mis,pœna deportationis,vt Insti.de pub.iud.
§.item lege Iu. de vi. Item & raptor furtum
committit, & pœna furti tenetur, quia nul-
lus improbior fur est, quam qui vi rapit, vt
Insti.vi bo.ra.in prin.Item quandoq; puniun-
tur ad furcas,ut sūt publici latrones,ut ff.de
2 pœ.l.capitalium,§. famosos.† Raptores autē
a personarum *a* si quidem rapiunt mulierem
impuberem per uim honestam uirginem,
uel uiduam causa libidinis, uel sanctimonia
lem secundū legem capitali pęna puniuntur,
& ipsius raptoris substantia illi raptæ appli-
cantur, uel sanctimonialis monasterio, ut de
rap.uirg.l. 1. de epis. & cle. l. raptores & hoc
b uerum *b* si mulier fuerit uolens, siue inuita,
siue soluta, siue coniugata, libera, siue an-
cilla, uel aliena,adeo ꝙ si fuerit propria spon-
sa, non poterit cum suo raptore matrimo-
nium consumare,ut in dictis legib. & si ma-
trimonium perfecerint, amittit substantiam
quam habuit de raptore, ut in Auth.de ra.
mul. §. 1. col. 6. Et si est impubes mulier ra-
pta,alia pœna punitur qui rapit, ff.de pęnis.
l.si quis aliquid, ff. qui nondum,quia alias
in metallum damnantur, uel relegantur, ut
ibi.Sed de iure cano. secus est, quod præua-
let, quia bene pōt mulier nubere suo rapto-
ri,ut ext. de rapt.c. accedens.& tunc euitat il-
lam

ADDITIONES.

a ¶ Personarum. *De hac materia vide Angel. in tra.malefi.in verbo (che hai adulterato la mia dōna)col.15.ver.quæro quādo dicatur cōmitti stuprum,cum sequentibus &c. Hier.Chu.*

b ¶ Et hoc uerum. *Adde tu qđ ille qui rapuerit mulierem honestā debeat decapitari, qđ si aliquis rapit mulierem ab alio cognitam,vel quā alius cognouit, non incidit in pœnam raptus. ita Paul. de Castr. in suo consil. 370.& ibi qđ raptus nō punitur in mulire nupta, inhonestæ viuente.*

lam pœnam, quia bona non efficiuntur mu-
lieris raptæ secũdũ Gofr. extra de secun. nup.
3 dominus. cum si. † Et non solum raptor pu-
nitur capitali pœna, sed etiam illi qui coope-
rando scienter dederunt auxilium & fauo-
rem ad dictum raptum faciendum, vt d. l. ra-
a ptores, in fine. Fallit in meretrice: *a* nam si
quis ipsam rapiat causa libidinis, non puni-
tur, ff. de fur. l. verum quia vilitas vitas ipsa
tum non patitur ipsas in laqueis innodari,
C. de adult. l. si ea, & l. quemadmodum. Item
fallit in virgine quæ vtitur veste meretrica-
li, ff. de iniur. item apud Labeonem. §. si quis
4 virginem secũdũ Io. † Sunt & alij raptores qui
rapiunt pueros causa libidinis contra natu-
ram, vt sunt Sodomitæ, illi capitali pœna
gladio puniuntur, vt C. de adult. l. cùm vir,
ff. de sica. l. 3. §. qui libidine. in Auth. vt non
5 luxur. contra naturam. coll. 6. † Si vero cleri-
cus tale delictum commisit, prælatus ipsum
pecuniariter puniet, & etiam corporaliter fla-
gellabit, vt non moriatur, cum non liceat
prælato sanguinem effundere. 23. q. vlt. his à
quibus, & c. seq. 86. dist. non licet, vel pote-
rit ipsum degradare si fuerit infamis, ut ex-
tra, de hære. c. ad abolendam, & tradere iudi-
ci seculari, qui eum puniat, vt extra, de rap.
6 c. in archiepiscopatu & 23. q. 4. illud † Sed
turpissimum est hoc fieri cum masculo ut
d. l. cum vir. &. siue fiat in meretrice, siue cum
vxore vel masculo, quòd fit contra naturam,
semper qui fecit, debet puniri pœna prædi-
cta, ut in Auth. ut non luxu. contra naturam.
colla. 6. qui loquitur indistincte &c. nec di-
stinguit masculum à fœmina, ergo nec nos.
ff. de pub. l. de precio, cum si. multo magis si
cum animali fiat, vt cum equa, est quis pu-
niendus dicta pœna quia fit contra naturam,
per d. auth. & maleficia non debent esse im-
7 punita, vt ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. † Et
idem est forte si fiat per viam matrimonij
cum Saracena, vel Iudæa, quamuis non sit
matrimonium, multo magis si per alium mo-
dum fiat etiam per legitimum, idest per uiam
naturæ, propter infidelitatem, nam non debet
Christianus cum talibus commisceri, sicut
nec in animalibus. facit C. de Iudæis. l. ne
quis. 18. q. 1. cap. nullus. cum simi.

ADDITIO.

a ¶ Meretrice *Adde Alber. de Rosa. in 3. parte statuto, q. 52.*

De receptatoribus furum & aliorum malefactorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Receptator latronum, furum, vel aliorum similium vel scienter associans aut inuitans ad latrocinia seu robarias faciendas, vel similia, seu receptans robarias, aut diuidens cum eis, qua pœna puniatur.*

2 *Latronem capere potens si accepta pecunia permittit eum euadere, qua pœna puniatur.*

3 *Latronem conseruantes ac receptantes spõte, et scientes eum esse latronem, qua pœna puniuntur, si sunt extranei.*

4 *Latronem conseruantes, vt supra, si sint agnati aut coniuncti, an puniantur.*

5 *Vxor receptans maritum, an puniatur.*

7 *Filius, aut nepos occultans partem, aut auũ, vel frater fratrem, an puniantur.*

7 *Receptantes personæ de quibus supra, an puniatur & qua pœna.*

8 *Associans latrones ad latrocinandum sciẽter, & cum eis scienter latrocinatur, vel occultat eos, aut celat, & non reprehendit, quomodo puniatur.*

9 *Latrones tenẽs in domo uel agro, & non offerẽs eos iudici, quomodo puniatur, siue fuerit dominus siue procurator.*

10 *Ignorantes domini q latrones sint in domibus suis, uel prædijs, an excusentur.*

11 *Malefactores capere & ad iudicium deducere, an quilibet teneatur.*

12 *Iniuria nulli est facienda, nec pena irrogãda, nisi post legitimas probationes, & an accusati & inquisiti de graui delicta sint capiendi, carcerandi, & custodiendi.*

1 SI quis latrones, † fures uel alios similes
scienter associauerit, uel inuitatus fue-
rit ad latrocinia. uel robarias faciendas, vel
similia delicta committenda, seu scienter fur
ta ipsorum &; robarias receptauerit, &
partitus cum eis fuerit, pœna simili punia-
tur, ut particeps, & agens, & consentiens, ut
ff. de recep. l. 1. C. de epis. & cler. l. quamquam.
ff. de re mi. l. non omnes. §. à Barbaris. C. ubi
2 causæ fiscales l. uniuersi. † Idem est si cum
posset latronem capere, pecunia accepta per-
misit eum euadere, ut l. 1. † Idem est in illis
apud quos latro conseruatus est, eis rece-
ptantibus eum sponte, & scientibus eum es-
se latronem, ut eadem pœna puniantur, ut
ff. eo. l. 2. in prin. & hoc locum habet in per-
sonis

4 sonis extraneis. † Fallit in cognatis & alijs
proximis & coniunctis personis, vt in patre,
auo auia & in consanguineis & similibus qui
non ita aspere puniũtur, nam isti coniuncti ra
tione sanguinis excusantur, receptando &
occultando, vt non attrociter puniantur, sed
alia leuiori pœna pecuniaria, vt iudici vide-
bitur, vt d.l. ij. & quia ibi non est certa pœna
expressa, committitur arbitrio iudicantis. ff.
de extraord.cri.l.j. ff. de effra. & expi. l. 1. cum
si. & est ratio quia quilibet debet sanguinem
suum redimere quantũ põt, ff. de ijs qui mor.
sibi consc. l.j. & parentes magis timent de fi-
lijs, quã de seipsis &c. ff. quod met. cã. l. isti qui
dem. Sed si esset particeps in delitis, tunc
puniretur, vt dictum est, alias secus, vt ff. de
5 pœna l. sancimus. † Sed quid in vxore? Respõ.
vr̃ idem, quia leuiori pœna punietur, vt ff.
eo. l. 2. ibi dum dicit, affines &c. & vxor est
socia diuinæ & humanæ domus, vt C. de cri-
mi expi. hære. l. aduersus. & hoc verum puto,
facit extra, de coniug. le pro. c. 1. sed videtur cõ
tra quòd non, vt insti. de iniu. §. partitur. sed
hoc intellige in iudicio, C. de procu. l. alienam.
sed extra sic. nam quod vno loco prohibetur,
alio loco conceditur. vt ff. de iud. l. cũ prætor.
Item quia sunt vnum corpus & vna caro, vt
extra, de conuer. coniu. c. ad apostolicam. facit
ext. de diuor. c. gaudemus. §. qui vero. Sed si
maritus facit pro vxore, videtur excusari, vt
nõ eadem pœna puniatur, quia defendi vxorẽ
6 a viris æquum est, ut d. §. patitur. † Et idẽ vr̃
de filio & nepote si occultat patrem, vel auũ,
arg. de inoff. test. l. nam & si parentibus, C.
de epist. & cle. auth. si captiui. & idem uidetur
de fratre, arg. C. de lib. cã l. 1. & 2. C. de ijs quib.
7 ut indi. l. cum fratrem, & l. sequ. cũ si. † Sũt tñ
qui dicunt personas huiusmodi non teneri in
aliquo, nec puniri pp sanguinis coniunctionẽ,
ut ff. de re mili. l. qui cum uno, §. fina. se puto
non in totum excusari, sed saltem pecuniaria
pœna puniri, ff. de excep. l. 2. ff. de lib. ho. exhi.
l. 2. §. si eum, cum si. & C. eo. l. 1. in fi. dũmodo
non excedat iudex modum &c. ut C. de mo.
mul. l. fi. de pœ. l. hodie uel puniatur alia pœ-
na pecuniaria prout iudici uidebitur, inspe-
cta qualitate delicti & facultatibus delinquen
tis ff. de pę. l. aut facta. nam parentes debent
capere consilium pro suis defendendis, ut ff.
de adult. l. nec in ea. §. fi. ff. de fur. l. in eadem §.
8 filiæ, ff. de re mili. l. milites agrũ. cum si. † Item
no. quòd illi qui associant latrones ad latroci-
nandum scienter, & cum eis latrocinantur, uel
occultant eos eadem pœna puniuntur corpo-
rali. Ille autem q celat, sed nõ associat nec par
ticipat, sed solum nõ reprehendit, punitur pe-
cuniariter, ut iudici uidebitur, C. de ijs qui
9 latro, occul. l. 1. in fin. † Item si quis sciẽter la-
trones tenet, uel similes in suis domibus, uel
agris, uel similes occultat, & sponte non ob-
tulerit iudici uel requisitus non fecerit .i. eos
non præsentauerit, si quidem dñs domus uel
prædij fuerit p̃sens, & sciens, priuatur dñio &
possessione rerum, sit fuerit ipsius procurator,
uel factor, qui non representauerit perpetuo
exilio damnatur, C. de his qui latro. occult. l. 2
in prin. & tenentur etiam alij officiales dare
auxilium & fauorẽ ad tales malefactores ca-
piendos, & puniendos, ut d. l. 2. §. sinaũt. C. de
episc. & cle. l. si quis in hoc genus. in fin. & l.
10 raptores, §. sinautem. † Sed si sunt dñi ignorã
tes, quòd isti latrones sint in suis domib. uel
prędijs, excusãtur, ut d. §. dñi, ff. de pub. l. cotẽ
ferro, §. dñs, C. de hære. l. quicunq;. §. uniuer-
sis, & §. fi. in Auth. de eccl. ti. §. si quis in sua
11 domo. cum si. colla. 9. † Et sic no. arg. q̃ quili-
bet tenetur capere malefactores, & ad iudi-
cium deducere, alias punitur extraordina-
ria pœna pecuniaria, C. de his qui latro oc-
cul. l. 1. in fi. & l. 2. in princ. & §. dñi. ratio est,
quia rei publicæ interest ne maleficia com-
mittantur, ff. de his qui deic. uel effu. l. 1. Alia
ratio est quia expedit peccata nocentum esse
nota. ff. de iniur. l. cum qui. Alia rõ, ne malefi-
cia sint impunita ff. ad l. Aqui. l. ita uulnera-
tus. eũ si. Sed sub hoc prætextu innocentes nõ
sunt capiendi, nec grauandi, alias contra fa-
ciens punitur, ut d. l. de his qui latro. occul.
12 l. 2. §. sinautem, & §. seq. & §. fi. † Itẽ no. quod
nulli facienda est iniuria, nec pœna irrogan-
da, nisi post legitimas probationes, ut d. l. ra-
ptores. §. sinautẽ, & C. ubi sena. uel cla. l. fi. §.
ita tñ. Sed accusati, uel inquisiti de graui deli-
cto, bene sunt capiendi, custodiendi & carcerã
di, ff. de offi. præsi. l. congruit, C. eo. l. 1. & 2. in
prin. ff. de custo. reo. l. 1. cum simi.

De furtis aduersus nautas. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Furti quando agatur aduersus nautas caupo-
nes, vel stabularios.*
2 *Nautę, caupones, vel stabularij pro quib. tenen-
tur personis, & an possit agi iniuriarum & fur
tica, quomodo.*

Agi

3 *Agi an iterum possit aduersus nautas &c. de eodem delicto si semel actum fuit, & quando agi possit aduersus nautas &c.*

4 *Nautæ, caupones &c. an teneantur, si res fuerint immissæ ipsis ignorantibus, & quid si ipsis præsentibus & videntibus, & quid si contra dixerunt.*

5 *Nautæ vel caupones &c. si res fuerint assignatæ in sacco simul, non autem particulariter, quid erit.*

6 *Caupone dante hospitanti claues cameræ in qua reposuerit res suas, quid erit.*

7 *Nauta, caupo &c. potest conueniri non solum pro se, sed etiam pro suis quibus utitur, & quando pro seruis & filijs tenetur.*

8 *Nautæ caupo &c. an teneantur, non solum pro furto, sed etiam pro damno dato & quando.*

9 *Actio una an datur in simplũ ex cõtractu de recepto, alia in duplum pro delicto & dãno dato.*

10 *Nauta, caupo, & stabularius, rebus amissis uel damno dato, quando excusentur, aut naturaliter pereant, & an actio detur contra hæredem, & an quilibet nauta teneatur pro parte sua, si plures fuerint nautæ.*

1 SI Quid surripitur per naturam † vel ab ali
quo libero homine, cuius opera vtebatur
nauta, uel caupo, uel stabularius, datur actio ci
uiliter in duplum eius quod surreptum est fur-
tiue, ff. eod. l. 1. ff. nau. cau. sta. l. debet. §. hoc actũ
& hoc quando recipit custodiã in se, quia dñs
rerũ subreptarum põt agere uel cõtra nautam
caupo. uel sta. uel contra furem ciuiliter ad du-
plum, ut d. l. 1. in prin. Si aũt recepit in se custo
diam, cũ ipse non habet, non agit dominus rei
furtiuæ, sed ipse nauta, caupo, uel stabularius,
2 ut d. l. 1. §. quod si recipit. † Et no. ꝙ tenetur so-
lum pro ijs siue de ijs personis quas tenet pro
seruiendo in caupona, naui, uel stabulo, uel pro
ijs qui habitant ibi continue. sed pro facto uia-
torũ ꝗ ueniunt, & uadũt, non uidetur teneri,
ut d. l. 1. §. si caupo. & §. seq. Item non tenetur
nauta pro ijs ꝗ apportant res in naui, sed pro
suis seruitoribus qui habitant cum eo, ut di-
cta leg. j. §. fi. nam si utitur opera malorum ho
minum, & ipsos secum tenet, pro ipsis bene te-
netur, ut Insti. de obl. quæ ex qua. del. nas. §. itẽ
exercitor. & ff. nau. cau. sta. l. idem ait, §. fin. &
l. seq. potest etiam agi furti & iniuriarum, sed
alteram intentari sufficit, ff. nau. cau. sta. leg. ut
3 rei. & l. licet, §. possumus. † Not. tamen, quod
si semel actum fuit, non potest postea agi de
eod. delic. quia non debet sæpius quæri de eius-
dem personæ delicto, ut d. l. 1. §. fi. Et prædicta
locum habere uidentur. quando res fuerũt im-
missæ in naui, uel in caupona, uel in stabulo
sciente exercitatore nauis, uel caupone, uel
stabulario, & ipse in se recepit custodiam re-
rum, ut ff. nau. cap. sta. leg. 1. in prin. §. recepit.
& §. ait prætor. † Sed ꝗd si res immissæ sunt 4
ignorante stabulario, uel caupone &c. nunquid
tenetur? Respon. nõ puto ar. in Auth. de eccl.
tit. §. si quis in sua domo. col. 9. C. de her. l. ꝗ cũ
que. §. uniuersi. & §. fi. ff. de inc. rui. naufr. l. quo
naufragium, §. non tantum. ff. de pub. l. cotem
ferro, §. dominus, C. de his qui latr. uel alijs
cri. reos occul. l. 1. & 2. § dominus. cum si. Sed
si ipso præsente & uidente res immissæ sunt,
tunc uidetur recepisse custodiam. Si uero con-
tradixerit, non uidetur tunc teneri, arg. ff. de
acq. poss. l. quod meo, §. si per uenditorem. quia
patiẽtia habetur pro consensu. arg. ff. aqua plu.
ar. leg. Labeo. facit ff. de cont. emp. l. clauibus.
& art. ff. man. leg. si non remunerandi, §. si pas-
sus. & l. qui patitur & l. seq. cum si. † Sed quid si 5
assignauit res in mala, vel in sacco simul, &
semel, & non particulariter singulas res, ut
quotidie contingit? Respon. aut mala, uel
saccus fuit signatur cum signo vel sigillo: mo-
do redditur sine sigillo, vel dissigillatur, &
tunc est præsumptio contra nautam, vel cau-
ponem, vel stabularium, vt uel ipse, uel alter
de sua familia amouerit, uel furtum fecerit,
& tunc tenetur ipse ciuiliter in duplum ad
restitutionem, ut ff. nau. cap. sta. leg. 1. in prin.
& leg. debet, §. hæc accusatio. & §. hoc iure. &
tunc iudex præmissa taxatione stabit iuramen
to hospitatoris, uel designantis malam, uel sac
cum. ar. ff. de furt. l. in actione. de in lit. iur. l.
in actionibus §. si de pollic. l. 1. §. si quis argen-
tum. & l. diem sponsaliorum, §. qui pecuniam,
ff. deposi. & quod ui aut clam. l. semper, C. de iu.
auth. post iusiurandum cum si. Et non solum
ueniunt in restitutione res, sed etiam mala, &
saccus, & similia, ut ff. depo. leg. 1. Sed † quid si 6
caupo. uel hospes dedit hospitanti claues came
ræ, uel alterius rei sub qua reposuerit res, vt scri
nia, & hospitatus recepit. Respõ. uidetur quod
non teneatur quia hospitatus recipiendo, uide-
tur renunciare custodię, ita ꝙ nõ teneatur cau
po uel hospes secundum quosdam, ff. commo.
l. si ut certo. §. si de meis. de acquir. rer. do. l. quo
rundam. Sed alij ut Iac. contra, per l. ff. com-
mo. l. si rem. §. j. cum simi. † Item no. quod nõ 7

solum

ſolum datur actio contra nautã, cauponem,
vel ſtabulariũ pro ſe ſed etiã pro ſuis quib. vti
tur, vt Inſti.de obli.q̃ ex quaſi deli.naſc.§.item
exercitor,& §.ſeq. & etiam pro ſuis ſeruis & fi-
lijs, ſi de ipſorũ volũtate exercet cauponã,na-
uẽ, vel ſtabulũ, ff.nau.cau.ſtab.l.debet,§.ſi ſer-
8 uus,& §.pe & fi.& l.licet,§.1.† Item no.ꝙ nõ
ſolũ tenetur pro furto, ſed etiã pro alio damno
dato, vt ff.eo.l. nautæ, §.fi.& hoc qñ pro hoſpi
tando merces ſoluitur, vel etiã ſi gratis fieret,
9 vt ff.eo.l.j.† Et no.ꝙ dantᷣ duæ actiones, vna
in ſimplum ex cõtractu de recepto, alia in du-
plum pro delicto, & pro damno dato à familia
nau.caup. vel ſtabularij, vt d.l.idem Iulianus.
10 in prin.† Excuſatur tñ nauta, ſi per vim pira-
tarum res amittantur, vel damnum detur, vel
ſi res naturaliter perempta eſt, & idem in ſta-
bulario, vel caupone, ſi quid per vim in dam-
num contingerit, vel per caſum fortuitum, vt
ff.eo.l.Iulianus,§.j.& ſeq.ff.de incen. rui. nau-
fr. l.ſi fortuiti, ff.de pig.act.l.fi.§.ſi propter. Et
datur etiam actio contra hæredem, vt ff. nau.
caup.ſtab.l.& ita, §.hæc autem actio. ſed con-
tra videtur eo.tit.l.fin. §. hæc indicia. Item ſi
ſunt plures nautæ, quilibet pro ſua parte tene
tur, ff.eo.l.fi.§.ſi plures.cum ſi.

Vi bonorum raptorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Actio vi bonorum raptorum contra quem ſit pro dita, & ad quantum detur intra annum, & ad quantum poſt annum, & an vi bonorum raptor teneatur furti, & an ſi furti actum fuerit, an poſsit agi vi bonorum raptorum, & pro re immo bili occupata, an detur ſolum in ipſa re, & in æſtimando cuius temporis habebitur ratio.*

2 *Vi bonorum raptorum tenetur qui hominibus, vel amicis conuocatis damnum dedit, vel rapuit, & quæ damna veniunt reſtituenda in iſto delicto. Item vi bonorum raptorum tenetur ille cuius ope & conſilio doloſe factum eſt, qui homi nes collegit ad hoc faciendum. & nu.3.*

4 *Item vi bonorum raptorum tenetur qui concitauit homines ad faciendum.*

5 *Agi poteſt furti, condictione furti, & rei vendi. vbi vi bona rapta ſunt.*

6 *Actio rerum raptarum quibus detur, & an publice cuſtos agrorum abducem pecus, quod inuenit dans damnum, teneatur vi bonorum raptorum, & an reſtituens rem quam vi rapuit, pænam euitet, & an ſi datur damnum cum turba, habeat locum prædicta pæna, & an quando in ſimplum, & quando in duplum ſit, & quid turba, & rixa, & an proprie mobilia dicantur rapi, & immobilia inuadi.*

7 *Rapina quando puniatur criminaliter, & quando lege Iul. de vi priua. & quando impubes non doli capax teneatur, & quando non.*

8 *Actio ui bonorum raptorum datur hæredi contra raptorem, & contra hæredem ipſius inquantum factus eſt locupletior, & an ſolum qui rapinam fecit teneatur.*

1 SI quis dolo † malo per vim rem mobilem
a alicuius recipiat, prodita eſt actio *a* vi bo-
norum rapt. ciuiliter contra ipſum, & datur
intra annum in quadruplum, ex quo potuit
de iure experiri, poſt annum vero in ſimplum,
reipſa rapta in ipſo quadruplo computata, vt
ff.eod.l.1.& 2.§.in hac.& l.prætor, §. hoc au-
tem. & Inſt.eod. §. 1. in prin. Tenetur etiam
furti, quia nullus eſt magis improbior fur, quã
qui vi rapite. Inſti.eo.in prin. Sed ſi actum fue-
rit furti, nõ poterit agi vi bonorum raptorum,
niſi in eo quòd excedit. nec contra, in d.l.1.& 2.
Sed pro re immobili occupata non datur niſi
in ipſa re, ſecus ſi eſſet res mobilis, vt ff. de
vi & vi ar. l.1.§.ſi fundus. de fur.l.ſi quis ex
domo cum ſi. & fiet æſtimatio pretij tempore
rapinæ quanti tunc valet, vt ff.eo.l. prætor, §.
hæc autem actio.arg.ff.ad l.Aquil.l. ait, & ff.
2 eo l.2.§.in hac actione. † Item tenetur & ille
qui hominibus vel amicis conuocatis, ſ. vno,
vel pluribus dedit damnum, vel rapuit, vt ff.
eo.l.2.in prin.& §.dolũ.& ſeq.& §.doli.& om-
nia damna veniunt in iſto delicto reſtituenda,
vt d.l. 2.§. damni.dummodo fiat rapina dolo
malo. vnde ſi quis rem ſuam rapuit, non tene-
tur vi bono.rapt.ſed cadit à iure ſuo &c. vt ff.
eo.l.2.§.hac actione.ibi, is demum &c.& C.eo.
b l.eos.dic utibi, & C.vnde ui.l.ſi quis in tantã.*b*
&C.

ADDITIONES.

a ¶ Actio. *Adde vt quibus rebus detur actio vi bonorum raptorum. & vide per Alex.in conſ. 103.col.3.in 1.volu. & ibi in verſ.inſuper habes an contra raptores pro vi turbatiua detur actio iniuriarum, & quomodo & quando ſtetur iuramento damnum paſsi.in d.col.in fi.*

b ¶ Si quis in tantam, *Adde tu Alex.pro intellectu d. l. 3. conſ.103. per totum.in 1.vol. & ibi an habeat locum d.l.in rapiente rem communẽ. & vtrum miles excuſetur a pæna dictæ legis.*

3 & C.eod.l.3.& Insti. eod.§.quia.† Item tene-
tur & ille cum ope,!& consilio dolose factum
est,& ille, qui homines collegit ad hoc facien-
dum, ut d. l.ij.§.dolo autem,& §.si quis. de
4 fur. l.si uendidero, §. cum raptor. † Item &
ille qui concitauit homines ad faciendum,
ut ff.eod l.prætor,§.hoc autem, & §.si quis,
5 † No.etiam ꝙ potest agi furti,ut dixi,& con-
dictione fuerit,& rei uendica.ut d.l.ij §.rerũ.
6 †Item no.ꝙ non solum datur domino rerũ ra
ptarum ista actio,sed etiam illi cuius interest,
d.l.ij.in hac actione, & §.sequen.& Insti. eod.
§. sane. Si publice custos agrorum abduxit
pecus, quia inuenit damnum dare, non tene-
tur ui bonorum raptorũ,ut d.l.ij.§.si publica
nus. Et licet quis restituat rem quam quis ui
rapuit,pœnam non euitat, ut ff.eo.l.pe. Et si
datur damnum cum turba, locum habet præ-
dicta pœna, uel datur actio intra annum in
duplum solum,& postea in simplum. Et dicit
turba decem, aut quindecim hominum: rixa
uero dicitur duorum,ff.eo.l.prætor.in prin. Et
no. ꝙ dicuntur proprie mobilia siue res mo-
biles rapi,immobilia inuadi,ut C. eod.l.j.& ij.
7 † Agitur etiam criminaliter pro ista tali rapi-
na, ut si quidem facta fuit cum armis, l. Iul.
de ui pub. ut supra.de pub. no.si uero sine ar-
mis,tunc l.Iul.de ui priuata,ut supra ad l.Iuliã
de ui priua. plenius uero facit Insti. de pub.
iud.§. item lex Iulia de ui. cum si. Impubes
tamen non doli capax non tenetur, nisi seruus
eius uel familia fecerit: nam tunc tenetur.
8 ff.eo.l.ij.§.impuberem. † Item no.ꝙ ista actio
datur hæredi contra raptorem, sed non cõtra
hæredem ipsius,nisi inquãtum factus est locu
pletior,ut ff.eo.l.ij.§. fin. Item non solum qui
rapinam facit tenetur,ut ff.de fur.l.si uendide
rim,§.cum raptor,C.de accu.l.non ideo.

Si quid raptum est occasione incendij,ruinæ, vel naufr. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Pœna rapientis aliquid occasione incendij, naufragij vel ruinæ quæ sit.*
2 *Pœna supradicta quando locum habeat in incendio & ruina, & an habeat locum propter suspicionem incendij, non sequuto incendio, & quomodo tunc tenebitur.*
3 *Pœna occasione naufragij, quando habeat locũ & quando nauis dicitur expugnari.*
4 *Pœna qua teneatur qui rapiens de domo, vel villa, quando expugnantur.*
5 *Pœna prædicta an non solum rapiens teneatur, sed etiam qui recepit sciens: vel abstulit, uel amouit, vel damnum dedit.*
6 *Rapiens clauum, anchoram, uel remum nauis, vel quid simile, qua pœna teneatur.*
7 *Naufragium fieri facientes, vel quorum consilio factum est, vel qui fuerunt impedimento quominus nauis euaderet naufragium, qua pœna puniatur.*
8 *Naufragij tempore recipiens, vel in trepidatione naufragij, quomodo puniatur.*
9 *Nautarum duorum, vel trium dicto statur.*
10 *Naui propter vim eunte in domum alterius, & damnum dante, quid fiet.*
11 *Actio de naufragio datur hæredi, & contra hæredem.*
12 *Naufragium suum cuilibet. & in quolibet loco impune colligere licet, & impediens punitur, & agitur contra possessores agrorum vbi nauis rupta, vel infixa est.*
19 *Incendens scienter, vel negligenter domum, vel segetem alterius, quomodo puniatur, & appellatione domus quid veniat.*
14 *Incendium in ciuitate, data opera vel casu faciens, quomodo puniatur.*
15 *Piscatores de nocte cum luce decipientes nauigantes, propter quod damnificantur, quomodo sint puniendi.*

1 REIPVBLICAE † interest ne quid
occasione incendij, uel ruinæ, uel nau-
fragij rapiatur, ff. de incen.rui.naufra.
l.1.§.1.unde prætor uoluit prouidere,ne quis
rapiat ex incendio. ruina, uel naufragio ali-
cuius nauis,& qui contra fecerit,puniatur &c.
ut infra.sequitur,ut intra annum ad restitutio
nem in quadruplum ciuiliter, post annũ uero
2 in simplum, ut ff. eod. l.j.in prin. Et no.præ-
dicta locum habere solum si de domo rapi-
tur ubi incendium erat, sed si de adiacentibus
domibus,uel prædijs,raptum est de dolo ma.
lo,& satis ur̃ factum occasione incendij, si fit
durante incendio, ut d. l.j. §. ex incendio. &
idem ur̃ si fiat occasione ruinæ,ut d.l.1.§.rui-
næ.Sed si fieret per suspitionem incendij, uel
ruinæ, & non sequeretur postea ruina, uel
incendiũ,prædicta locũ non habent, ff. eo.l. 1.
§.si suspicio.quia falsæ suspicioni non statur,
sed tenetur tunc furti,ut ff.de fur.l.interdum.
3 §.pe.& l.interesse, §. repente,& l.j.†Item si
quis rapit de naufragijs tpe & loco quo fit
naufragium, uel nauis expugnatur tenetur in
qua-

quadruplū intra annū, & postea in simplū, vt
dictū est. & ff. eo l. j. & ij. in prin. & l. si quis, &
C. de fur. l. in eū. & in auth. nauigia. Et dr̄ expu-
gnari nauis cū spoliatur, aut funes incidūtur,
4 aut vela &c. vt ff. eo. l. expugnātes. † Itē si q̄s
rapiat de domo, vel villa q̄n expugnat̄, tenet̄
in quadruplū, vel duplū ut dictū est, ut d. l. 3. §.
5 Labeo. † Item no. ꝙ nō solum qui rapit sciēs,
vel abstulit, uel amouit, vel damnum dedit. te
6 netur, vt d. l. 3. §. non tantū. & §. seq. † Item si
rapuit clauum. idest gubernaculū vnū, seu plu
res tenetur omniū rerum noīe, vel aliā rē ꝑꝑ
quam nauis fuit in naufragio, vt forte ancho-
ra, uel remus, vel quid simile, ut d. l. 3. §. sena-
tus. facit ff. ad Sill. l. si quis in graui, §. si quis
7 tabullas. † Illi autem qui fieri fecerunt nau-
fragium, vel quorum consilio factum est, vel
impedimentum dederunt quominus auxilium
haberent ad euitandum naufragium, tenentur
l. Cor. de sica. ff. de incen. rui. nau. l. ij. §. alio
8 senatuscon. † Si autem tp̄e naufragij recipia-
tur, vel non in naufragio, sed in alia trepida-
tione naufragij diuersimodè, etiam crimina-
liter punitur. nam quidam relegantur, quidam
flagellantur, ff. eod. l. prædijs, & l. ne quid. &
non minus ciuiliter tenetur ad quadruplum
vel duplum, vt s̄ dictum est. & ff. eo. l. in prin.
9 C. de naufr. l. pe. lib. 11. † Item no. ꝙ statur di-
cto nautarum duorum, uel trium, C. de naufr.
10 l. quoties. lib 11. & ibi no. † Sed quid, si nauis
tua propter vim venit in domo mea, & de-
dit mihi damnum? Respon. nō teneor tibi di-
mittere, nisi primo caueas mihi de damno
meo, uel emendes damnum, ut ff. eod. l. ratis.
11 † Item no. quod agitur contra hæredes ciuili-
ter, nedum contra delinquētem, & datur etiā
12 hæredi illa actio &c. ut ff. eo. l. Pedius. † Item
not. ꝙ licitum est cuilibet colligere in quoli-
bet loco, & impune suum naufragium, siue
suas res ob causam naufragij. vt ff. eod. l. fin.
Et si quis impedimentum præstat, punitur, ut
ff. eod. l. ne quid, §. fi. Potest etiam agi contra
possessores agrorum vbi nauis est infixa, vel
13 rupta, ut d. l. ne quid, in princ. † Item no. quòd
si quis posuit incendium sciens in domo, uel
segete alterius, & comburitur, siue negligen-
tia, ad damnum tenetur, & appellatione do-
mus omnes species ædificij continetur, ut
14 ff. eo. l. qui ædes. † Qui autē in ciuitate data
opera incendium fecerit, aut ad mortē damna-
tur, aut relegatur, vt ff. eo. l. fin. Si autem casu
fortuito incendium fiat, tunc uenia dignus
15 est. ff. eo. l. fortuito. † Item no. quòd si piscato-
res de nocte cum lumine decipiant nauigan-
tes, ut eo veniant, credentes ibi esse portum,
& propter hoc naues pereunt & dimnificantur,
tur, ipsi sicut & alij raptores tenetur, & puniū
tur, sicut dictum est supra. & ff. eo l. ne piscato-
res, & C. de naufr. l. j. in prin. & l. fin. & per tot.
lib. 11. facit C. de fur. l. in eum. & auth. naui-
gia. & quod ibi no. Et sic vr̄ hodie per dictam
auth. nauigia. quòd solum puniatur in publi-
catione bonorum, & aliter ut principi placue-
rit, qui rapuit res de naufragio, nisi sint na-
uigia quæ piraticam exercent prauitatem, vel
sint inimica imperio, & sanctæ Romanæ ec-
clesiæ, ut quia sint Saracenorum, vel hæreti-
corum. & similium. nam in alijs non habet lo-
cum dicta pœna, quia licet, & licitum est ra-
pere talia bona, ut in d. auth. nauigia. quæ fuit
Federici Impera. Sed si alijs raptoribus occa-
sione incendij, uel ruinæ habet locum pœna
supradicta, vt supra notatum est. & in supradi-
ctis legibus continetur.

De incendiarij. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius vnde dicitur, & qui incendium*
facit dolo vel negligentia, quomodo puniatur.
2 *Incendio sequuto in domo mea vicina tua, quia*
tuus inimicus posuit ignem in domo tua, an te
nearis mihi ad emendam.
3 *Incendio sequuto, vt supra, duarum opinionū*
in tali casu quæ sit verior.
4 *Incendens ecclesiam, vel alium locum religio-*
sum, quomodo puniatur, & an ad sedem aposto-
licam sit mittendus pro absolutione.
5 *Domus appellatione, quæ ædificia contineātur.*

1 INCENDIARIVS † dr̄ ab incendio,
vnde si quis domos alicuius, vel segetes,
vel alias res accendit, imponendo ignem
dolose, uel imponi faciēdo, iste talis aut igne
concrematur, aut capite punitur, vt ff. de
incen. rui. nau. l. qui ædes & l. fi. & pen. ff. de
pœ. l. capitalium, §. qui ob inimicitias, & §. in-
cendiarij. & 12. q. 2. cum deuotissima. 23.
q. 8. pessimam. si vero negligentia, tunc cor-
poraliter punitur, forte fustigatione, uel ma-
nus abscissione, ut iudici videbitur, uel alia
pœna, ut d. l. qui ædes. bene facit ff. de in ius
uoc. l. fi. ff. de pœ. l. j. C. de accu. leg. non ideo.
2 & l. si fortuitu. † Sed quid, quidam tuus ini-
micus posuit ignem in domo tua, uel in alia
re, quæ est uicina domui meæ, ꝓpter quod do-
mus

mus mea est combusta, vel alia res quæritur, an tu tenearis mihi ad emendationem damni mei? Resp. & vr̃ ꝙ sic, quia & incendium factum fuit occasione tuæ inimicitiæ, vnde tu teneris emendare, vt ff. de iniur. l. fi. arg. ff. de solu. l. in ijs. ff. loc. l. si merces, §. culpæ, & ibi not. & est ratio, quia tu uideris causam damni dedisse &c. & nihil interest &c. ff. de sica. leg. nihil. ff. com. diui. l. is qui communes ædes. C. ad l. Iul. de vi pub. l. qm̃. Alij contra, quia congruum non est, ut id quòd preter uoluntatem meam accidit, in meum redundet periculum. 27. qu. 5. de occidendis. Facit extra de hom. cap. decreto. Item quia delictum alterius tibi nocere non debent. C. ne uxor pro mari. l. maritorum culpa, C. ne fil. pro pat. per
3 tot. C. de poe. l. sancimus. † Sed quidam approbauit primam opinionem, per iura primo alleg. & hoc quando quis culpa sua habuit inimicitias, ut d. l. si merces. §. culpæ. & facit pro hac parte. ff. ad l. Rho. de iact. l. 1. & 2. §. æquissimum ff. pro soc. l. cum duobus §. quidem. Sed Vber. tenet opinionem secundam, ꝙ non teneatur damnum emendare. Sed prima opinio uidetur uerior, ut not. in d. §. culpę.
4 † Sed quid de iure cano. si quis incendit ecclesiam uel locum religiosum, ipso iure est excōicatus, vt extra de sent. excom. c. conquesti. & c. tua. 11. q. 3. c. canonica. Si vero alium locum, nō ē excōmunicatus, sed excōicādus, & damnum emendare tenetur, vt extra de rapto. ca. in literis. & d. c. tua., & debet postea mitti ad sedem apostolicam absoluendus, vt d.
5 c. tua. † Item not. ꝙ appellatione domos, *a* cō
a tinenlur omnes species ædificij, vt d. l. ædes in fi. ff. de adul. l. qui domum. & l. nec in ca. §. ij. & Insti. de iniur. §. domum.

ADDITIO.

a ¶ Domus. *Adde tamen ꝙ in statuto app. domus non venit capāna in incendio, ita Bal. in c. 2. de fratri. de no. benefi. inuesti. pro quo facit tex. in l. senatus, §. maritus. ff. de leg. 1. et Bar. in l. cætera, §. ꝙ senatus, eo. tit. & intellige etiam si capāna sit ad vsum hominis, & faciunt ea quæ dicit Alex. in consi. 104. in 1. vol.*

De iniurijs. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria trib. modis irrogatur, scilicet facto, verbis, & literis.*
2 *Iniuria facto quando dicatur fieri.*
3 *Iniuria quomodocūque inferatur in corpus, vel in rem alterius animo vulnerandi, dicitur fieri iniuria facto, & non solum ratione propriæ personæ, sed etiam aliarum hic enumeratarum.*
4 *Iniuria facta vni personæ quādo inferatur pluribus, & an vno agente iniuriarum, tollatur iniuria alteri facta.*
5 *Iniuria facta filio, vel nurui, qui poßint agere iniuriarum.*
6 *Iniuria facta marito, vel socero, an vxor vel nurus agere iniuriarum potest.*
7 *Iniuria facta filiofamilias, an poterit agere per se, & per procuratorem.*
8 *Iniuria facta seruo proprio, vel communi, quis poterit agere.*
9 *Iniuria quomodo fiat verbis, & an poßit fieri abscenti.*
10 *Conuitium vnde dicatur.*
11 *Iniuriarum tenetur nō solum iniuriam faciēs, sed procurans fieri, & alios incitans ad faciendam.*
12 *Iniuria quomodo fiat literis.*
13 *Iniuria dicitur multis modis.*
14 *Iniuria non fit volenti, & ille agere non potest & quot actiones nascantur pro uno delicto.*
15 *Iniuriarum an teneatur qui me in ius facit vocare sine iusta causa.*
16 *Item an prohibens bestias meas in loco publico pascere.*
17 *Item an prohibens me lauare in balneo publico, & in similib. publ. locis aliquid facere.*
18 *Item an volens diuinare contra veritatem me fecisse furtum, vel quid simile, quod non feci, et qua pœna puniatur.*
19 *Item an teneatur qui non debitorem requiri fecit tanquam debitorem.*
20 *Item an tenetur qui sibi incognitum offendit.*
21 *Item an teneatur aliquid iniuriosum faciens, etiam si nesciat ad cuius iniuriam vel cōtumeliam fiat.*
22 *Item an teneatur inquietans fideiussores, quādo principalis paratus est soluere.*
23 *Item an teneatur faciens ludibrium de aliquo.*
24 *Item faciens vel dicens aliquid ob infamiam.*
25 *Item an probibens me vendere, vel alienare rē meam.*
26 *Item an imponens signa domui meæ, vel rebus meis vt sua appareant, vel aliena.*
27 *Item an intrans domum meam me initio, etiā si sit nuntius citans.*
28 *Item an vtens veste sordida, vel capillis in op-*

probrium alicuius.

29 *Item an iudex faciens contumeliam appellanti, quia appellauit.*

30 *Item an iudex vulnerans appellantem, & qua pœna teneatur.*

31 *Item an si inferior fumum faciat superiori, vel superior proijcias feces, uel aliquid simile inferiori.*

32 *Item an iudex iniungens mihi onus vltra debitum modũ, vel præcipiens iniustum, vel illicitũ.*

33 *Iniuriam facientes personæ, quæ tamen non tenentur iniuriarum hic enumerantur.*

34 *Iniuriarum, an teneatur ille qui ad imminuẽdum dignitatem meam non permisit me habere officium, vel quid simile.*

35 *Itẽ an pater, uel dominus, quando filius familias, vel seruus iniuriam facit, ita q̃ cõtra istos agi poßit, & an iniuria sit maleficium.*

36 *Item an uerberans aliquẽ pugnis, pede, vel aliare, vel tormenta faciens alicui, & quæ dicantur tormenta, & quæ veniant appellatione tormentorum.*

37 *Iniuriarum actio datur nõ solum illi cui facta est, sed etiam alijs personis hic enumeratis, & licet vna remittat persona, alia videtur agere posse.*

38 *Iniuriarum ciuiliter agi potest, & quõ stabitur iuramento iniuriati, & aliarũ personarũ, et quid de taxatione & condemnatione.*

39 *Iniuriarum actio ciuiliter quando detur hæredi & in hæredem, & quando non.*

40 *Iniuria a pluribus illata omnes tenentur insolidum nec vno soluente alij liberantur.*

41 *Iniuriarum, an tenetur non solum faciens, sed curans, & solicitans illam fieri, tenentur suadens & incitas iniuria sequuta.*

42 *Iniuriæ ciuiliter æstimatio, an fiat aliquando plus & minus, & quo respectu, & quibus rationibus iniuria dicatur atrox.*

43 *Iniuriarũ agitur ciuiliter & criminaliter lege Cornelia & licet actum fuerit criminaliter, nihilominus agitur ad damnum & quãtum durer ista actio.*

44 *Iniurians, an præsumitur facere animo iniuriandi, & quando fallit.*

45 *Iniuriarum actio, an per pactum tollatur.*

46 *Item an ipso iure per pactum parentum de non accusando.*

47 *Item an si iniuriatus bibit, vel comedit cum illo qui fecit iniuriam.*

48 *Iniuriarũ, an teneatur ciuiliter qui leuauit manum ad percutiendũ aliquẽ, licet non p̃cußerit.*

49 *Iniuriarum an ignorantia excuset.*

50 *Iniuriam faciẽs cadaueri defuncti, an iniuriã faciat hæredi, & an hæres poßit agere iniuriarum.*

51 *Iniuriarum an teneatur qui dum vellet vnũ percutere, alium percußit.*

52 *Iniuriarum agens quid debet designare in suo libello vel accusa, & an debet ponere omnes iniurias in vno libello.*

53 *Iniuriarum potest agi lege Cornelia de sic. & non minus Aquilia, homine occiso.*

54 *Tutor & procurator, an pro alio agere poßint iniuriarum.*

55 *Magistratus aliquid faciens pro suo officio, & cura non tenetur iniuriarum, alias sic, & minor magistratus durante officio poterit iniuriarum conueniri.*

56 *Iniuriarum, an tenetur qui dum crederet offendere Petrum, offendit Antonium, & quid de offendẽte sibi incognitum.*

57 *Offendẽte Titio filiumfamil. quem patremfami. putabat, & nuptam quam credebat viduã, an marito & patri dabitur actio, & an prohibens rem meam vendi tenetur.*

58 *Iniuriarum tenetur generaliter quandocunque & quomodocunq; quis fecerit cõtra alium, vel ad infamiam alterius siue facto, siue verbis, siue literis animo iniuriandi.*

56 *Accusans ad infamandum aliquem, vel per calumniam & animo calumniãdi quomodo puniatur.*

60 *Iniuriæ omnes debent in eodem libello describi quando plures iniuriæ alicui inferuntur eodem loco & tempore, & agere vult.*

1 MVLTIS modis, † & diuersis iniu-
ria irrogatur. Sed altero de trib. mod.
fit iniuria, videlicet, aut facto, aut uer-
2 bis, aut alteris. † Facto dr̃ fieri iniuria quando
quis pulsatur & verberatur, vel domus eius
introitur animo iniuriandi, & dr̃ verberare cũ
dolore, pulsare dicitur sine dolore. ff. eod. l. lex
Cor. Item domum intellige, siue sit propria,
siue conducta, siue gratis concessa, & siue sit
in ciuitate, siue in uilla, siue sit etiam hospi-
tium in quo quis hospitatur, ut d. l. lex Cor. §.
3 domum. Inst. e. §. domũ. † Et generaliter quõ-
cunque iniuria inferatur in corpus, uel in re
alterius animo vulnerandi dr̃ facto fieri. & non
solum si fiat in tua propria persona, uel re tua,
sed etiam si fiat in p̃sona vxoris, uel spõsę tuę,
vel filij, uel nepotis tui, qui est in tua p̃tãte,
uel serui tui ad tuam cõtumeliam, ut Inst. eo-
dem

dē,§.patitur,ff.eod.l.apud Labeonem §.ſpon
4 ſum.† Et fit ēt plurib.perſonis iniuria.unde ſi
fiat uxori tuæ quę eſt filiafamilias Titij,& ip
ſi filię,& marito.& primi fit iniuria,ut ſi unus
agit iniuriarum,nō tollitur per hoc iniuria al-
5 teri facta, ut ff. e.l.1.§.fi.†Item ſi fiat filio,
pater,uel auus,ut dictum eſt poteſt agere,idē
iuris ſi fiat iniuria nurui ex filiofamilias,quia
ſocer poterit agere iniuriarum, ut d.§.j.quia
ſocer loco parentis hr̄,ff.ſol.mat.leg.quia ſo-
6 cer.& Inſti. eo.§.patitur.Si autem fiat iniuria
marito, uel ſocero, uxor uel nurus agere non
pōt, quia defendi uxorem a uiro &c. æquum
7 eſt,& non econtra, ut l.2.ff.eo.†Item filiusfa.
pro iniuria ſibi facta poteſt agere iniuriarum
per ſe & procuratorem, ut ff.eo.l.ſed ſi unus,
8 §.idem Iulian.† Sed ſi fiat iniuria ſeruo, non
agit ſeruus,ſed dominus cui ur̄ facta iniuria,ut
Inſti.eod. §.ſeruus.& ſi fuerit ſeruus proprius
uel cōmunis.Nam uterque dominorum pote-
rit agere, ut Inſtit. eod. §. ſi communi ſeruo.
9 † Verbis autem fit iniuria, ut qn̄ fit conuitiū
ſiue dedecus, ut ſi dicatur,tu es latro, ut es
falſarius,tu es aſſaſſinus, cucurbita,uel cacu-
cius,ut l.apud labeonem, §.generaliter.in fin.
ff.eod. uel quid ſimile dicatur præſenti.poteſt
etiam fieri iniuria abſenti, ut ſi quis ad domū
tuam,uel ad apothecam,uel ad tabernam ue-
nit te abſente, & mala uerba dixit & turpia
de te,ut dictum eſt,ad infamiam tuā,ut ff. eo.
leg.j.§.iniuria.& l.item apud Labeonem,§ qui
10 turpibus.† Et dr̄ conuicium a uociferatione,
uel a uocem prolatione, ut ff.eod.l.apud La-
beonem, §. conuicium. & §. ſequ.& §. feciſſe
11 & §.fin.†Et non ſolum qui facit iniuriam,ſed
qui procurat fieri, & incitat alios ad facien-
dum,tenetur iniuriarum, ut d.l. apud Labeo-
nem,§. ſi curauerit.& §. ſeq. & §. ait prætor.
12 & §.generaliter.†Literis ēt fit iniuria, ut qn̄
facit quis librum, uel carmen, uel hiſtoriam,
uel literas, uel ſcripturam porrigit non ue-
ram,uel cōponit,uel ſcribit,uel dictat, uel q̄d
ſimile facit dolo malo, ſiue ſuo nomine quis
faciat, ſiue alieno,ut Inſt.eo. §.iniuria.& ff.
eod. l. lex Cornel.§. ſi quis librum. facit ad
hoc quod not.in tit. de famo. libel.& dic ut
ibi no. Si aūt uerum eſſet quod diceret,nō te-
netur iniuriarum, quia expedit peccat nocen-
13 tum &c.ut ff.eo.l.l.eum qui nocentem. † Itē
no.ꝙ iniuria dr̄ multis modis,nā dicit contu-
melia dicta à contēnendo.item dicitur iniuria,
id eſt damnum datum iniuria, ut eſt in l.Aq.
dicitur etiam iniuria ideſt iniuſtitia,unde ſi iu
dex contra aliquem iniuſte prouocat, dicitur
iniuriam facere, & non tenetur iniuriarum.
14 † Item no.ꝙ non fit iniuria uolēti, & ille ta-
lis non poteſt agere iniuriarum:non tamen ꝑ
hoc non tollitur iniuria facta patri, uel ma-
rito,uel ſimili, uel cōmuni,uel loco,uel fiſco,
ff.eo.l.j. §. uſque adeo.& l.pater,§.ſi quis ſer-
uum, ff.de ſica. l. lege.§.fina.ff.de public. l. li-
citatio,§. quod illicite.cum ſimilibus. Nam
pro delicto duæ naſcuntur actiones, una
quæ datur iniuriato, & alia quæ datur fi-
ſco,& una non tollitur per aliam,ut.d. §. q̄d
illicite. ſiue reipublicæ, uel communi illius
loci, ubi quis degit, ff.de ui pub.l.qui cætu,
15 §.uacantem. cum ſim. † Item tenetur iniu-
riarum qui me fecit uocari in ius ſiue ad iu-
dicium ſine cauſa iuſta, ff.eod.l.iniuriarum,
16 §. ſi quis. † Item ſi quis prohibet me paſce-
re cum beſtijs meis in loco publico, tenetur,
ſecus ſi in ſuo priuato, ut ff. eod. l.ſi iniuria-
17 rum. §. ſi quis me. & §.fi. † Itē ſi prohibet
me in balneo publico lauare, & in ſimilibus
publicis locis aliquid facere, ut in dict. §. &
18 ſequ. † Item tenetur qui uult diuinare con-
tra ueritatem me feciſſe furtum, uel quid ſi
mile quod non feci, quod plus eſt, capitali
pœna punitur, ff.eod.l.item apud Labeo.§.ſi
19 quis aſtrologus.& C.de math.l.nemo.†Item
qui fecit me requiri tanquā debitorem ſuum
& non ſum debitor,tenetur,ut d.l. item apud
20 Labeo. §. ſi quis non debitorem. † Item ſi
quis offendit aliquē quem nō cognoſcit, non
minus tenetur,ut ff. eod. l. eum qui.§.iniuria
21 rum. † Item ſi faciat aliquid iniurioſum
etiam ſi neſciat ad cuius iniuriam, uel con-
tumeliam fiat, punitur,ſaltem cōi,cui uidet̄
facta iniuria, ff.eo.l.quod ſenatus.& eſt ratio,
quia reipublicæ intereſt ne maleficia ſint
22 impunita, ff.Aquil.ita uulneratus. † Item ſi
quis inquietat fideiuſſores dum paratum ſum
ſoluere debitum, tenetur iniuriarum,ff. eod.
23 l.ſi creditor. †Item ſi quis facit ludibrium de
aliquo, uel ducit ad ludendum. uel ad locum
ubi ludibria ſunt, tenetur, ut ff.eod.l.ſi quis
24 ſeruum. † Item ſi facit uel dicit aliquid ob
infamiam, tenetur iniuriarum,ut ff.eodem l.
item apud Labeonem, §. generaliter, & §.
25 ſequ.& l.conſtitutionibus.† Item ſi quis pro-
hibet me uendere, uel alienare rem meam,
tenetur iniuriarum, ut ff. eod.leg.ſi quis ſer-
29 uum. † Item ſi quis imponit ſigna ſua do-

mui meæ, vel rebus mis ad hoc,ut suæ appa-
reant, vel alienę tenetur iniuriarum, vt ff.co.l.
si iniuriæ & C. vt ne. lic. signa impo. rer.alic.
27 l.j.& 2.† Item si quis intrauit dominum meã
me prohibente, vel nuncius intrauerit me in
vito, & me citauerit, tenetur, ut ff.cod.l.qui
in damum.& est ratio, quia domus est tutissi
mum refugium, vt ff.de in ius vo.l.plerique.
28 † Item si quis vtitur veste sordida vel capillis
in opprobrium alicuius, tenetur, ff. eod.l.ve
29 stem.† Item si appello a iudicis sñia, & ,ppter
hoc faciat mihi iniuriam, ipse tenetur, vt ff.
30 eo.l.iudici.facit ff de app.l.illud. † Item si iu-
dex vulnerauit appellantem, tenetur le. Iulia
de vi pu.l.lex Iulia de vi.& no.supra ad l.Iu.de
31 de vi publ. † Item si quis inferior habitator
fumum facit superiori, vel si superior proij-
ciat feces, uel aliud simile turpe super inferio-
rem, tenetur iniuriarum, vt ff. eod.leg.si infe-
32 rior. † Item si iudex iniungit mihi onus vl-
tra debitum modum, vel præceptum illicitũ,
vel iniustum facit, tenetur, vt ff. cod.l.iniuria-
43 rũ actio, §.idẽ Labeo.& §.seq.† Itẽ no.ꝙ quę
dam sunt personæ quæ faciunt iniuriam &
non tenentur, vt pupillus non doli capax. itẽ
furiosus, vt ff.eo.l.illud, ff.de sic. l.infans.item
dementissimus non tenetur, quia excusatur,
vt ff.de pę.l.aut facta, §. euentus.item ebrie-
tas excusat, ut l. respiciendum, §. casu, ff.de
pœ. Idem & in similibus casibus contingit,
vt no.s̃.de homi. in fi Item qui facit per iocũ
non tenetur, nisi iocus esset valde noxius, ff.
ad l. Aq.l.nã ludus, ff.eo.l.illud, ext.de p̃sum.
c.i.Item non tenetur qui facit causa correctio-
nis, nisi excesserit modum in corrigendo, ff.
eod. l. apud Labeonem, §.adijcitur, ff ad leg.
Aqu.l.præceptoris, C. de emen. propin. l. 1.&
maxime persona coniuncta sanguini, ff. eo-
dem.l. vestem. Item excusatur qui facit ali-
quid iniuriosum ob honorem reipu.ff.eodem
l.qui reipublicæ item non tenetur qui exequi
tur ius & iustitiam secũdũ ius, quia iuris exe-
cutio, &c.vt ff.eo.l.iniuriarum, §.ij. & seq. Itẽ
licet pupillus, vel furiosus, vel similis non
possint facere iniuriam, nec teneantur, tñ pos-
sunt pati, & ille qui facit, punitur, ut d.l.il-
34 lud. † Item ẽt tenetur ille qui nõ permisit me
habere officium vel assequi, si facit ad minuen
dum dignitatem meam. idem & in similib.
ut ff.eodem l.iniuriarum, §.si quis de hono-
35 ribus, † Item si filiusfa facit iniuriam, potest
agi contra patrem ciuiliter, uel si seruus con-
tra dominũ, ut ff.eod.l.sed si vnius, §.cum ser-
uus. & §. si iussum, & §.ait prætor.& l.si filij
nomine.cum sim.No. etiam ꝙ iniuria est male
36 ficium, ut d.§.cum seruus.† Item tenetur qui
aliquem verberat pugno, pede, vel alio im-
pulsu facto de suo corpore, aut per alia fa-
cta quæ dant tormentum corpori, vel ea
quæ ad mutilationem membri possunt es-
se apparentia, ita quòd ea quæ fiunt per dolo-
rem corporis, aut appellatione tormento-
rum in quibus continetur omnis mala man-
sio, uel si denegat alimenta, vel quid simile
facit, leuis autem territio vel iniuria non dici-
tur tormentum, vt ff. eo.l.item apud Labeo-
nem, §. verberasse. & §. quæstionem. & §.
sequ. Fallit in iudice qui infert tormenta præ-
cedentibus indicijs, & secundum iura qui
non tenetur iniuriarum, vt C. de quæst.l.mi-
lites. quia iuris executio non habetur iniu-
riam, ff.eod.l.iniuriarum, §. his & §. sequen.
37 Et no. quòd solum datur actio iniuriarum il-
li cui facta est iniuria, sed etiam alij pro eo,
vt patri pro filio, domino pro seruo, mari-
to pro vxore, sponso pro sponsa, abbati pro
monacho, & similibus, vt Institu. cod.§.pa-
titur, ff. cod. l. j. §. item aut per.& §.sequen.
& §.Labeo.& §. sequen. & leg.item, §. spon-
sum. Et licet vnus remittat iniuriam, nihi-
lominus aliter videtur agere posse, vt d. l. 1.
& fi. & l.si vnius, §.fi.& l.seruo, §.filio.& l.
38 pater. † Et potest pro iniuria ciuiliter agi,
a & stabitur iuramento *a* iniuriati, si iuraue-
rit potius de suo velle amisisse tantum, quam
pati talem iniuriam tempore iniuriæ irro-
gatæ, quia ad tempus debet fieri æstimatio.
idem in patre & domino, & similibus est di-
cendum, si iurauerit certam, præmissa prius
a iudice taxatione quantitatem, argu. C. de
iudi.l.apertissimi, & auth.pascuis. & l. videa-
mus, §.pen. Et posteaquam iuratum fuerit,
non licebit iudici in minori quantitate
condemnare, vt in Authen. de iudi.§. opor-
39 tet.colla.6 & extra eodem. cap. olim. † Item
no.ꝙ

ADDITIO.

a Iuramento. *Adde tu & vide de hoc late per do mi.meum Soc. in consi.116. col. fi. versic. circa quartum & vlt. & in dicto consi. col.4. ver. circa tertiam quæstio.probatur interesse iniuria, & qua pœna inferatur pro iniuria illata in fi. per Alex.in consi.25.in fi.in 2.volu.*

no. ꝙ illa actio ciuiliter nō datur hæredi nec
in hæredem, vt ff. eod.l.iniuriarum.in princ.
nisi lib. conte.ut ibi no. & ff.eod.l.iniuriarum
40 actio in bonis.† Item no.quòd si plures simul
faciunt iniuriam, omnes simul tenentur insolidum, quia tot sunt iniuriæ, quot sunt facientes, vt ff.co.l.si plures.nec vno soluente alij liberantur, cum sit pœna, ff.ad l.Aq.l.item Mela, §.si plures. vbi de hoc not. ff.de fur.l.vulgaris, §.si duo, ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus, in
41 fin.cum si.† Item no. ꝙ non solum qui facit
iniuriam, sed qui curauit & solicitauit fieri, tenetur, & hoc verum est, si iniuria sequatur, & habeat effectum, alias secus, ut ff.eod.l.item apud Labeonem, §.si curauerit, ubi de hoc. Idem dico de illo qui suadet & incitat vt fiat iniuria, vt ff.eo.l.non solum.& l.item, §.fecis-
42 se.& §.adduxisse.† Item no.quòd fit ciuiliter
æstimatio iniuriæ plus & minus, aliqñ ratione personæ, ut ff.eodem.l.actione. & dr̄ magis
a atrox, *a* vt puta si fiat magistratui, uel iudi-
ci, vel epo, vel simili, vel si fiat parēti ꝑ filium vel patrono per libertum, magis q̃ si fieret per extraneum, & magis quā si fieret alicui ulli ꝑsonæ. Et fit etiā atrox ratione loci, vt si fiat in ludis in multorum conspectu, potius quā si fieret in loco oculto, uel si fiat in conspectu prætorum, uel in palatio, vel alio simili loco publico. Fit ēt re ipsa. idest facto ipso atrocior, vt si quis percutiat in ore, vel in facie, vel in oculo magis quā si in spatulis., uel alia parte corporis. Et non solum dr̄ atrox si fiat corpori, sed etiam si fiat vestibus quę dilacerantur, vel similibus, ut ff eod.l.prætor, §.fi.& seq. &
43 Insti.eo §.atrox.cum si.† Item no. ꝙ pro iniu-
ria agitur ciuiliter & criminaliter leg. Cor. vt ff.eò.l.lex Cor.& l. fi. Et quamuis fuerit actū criminaliter pro iniuria, nihilominus agitur ad damnum l. Aquil. ff. eod.l.item apud Labeonem, § si quis seruò. & Insti.eo.§.in summa. licet alias tollatur ciuilis per criminalem, cum vtraque detur ad vindictam, ut ff. eod.l. senatus. & l.prętor, §.j.& durat per annum cōtinuum ista actio, & non ultra licet Mar. di-
44 xerit contra, C eodem.l.si non conuicij.† Sed
nunquid præsumitur quis semper facere animo iniuriandi si facit iniuriam? Resp.sic, quia esse malum praue præsumitur actum, vt d.l. si non conuicij. Sed tamē fallit in personis cōiunctis, quæ non præsumūtur facere animo iniuriandi. &c. ff.eod.l.uestem, §. & facit C.de emen.prop.l.1.& in marito & uxore, qui sunt
socii & diuinæ & humanæ domus, & una caro, C.de cri.expi.hær.l.aduersus extra de con-
45 iu.lepr.c.j. cum si.† Item no. ꝙ tollitur actio
illa per pactum, ut ff.de pactis, l.si tibi decem
46 milia, §. quædam actio. † Item tollitur ipso
iure si fiat per parentes de non accusando. vt d.l.si tibi.extra de accusa.cap.meminimus.
47 cum sim. † Item tollitur similiter actio, ut si
iniuriatus bibit uel comedit cum illo qui fe-
48 cit iniuriam, ut Insti.eod.§.fi.† Item si quis
leuauit manum ad percutiendum aliquem, licet non percusserit, tenetur ciuiliter iniuria-
49 rum, vt ff. eo.l.itē apud, §.j. † Item excusatur
ab iniuria ratione ignorantiæ. uñ si quis attentauerit pudicitiam uirginis, uel alterius honestæ mulieris in habitu meretricali incedentis, non tenetur, secūdū Io. ut ff.eod.l.itē apud Labeonem, § si quis uirginem. & l.illud, §.fin. alias secus, ut ff.eod.l.j.§. iniuriam, in fin.& l.
50 sed & est quæstio, §.fi.& l.sequ.† Item si quis
facit iniuriam cadaueri defuncti, facit etiam hæredibus iniuriam, ut d. l.j.§.& si forte.& §. seq. & agit hæres iniuriarum si uult, ut patet
51 in d.l.† Item no.quòd si dum uellē unum per
cutere, alium percussi, iniuriarum teneor, ut
52 ff.eod.l.4.† Item no. ꝙ ille qui agit iniuriarū,
debet in sua accusa uel libello designare certam quantitatem iniuriæ, ut in qua parte corporis, & in quo loco, nec licet ei ignorare, ut ff.eod.l.prætor. in prin.& §.prætor.& §.quod autem. & debet omnes iniurias ponere in uno libello, ut d. l. fina. & hoc probare debet, ff.ui
53 bo.rap.l. prætor. secunda, §.docere.† Item si
homo est occisus pro iniuria. potest agi l.Cor. de sic.ff.de sica.l.j. §. & qui hominem. & non minus potest agi Aquilia ad dānum, ut ff.eod.
54 l.prætor, §.j.& §. sequ. † Item no. ꝙ tutor &
procurator pro alio potest agere, ut ff. eo.leg. iniuriarum. §. agere. & l.si unius.§. idē Iulia.
55 & C.eo.l.fi.† Item no.quòd si magistratus ali
quid facit pro suo officio & cura, non tenetur iniuriarum, quia iuris executio &c. ut ff.

ADDITIO.

a ¶ Atrox. *Qua dicatur esse atrox iniuria ꝑ Ale. in cons.99.col.2.versi.capio primum, in 1.Vol.in consi. 206. col. 1.in fi. & ibi qua dicatur grauis & qua grauissima, & adde ꝙ iniuria dicitur magis atrox qua fit per maledictum in specie, quam per maledictum in genere. ita Soc. in cōs. suo 118.in 1.Vol.in prin.*

ut ff.e.l.iniuriarum, §. 1.& seq. alias sic,ut ff.
l.magistratibus, & si est de minoribus, potest
conueniri,etiam durante officio,alias secus.ut
d. l. & de hoc no. sup. de perso. quæ non poss.
55 accus in fi.tit. † Item no. ꝙ si quis credit iniu-
riã facere Io. & facit Petro,tenetur,idẽ si facit
alicui quem non cognoscit, ut ff.co.l.eum, §.
57 iniuria.† Item no. ꝙ si quis facit iniuriã filio-
fa.quem patrẽfa.esse putabat, non datur patri
actio. Idem si facit iniuria nuptæ credens ip-
sam esse uiduam, non datur marito &c. ut
ff e.l.eum qui,§.fi.sed ipsis bene datur. Item q
prohibet rem meam,uendi tenetur, ut ff.eo.l.
58 si quis.† Et generaliter dico, ꝙ qñcũq; & quo
modocunque aliquis facit contra aliũ, uel ad
infamiam alterius, siue facto siue uerbis,uel li-
a bello, *a* siue literis animo iniuriandi, ꝙ tene-
tur iniuriarum,quia iniuria est omne quod nõ
iure fit,ut Insti.eo.in prin.& ff eo.l.1.in princ.
§. iniuria. & l. item apud Labeonem, §. gene-
59 raliter,& C.eod.l.si uero.† Et no. ꝙ si quis fa-
cit accusam ad infamandum aliquem, uel per
calumniam facit,& animo calumniandi,puni-
tur extraordinariæ pœna relegationis, uel
exilij,ut ea. l. qui iniuriarum,uel punitur, ut
60 no.inf.de famo libel.Et no.quòd si plures iniu
riæ alicui inferuntur eodem loco & tẽpore, &
uult agere, quòd omnes debent in illo libello
& non diuersis inferi, ut ff.eo.l.prætor edixit,
§. si mihi distinguendo qualitatem iniuriæ,
ut dicta.l.j.in prin.& §.præterea,§.& quod au
tem, & Inst. cod.§.atrox,& §.in summa.cum
similibus.

ADDITIO.

a ¶ Vel libello. *Vide de hoc per Alex. in consil. 215.in 2.volu.*

De damno dato. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Damnũ vnde dicitur, & an opporteat quod culpa detur si damno agi debet, & nec infans nec furiosus tenetur de damno dato.*
2 *Impubes non tenetur de damno dato, nisi sit doli capax.*
3 *Damnum dans ad sui defensam quando teneatur, & quando non.*
4 *Damnum aliquando datur a quadrupede, quãdoque a persona.*
5 *Dãno dato ab animali mansueto del sui natura quid dicendũ sit in diuersis casibus, & quid quando vnum animal aggreditur aliud.*
6 *Damno dato quando non apparet quod animal prius aliud aggreßum sit, quid iuris.*
7 *Damno dato per hoc quod animal tuum concitauit meũ, & sic damnũ dedit alteri quid erit, & quid si aliquis facit insultum contra me cũ gladio volendo percutere, & ipsum percutio.*
8 *Damno dato per animal, tenetur qui erat dominus tempore damni dati, & quid si moritur animal ante litem contestatam.*
9 *Actio dãni dati cõpetit hæredi, et cõtra heredẽ.*
10 *Actio de pauperie vel in factum, datur cuilibet cuius interest.*
11 *Actio de damno dato an competat mihi si aliquod animal tuum comedat granum meum, vel quid simile, & quæ actio competat.*
12 *Gallina vel ansere tuus damnum dante, quæstio habeat locum.*
13 *Equo vel alio animali damnum dante in personam alicuius quid iuris.*
14 *Cane, vrso, vel lupo, aut similia alicuius dante damnum, quid iuris.*
15 *Lupo vel alio animali alicuius dante damnũ, q̃uo tenebitur ille qui tenet ipsum animal.*
16 *Lupo, vrso, vel alia ferra bestia aufugiente a domino an teneatur dominus si quis interficiatur & quæ actio dabitur.*
17 *Damno dato corpore animalis siue rem quam tangit, quod est idem, quid erit.*
18 *Possessor animalis tenetur, & si non poßideat, quomodo interrogabitur, & quid erit si plures sint domini, an insolidum teneantur.*
19 *Damna omnia veniant in æstimatione & restitutione, & damni æstimatio venit damno dato in rebus.*
20 *Damno dato personæ per seruum siue ille sit vnus, siue plurium, siue detur damnum in re propria, siue communi, quid iuris, & contra quem actio datur.*
21 *Damno dato in personã liberam, quid iuris sit.*
22 *Damno dato in personam liberam, quæ actio dabitur.*
23 *Damno dato in personam serui, quid iuris erit.*
24 *Vulnerantibus pluribus vnum, & per hoc in lecto iaceat, quid iuris.*
25 *Cisternum vel foueam faciens in loco publico, si homo, vel aliud animal ĩ illa ĩcidat, q̃d iuris.*
26 *Damno dato per tuum animal, depascens herbam vel bladum meum, ad quid agere possum & quomodo mihi satisfiet.*
27 *Damno dato per animal inuentum, quando poßim illud retinere, & quando expellere, et an liceat animal offendere.*

28 *Igne posito per me in stipula mea, si dederit alteri damnum, quando teneor de damno dato, et quando non.*

29 *Domo incensa ab aliquo, si ego propter hoc sustinui damnum, quid iuris.*

30 *Damno dato licet non animo nocendi, an teneatur ad emendam damnum dans.*

31 *Impulso me & cadente super aliquo, vel super rebus sic quod damnum dem, quis tenebitur ad emendam.*

32 *Onerans se plusquam ferre possit, & ob hoc dānum dans, an puniatur.*

33 *Medicus imperite medicans, uel incidens, aut curam derelinquens, & per hoc infirmus sit læsus, an teneatur ad damnum.*

34 *Vecturales & muliones dantes damnum, et notarij omittentes scribere acta causæ, instrumenta, vel imbreuiaturas, an teneatur ad damnū.*

35 *Vestem meam lacerans, scindens, vel deturpās, ad quid tenetur.*

36 *Incendium faciens, si ignis mihi damnum det dormiendo, an excusabitur.*

37 *Furnum habens apud domum meam dantem mihi damnum an teneatur, & si volo agere dāni infecti ante damnum datum, an mihi teneatur cauere.*

38 *Apes meas includens vel aues, vel executiens, an teneatur ad damnum legis Aquiliæ.*

39 *Lolium, vel auenam, uel quid simile in bladū meum immittens, vel vinum, aut acetum meū corrumpens, an teneatur ad damnum.*

40 *Numos cadere faciens mihi de manus, vel, faciens equam meam abortum facere, aut nauē perforans, ita quod læsus sum, an teneatur ad damnum.*

41 *Vuas meas nondum maturas colligens, vel segetes, aut bladum, vel similia: vel syluā meā non maturam, vel salicetum, vel oliuam incidit, an teneatur de damno dato: & quid si dicta essent matura, et si alibi asportauit, an teneatur furti*

42 *Conductor alicuius operis sua imperitia me dānificans, an teneatur, & quid si vitio rei hoc fiat.*

43 *Ostia vel fenestras domos rumpens sua imperitia, an teneatur.*

44 *Vinum meum effundens, an teneatur.*

45 *Currens super equa & damnum dans, & non proclamans caue caue, an teneatur.*

49 *Magistratus damnū dans, an teneatur & credatur.*

47 *Vinum meum bibens, & bladum meum vel fructus comedens, an teneatur.*

48 *Fumo dans damnum in rebus meis an teneatur & an iniuriarum teneatur.*

49 *Putator si arboris ramum proijciat non clamans, an puniatur si aliquem percutiat.*

50 *Rector domus si aliquid proijciat, & aliquem percutiat, an puniatur.*

41 *Plaustrum tuum contra meum veniens, si boues meos vel aliquid aliud læserit, ab tenearis mihi ad damnum meum.*

52 *Mulio mulas vel bubulcus plaustrum deserēs propter timorem, si propter hoc damnum sentio, an teneantur.*

53 *Ludendo & currendo si vnus alteri data opera damnum dederit, an teneatur ad damnum.*

54 *Equam vel vaccam meam in orto cogens, & percutiens ita ut abortum patiatur, an tenebitur mihi ad damnum.*

55 *Damni dati tenetur, quis, nisi causa periculi vitandi illud fecerit.*

56 *Vxor dās damnū in bonis mariti, an teneatur.*

57 *Equo meo tibi commodate, si alius equus super quo sessor erat, percutiat equum meum, & læserit, contra quem agam.*

58 *Damni generaliter quis tenetur in quolibet casu quo mihi dat dānū in reb. meis, vel fructibus.*

59 *Damno dato per imperitiam uel negligentiā, per se, vel alium mandantem uel auxilium dātem, an vterque tenetur, & quando.*

60 *Actio damni dati an detur in confitentem in simplum, & negantem in duplum, & quid dupletur in hac actione: & quid veniat in isto simplo: & quomodo fiet estimatio.*

61 *Ciuiliter & criminaliter simul & semel agi non potest.*

62 *Damnum dare an sit maleficium.*

62 *Proijciens feces vel quid aliud ante domum meam propter quod fui condemnatus, an mihi tenebitur.*

64 *Animalia mea si pascunt fructus tuos uel glādes tuas quid iuris.*

65 *Ouibus vel porcis suo motu intrantib. bladum meum, si damnum dederint quid iuris, & quid veniat appellatione glandis.*

66 *Aestimatio damni dati, ad quod tempus debet referri.*

67 *Pecudibus immissit per dominum in prædium meum, & mihi damno dato, an liberetur dominus dando ipsas pro noxa.*

68 *Colono uel laboratore tuo mihi damnum dante, quis tenebitur.*

69 *Bestia tua deperdita dante mihi damnum, an agam contra te ad damnum datū te ignorate.*

70 Infans furiosus, pupillus, non doli capax, demētissimus, necessitate famis, aut casum damnū dans, non tenetur de damno dato.

71 Damnum dans ei cui licitum sit dare iure communi vel munipali, non tenetur de dāno dato.

72 Equam tuā si misisti in siluam meam, uel illam incidisti siue matura sit siue immatura, quid iuris erit.

73 Incendens domum quomodo teneatur.

74 Aquam faciens deriuare in locum meum, an teneatur.

75 Damnum dantibus pluribus, an vno satisfaciēte alij liberantur, & quid erit si non ut pœna, sed ut interesse petatur.

76 Soluens, vt supra, an poterit agere contra alios actione negotiorum gestorum.

77 Bone fidei possessor, an agat ad dānum datum in re possessa, & quid de creditore, & commodatarius quomodo agat.

78 Bestiam tuam si ego inuenio in vinea vel campo meo dantem mihi damnum, quid potero facere circa dictam bestiam.

79 Pastores tui si cum bestijs tuis dederunt mihi damnum in fructibus meis vel in campo meo, uel in alio loco te ignorāte, an tu tenearis emēdare damnum mihi datum.

1 DAMNVM dr̄ ad diminutionē † patri
monij, vel demo demis, vt ff. de damno
infe. l. 3. Nam ad hoc ut agatur ad damnum
oportet quòd culpa detur, alioquin non pos-
set agi: unde nec infans, nec furiosus tene-
tur, quia non habet animi discretionem, &
sic damnum culpa inferre non posset, unde
impunitum est, ut ff. ad leg. Cor. de sica. l. quod
2 infans. † Item impubes non tenetur nisi sit
doli capax, ut ff. de furt. l. impuberem, C. de
4 pœ. l. impunitas. † Item non tenetur qui ad
sui defensam facit, ff. ad l. Aquil. l. scientiam,
§. qui cum aliter. dummodo faciat inconti-
4 nenti, ut ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis. §. 1. † Et
no. quòd damnum quandoque datur ab ani-
mali quadrupedo, aliquando à persona, de
5 quibus uideamus. † Datur autem ab anima-
li mansueto de sui natura, ut est equus bos,
canis, & si. unde si bos, uel animal alterius
personæ cornu petit, uel cum cornibus no-
cet, & dat ibi damnum suo motu, & com-
mota feritate contra naturam sui generis,
uel equus cum pede calcitrat, uel mordet
canis, potes ad damnum tantum agere, ut
damnum tibi emendetur, uel detur animal
pro noxa, ut ff. si quadru. paupe. fecis. dica.
l. 1. in princ. §. 1. & l. fin. Si autē culpa hominis
non suo motu, nec sui natura dederit dam-
num, ut quia animal est plus iusto oneratum,
uel propter loci angustiam dederit damnum,
non poteris agere actio in factum de paupe-
rie, sed iniuriarum contra illum cuius cul-
pa tibi damnum datum est, ut eodem §. in fi.
Si autem canis ducebatur ab aliquo, & ipse
non potuit canem retinere, & aufugit ab eo,
quia est ipse in culpa, tenetur, non dominus
canis, ut ff. si quadr. paup. fec. d. l. 1. §. sed si ca-
nis. Si autem instigatu alterius dat canis dam-
num, ille qui instigauit canem tenetur, non
dominus, ut ff. si quad. pau. fe. di. l. 1. § si insti-
gatu. Item si equus calcaribus uel baculo per-
cutitur & recalcitrat, uel bos cornu petit &
dat damnum, ille qui percussit tenetur, si au-
tem palpitauit tantum, tunc dominus ani-
malis tenetur, ff. eo. l. 1. §. & generaliter. & §.
seq. Si autem equus tuus uel bos animal meū
percutit, & per hoc animal meum dat alicui
damnum tu teneris, non ego. ff. eod. l. 1. §. & si
alia. Item si tuum animal aggreditur meū,
& propter hoc tuum animal læditur & uul-
neratur, uel occiditur, non tibi tenor, quia
tuum fuit in culpa aggrediendo meum, ut
ff. eod. l. j. §. si cum arietem, & ff. ad l. Aquil.
l. si ex plagis, §. tabernarius. & est duplex ra-
tio. Prima, quia est in culpa tuum aggredien-
do meum. & damnum quod quis sua culpa
&c. ff. de reg. iu. l. damnum. Alia ratio, quia
meum uidetur facere ad sui defensionem,
quod licet, ut l. scientiam. §. qui cum aliter.
6 † Sed quid si non appareat quòd animal sit
prius aliud aggressum. Resp. neutrum alteri te
netur, quia paria delicta mutua compensa-
tione tolluntur, ff. sol. matr. l. uiro. §. cum sa-
cramenta † Sed quid si tuum animal conci-
7 tauit meum & per hoc dedit damnum alte-
ri? Resp. agitur contra te, quia tuum uidetur
dedisse damnum, quia dedit cām, & qui cām
damni dat &c. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §.
in hac. & l. seruus seruū, §. si instigatu. de ser.
corrup. l. Neratius. §. j. de sica. l. nihil. & est op-
timum argumentum, ꝙ si aliquis fecit insultū
contra me cum gladio, uolendo percutere
me, & ipsum percutio, quòd non debeam con-
demnari, quia ipse est in culpa, & quoniam ui-
deor facere ad mei defensionem, ut dictum
est. facit ff. de sica l. eum qui. & l. is qui. cum
8 simi. † Et no. ꝙ dominus animalis qui tunc
habet animal quando dat damnum, ille te-

netur,

netur, & non alius, cuius fuerit, & si animal
moritur ante lit. contest. non potest agi, vt
ff. e. l. j. §. & cum secus si postea, vt d. l. 1. §. si
9 post litem. † Itē competit hæc actio hęredi &
10 contra hæredem, vt d. l. 1. §. fina. † Et not. ꝙ
actio de pauperie vel in factum datur cuili-
11 bet cuius interest, ut ff. cod. l. actio. † Sed quid
si animal tuum comedit herbam meam vel
granum, vel canis, vel muscipula carnes meas,
vel porcus farinam sine inuasione, sed suo mo
tu, & sic facit non contra naturā sui generis,
sed sm naturā. Resp. ꝙ nō hēt locū ꝙ sup. di-
ctum est, sed poterit agi actione in factum ge-
nerali ad dānū datum, ff. de præsc. ver. l. si ser-
uandarum, §. pe. & fin. & C. ad l. Aquil. l. fin.
12 Sed † quid gallina tua vel anser damnum.
Resp. habet locū vtilis actio de pauperie non
directa, quia illa habet locum in quadrupe-
13 de ad damnum, vt ff. eo. l. pe. † Sed quid ani-
mal tuum dat damnum in personam alicu-
ius; vt quia equus recalcitrat & frangit crus
eius, uel brachium. Resp si commota feritate
& contra naturam sui generis facit, tu tene-
ris, vt dictum est, vel dare pro noxa vel emen-
dare, ff. cod. l. fin. Si autem instigatu alterius
ille tenetur, vt sup. dixi, & venit in æstima-
tione damni, æstimatio expensarum facta-
rum in medicatura & curatione vulneris, &
operarum quibus caruit. si erat homo alicu-
ius artificij, vt ff. eod. l. ex hac, & de his qui ad
14 eccle. confu. l. fi. † Item si canis, vel vrsus alicu
ius, vel lupus vel simia dant damnum, habent
locum prædicta, ut l. hæc actio, §. 1. Insti. cod.
15 §. hoc autem, & §. hæc sunt. † Item si quis
habet & tenet lupum, uel aliud animal, &
dat damnum, ipse tenebitur quanti iudici
videbitur, quia nullus debet tenere, vt dam-
num inferre possit alicui, ut Insti. eo. §. pen.
ff. de ædi. edi. l. hi. & l. generaliter, & l. sequen.
15 † Si aut aufugit lupus, vel vrsus, vel alia fe-
ra bestia à domino. tunc dominus nō tenetur,
q̃a desinit esse dominus, imo q̃ occidit, lucrat̃
corpus animalis, uel saltem dabitur actio non
18 directa, vt ff. eo. l. 1. §. in feris. §. Itē no. ꝙ præ-
dicta locum habent siue animal dedit dam-
num in corpore suo, siue tetigerit aliam rem
quæ ei dat damnum, ut ff. eodem, l. 1. §. sin-
18 autem corpore suo &c. † Itē tenetur ad dam-
num ille qui possidet animal. si autē non pos-
sidet, debet interrogari si velit defendere,
& si dixerit sic agitur contra eum, & non ali-
ter, ut ff. co. l. 1. §. si ratione. Si plures sunt do-
mini, quilibet insolidum tenetur, vt d. §. facit
19 ff. de noxa. l. quoties. † Item no. ꝙ in æstima-
tione, & restitutione veniunt omnia dam-
na, quæ quis passus est, vt ff. ad l. Aquil. l. in-
de Neratius §. in summa, & si datur in reb.
fit æstimatio damni, ut Insti. eodem. §. pen.
20 & C. de noxal act. l. fina. cum simi. † Datur
autem qñque damnum personæ, ut dixi supra
vnde si seruus tuus dat mihi damnum, pote-
ro agere contra te, vt uel emendes damnum,
vel des seruum pro noxa, ut ff. ad l. Aqu. l. in
lege. § quoties, & hoc verum, si dominus
ignorat seruum delinquere, si autem scit, &
prohibere potest & non facit, tunc ipse tene-
tur, & non liberatur damno seruū pro noxa. l.
2. C. eo. l. seruus, & ff. eod. l. in omnibus. Si au-
tem est seruus plurium, datur actio contra
quemlibet ipsorum insolidum, ut ff. eodem.
l. si pluriū, & l. si seruus cōmunis. Si autē dat
damnum in re cōi potest agi, vt uel damnum
cuilibet emendetur, uel detur communiter
pro noxa. vt ff. de noxa. leg. si in re communi,
& communi diui. l. cōi diui. §. fin. ad l. Aqu. l.
si seruus, §. item si seruus, cum si. Et non so-
lum datur contra dominum possidentem,
noxalis actio, sed etiam contra eum qui dolo
desijt possidere, ut ff. de noxalibus l. fina. §. si
21 quis, & l. si seruus, §. fin. & l. seq Item datur
quandoque damnum in personam, & si da-
tur in libero homine qui percussus & vulnera-
tus est agit ciuiliter ad impensas factas in
medicinis & in citatione sua, vt ext. de iniu.
22 & dam. dato. cap. 1. † Item datur libero ho-
mini actio legis Aquiliæ non directa, quia ne-
mo est dominus membrorū suorum, ut ff. ad l.
Aquil. leg. liber homo, nec habetur ratio de-
formitatis, quia liberum corpus non recipit
æstimationem, sed hr̃ ratio operarum quibus
caruit aut cariturus est & ob id quod inu-
tilis factus est, ut ff. eod. l. ex hoc. de his qui
ad eccle. confu. l. 1. § in hoc factum, & l. fin. ad
l. Roh. de iactu, l. 2. §. corporum, & fiet æsti-
matio operarum vsque ad illud tempus quo
uerisimile est aliquem uiuere posse habito
respectu ad suam ætatem, ut ff. ad l. Falcid.
l. hæreditatum, §. in computatione, de tran-
23 sact. l. cum hi. § modus. † Si uero seruus fue-
rit uulneratus, qui uulnerauit, tenetur in-
quantum seruum deteriorem fecit, ut ff. ad
legem Aquil. l. si seruus seruum, §. rapuisse.
Item potest liber homo agere actione iniu-
24 riarum, arg. ff. de iniu. l. lex Corne. † Item
datus

datur & alio modo damnum in persona, vnde
si plures uulnerant aliquem, & per hoc iaceat
in lecto, tenetur isti vulnerantes ad impen-
dia facta occasione vulnerum. & ad estimatio-
nē operarum quas amisit, & amissurus est ob
eam causam, vt ext. de iniur. & dam. dato. c. 1.
25 † Item si quis aperuit cisternam, uel foueā fe-
cit in loco publico, & in eam bos vel animal
aliud, vel homo cecidit & læsus est, tenetur
emendare damnum & operas &c. Secus si in
suo priuato fecit, ubi est consuetum fieri ex-
tra de iniu. c. 2. ff. ad l. Aquil. l. qui foueas, &
hoc verum si non denunciauit ꝙ fecit, alias se
26 cus, ut d. l. fi. † Item si animal tuum depascit
herbam uel bladum meum, uel dat mihi dānū
in uinea mea, uel agro, possum agere ad dam-
num meum, & ad æstimationem damni, quod
emendabis, uel animal pro noxa dabis, ut
extra de iniu. & damno dato c. si læserit, & c.
fi. de præscri. uer. l. qui seruandum. §. singula
25 res. † Et est licitum mihi animal quòd in-
uenero dare damnum si scio cuius est expelle-
re, & non retinere, sed si nescio cuius sit, reti-
nere potero donec sciam cuius est, & tunc age
re possum contra dominū animalis, sed non li-
cet mihi offendere animal. ff. ad l. Aquil. leg.
28 quintus †. Item si misisti ignem in stipula tua
& ignis dedit mihi damnum, possum agere ad
damnum contra te, si negligentia tua accide-
rit, uel culpa, ut quia tempore uentoso feci-
sti. Si uero non culpa tua, sed ꝑꝑ subitaneum
uentum hoc contigit, non teneris, ff. ad leg.
Aquil. l. qui occidit, §. in hoc. extra eo. c. si e-
29 gressus. † Item siquis incendit domum, & ꝑꝑ
hoc sustinui damnum, si uoluntarie fecit, te-
netur emendare damnum in quadruplum, si
negligentia, in duplum: si dolo, cōburitur, ex-
tra e. c. si quis domum, ff. de inc. rui. naufr. leg.
1. & l. qui ædes, & no. plenius sup de incen.
30 † Item nota ꝙ si dedisti mihi damnum, non
aīo nocendi, ꝙ non minus teneris mihi emen-
dare damnum, ut ff. ad l. Aquil. l. sed & quicū
31 que, §. 1. & seq. † Item si aliquis me impulit
& cecidi super aliquam, uel rebus, sic qđ dam-
num dedi, ipse tenetur emendare damnum,
32 ff ad l. Aquil. l. qua actione, §. proinde. † Item
& in illo, qui plus se oneratur, qui portare pos-
set, & ob hoc dedit damnum, ut d. l. qua actio-
33 ne § 2. † Item si medicus imperite me me-
dicauit, uel incidit, uel curationē dereliquit,
& per hoc sum læsus, tenetur ad damnum,
34 ff. ad l. Aquil. l qua actione. §. j. l. 1. † Idem
& in uecturalibus & mulione, & arg. à simi-
li in notario qui omisit acta causæ scribere,
uel instrumenta, uel imbreuiaturas, ut ff. eo. l.
in domum, §. 1. in princ & arg. ff. de eo. per quē
35 fa. erit. l. fin. cum si. † Item si aliquis scindit,
uel lacerat uestes meas, uel turpat, tenetur
ad damnum meum, ff. eodem, l. item Mela,
§. cui. & l. si seruus, §. si quis tenetur & extrā
ordinaria pœna, ff. de extraord. cri. l. 1. ad si.
36 † Item si quis fecit incendium, & ignis dat
mihi damnum dormiendo, non excusatur,
quia culpa pręcessit casum, ut ff. eod. l. ser-
37 uus. §. si fornicarius. † Item si habens furnum
apud domum meam & dat mihi damnum,
teneris mihi, uel si aute damnum uolo age-
re damni infecti, teneris mihi cauere, ut d. leg.
38 si seruus, §. furnum, & sequ. † Item si inclu-
dit aues uel apes meas, uel accusserit, tene-
39 tur ad damnum leg. aquilia. † Item si im-
misisti lolium de auenam, uel quid simile
turpe in bladum meum, uel corrupisti uinum,
uel acetum meum ut d. l. si seruus, §. si cum
apes, & §. seq. & §. cum eo. & §. item si quis
40 & §. pręterea † Item si quis fecerit mihi num
mos cadere de manu, uel equam prægnantem
percussit, ita quòd partum eiecerit, uel nauem
perforauerit, & ita sum læsus, tenetur, at dict.
41 l. si seruus, §. si quis de manu. & sequ. † Item
si quis collegit uuas meas nondum maturas,
uel segetes uel bladum, uel similia, uel syluam
meam non naturam, uel salicetū, uel oliuā inci
dit, tenetur: sed si matura esset, non tenetur,
quia uidetur impensas factas mihi nelle dona
re, ut d. l. si seruus, §. oliuam. Tenetur etiam cri
minaliter furti, ut ff. de fur. l. vulgaris, & l. ful
lo, §. j. & l. si opes, §. j. si alibi exportauit, cum
furtum sit contrectatio rei alienæ inuito dn̄o,
42 ut ff. de fur. l. j. † Item conductor alicuius ope
ris me damnificauit imperitia sua tenetur,
secus si uitio rei, ut dic. l. si seruus, §. si calcem.
43 † Item si rupit ostia domus, uel fenestras im-
peritia sua, ut d. l. si quis ædificij, & §. sequen.
44 † Item si quis effundit mihi uinum meum, te
45 netur, ut d. l. si † Item si curendo super equū
meum damnū dedisti, teneris, nisi proclamaue
ris caue caue, ut argu. ff. e. l. si quis foueas, §.
45 fi. & l. si putator. † Item si magistratus dat dā
num creditur & tenetur, ut ff. ad l. Aquil. leg.
quemadmodum, §. magistratus, & l. seq. §. fin.
47 † Item si quis uinum meum bibit uel bla-
dum uel fructus comedit tenetur, ut ff. eo. l.
48 qui occidit, §. si quis. † Item si quis fumo fa-
cto

ꝯto dat vel infert damnum , in rebu s meis, te-
netur, vt ff.cod. l.ſi quis fumo facto tenetur ẽt
mihi iniuriarum , ff.de iniur. leg.ſi inferior.
49 Item ſi putator arboris ramum eiecit,& non
clamauit , ſi eſt prope viam publicam vel vi-
50 cinalem , & aliquem percutit,punietur.†Idẽ
poteſt dici de rectore domus,arg.ff.eo l.ſi pu-
tator.ſecus ſi proclamat vt inſti.eo.§.ſi puta-
61 tor. †Item ſi tuum plauſtrum contra meum
venit, & boues meos , vel aliquid aliud læſe-
rit, teneris mihi ad damnum meum , ff. eo.l.
52 ſi ex plagis , §. in cliuo Capitolino.† Item ſi
mulaterius propter timorẽ delinquerit mulas,
vel bubulcus plauſtrum , & per hoc ſuſtineo
damnum,ipſe tenetur , vt d.§.ſed ſi mulæ , &
53 §.ſequ.† Item ſi plures currunt , & currendo ,
& ludendo data opera,ad damnum vnus alte
54 ri tenetur, alias ſecus , vt d.l.§. fi. † Item ſi
coegiſti equam vel vaccam meam in locum
ſtrictum,& percuſſiſti,& per hoc eiecit partũ ,
teneris mihi ad damnum meum,vt ff.eo.l. bo-
55 ues.† Et prædicta locum habent quòd quis de
damno tenetur, niſi fecerit cauſa euitandi pe-
riculum , ut ff. eod. l. quemadmodum,§.item
Labeonem,& §.fi.& l. ſi quis fumo.§. fi. cum
56 ſi. † Item no.ꝗ ſi vxor dat damnum in bonis
57 mariti,ipſa tenetur . † Item ſi tibi commodo
equum meum, & alius equus ſuper quo alius
equitat, percuſſerit equum meum & læſerit ,
poſſum cum illo de æquitate agere,ut ff.eod.
58 l.fi. & l. ſi ſeruum,§.ſi maritus. Et generaliter
in quolibet caſu in quo quis dedit damnum
mihi in rebus meis , vt Inſtitu.eod. §.item in
omnibus rebus,& §. fi. vel fructibus,dolo,vel
lata culpa,vel leui vel leuiſſima , excepto quã
in duobus caſibus , tenetur mihi ad damnum
meum,vt ff eod.l.ſed & ſi quiſque,§.iniurijs ,
& leg.in lege. hac etiam leuiſſima culpa &c.
59 ff.ibi nota . † Item vbicunque datur damnum
ab aliquo per iniuriam , vel imperitiam , uel
negligentiam per ſe , vel alium mandantem ,
vel auxilium dantem,uterque tenetur , vt ex-
tra eo c.fi. & C. de accu. l. non ideo,ff.de fur.
l.is cuius opera . Fallit in filio & ſeruo qui
dant damnum de mandato domini,vel patro-
ni , quia in leuibus obedire tenetur , ſecus in
atrocioribus , vt ff. eo. l.liber homo. ſed agi-
90 tur contra partem vel dominum,vt ibi no. †
Itẽ no. ꝗ agitur ad damnũ in ſimplũ contra
confitentem , contra vero negantem datur in
duplum , ff.eo. l. contra negantem,& ff.eo. l.
inde Neratius , §. hæc actio, & duplatur illud
quod erat ſimplandum,& ibi no. Item veniunt
in iſto ſimplo omnia damnaq; veniũt propter
damnum illatum,& omnis vtilitas intrinſeca,
vt ff.eo.l.inde Neratius in princ. & §. in ſum-
ma , & §. idem Iulianus , & l. proinde.& In-
ſti.eo.§.illud.& fiet æſtimatio ſecundum com
munem opi.non ſm ſingularẽ , affectionẽ, vel
vtilitatem, ut ff.eo.l.ſi ſeruum meum,ff.ad l.
Falc.l pretia.cum ſi.† No.tamen ꝗ ciuiliter &
61 criminaliter ſimul & ſemel agi non poteſt,
vt Inſt.ad l. Aqui.§.liberum. & ibi no. † Sed
62 quæro, nunquid damnum dare ſit maleficiũ ,
Reſpon. ſic , vt ff. de act.& obl.leg.ex malefi-
cio. Inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. naſc.
in princ. unde iudex qui de maleficio cogno-
ſcit , debet de hoc cognoſcere , & non alius ,
aliàs non valeret proceſſus , ut C. de decu.leg.
nemo iudex . qnia non debet vnus de officio
alterius ſe intromittere , vt C.de appari.l.ap-
paritore , C. ſi à non compe.iudi.l.1.& ij.ext.
63 de iud.ca. at ſi cle. † Sed quid ſi proiecisti fe-
ces , vel quid aliud ante domum meam con-
tra formam ſtatutorum , & per hoc fuit con-
demnatus? Reſp. agam contra te ad damnum
meum . nam qui cauſam damni dat &c. vt ff.
ad leg. Aqui. l.qui occidit , §. in.& l.ſi ſeruus
ſeruum , §. pen. & §. ſi nauem, & §.fin.de his
qui deie.vel effu. l. ſi vero , §. cum autem , &
§. pe.& hoc ſi domus eſt mea propria , ſi autẽ
eſt cõmunis mihi & tibi,agam,cõi diuid.ad in
64 tereſſe meum, vt ff.cõi diuid.l.ſi is cum quo.†
Sed quid ſi oues meę paſcunt granum tuũ,uel
porca mea fructus, vel vuas, vel glandes tuas ?
Reſp. ſi immiſi eas , poteris ageris contra me
actione in factum de paſtu pecorum ad dam-
num,officio iudicis,vt v t ff.de præſcr. verb. l.
qui ſeruandarum , §. fi. vel actione ad exhib.
ff.ad l. Iul. l. ſi glans. Et appellatione glandis
continetur omnis fructus, ff. de glan.leg.l. j.
65 † Sed quid ſi oues uel porci non fuerint im-
miſſi in blado tuo , vel in fructibus tuis , ſed
ſuo motu intrauerũt & damnum dederunt ?
Reſp.ſecundũ. Azo. ꝗ habet locum vtilis de
pauperie , quia directa non poteſt habere locũ
cum damnum non ſit datum contra naturam
ſui generis , & ſic verba actionis deficiunt ,
vnde vtilis vendicat ſibi locum,vt ff. ſi quadr.
paup.fecisſ. dica.l.j. quia actio in factum de pa-
ſtu pecorum non habet locum , quia non fue-
runt beſtiæ immiſſæ,quod eſſe oportet , ut ff.
de præſc. verb. l. qui ſeruandarum , §. fin. nec
actio l. Aquiliæ tunc etiam locum habere põt,
quia

quia non facta per iniuriam , quod esse opor-
tet , vt insti.eo.circa princ. & C.eo.l.2.& ani-
malia non dicuntur iniuria damnum dare, q̃a
sensu carent , vt ff.si quadr.paup. fec. di.l.1.§.
66 etiam.†Sed qualiter fiet æstimatio damni da
ti,an tẽpore dãni dati,an quãti pluris valuerit
eo anno ? Resp. & vr̃ t͞pe damni dati, ff.ad l.
Aqui. ait lex. Econtra quòd quanti pluris va-
luerit in futurum eo anno , vel t͞pe messium
vel vindemiarum,vel alio tẽpore illius anni,ff.
ad l.Aqui.l.in l.§.si delictum,locũ,§. condem-
natio. & ff. de his qui deie. vel effu. l. fin.ibi,
operarũ quibus caruit. quia ibi refert se lex
ad futurum tp̃s.facit extra loc.c. p̄p̄.cum si.&
67 hoc verius vr̃.†Sed quid, si dominus immisit
pecus suum in prædio tuo,& dedit tibi dam-
num , nunquid dando ipsum pro noxa libe-
ratur?Resp.non secus si non immisisset,vt ff.
de noxa.l.in delictis , ff.si quadr. paup.fe.d. l.
68 j.§.j.& l.fi.† Sed quid si colonus tuus,vel la-
borator dat mihi damnum?Resp. ipsum tene-
ri,& potes tu mihi damnum emendare,& po-
stea illud ab eo consequi per actionẽ locati, vt
ff. de aqua plu. arcen.l.si colonus.sed si iussu
tuo fecit. etiam agam contra te , vt d.l.1. &
69 C.de accu.l.non ideo minus.† Sed quid,si be-
stia tua est perdita,& dat mihi damnum,nun-
quid agam contra te ad ipsum damnum datũ
te ignorante?Resp.non videtur,argu.ff.de pu-
blic. l. cotem ferro, §.Attilicinius,& l quate-
nus,§.pe.quia ratione ignorantiæ dominus ex
cusatur,vt ff.loc.l.si quis ignorans. Econtra ꝙ
sic, quia debuit ita custodire , ne damnum da-
ret.quod si non fecit , sibi imputetur.Nã im-
peritia culpæ æquiparatur . Insti. ad l. Aqui.
§.imperitia. Sed vr̃ ꝙ si dimisit in pascuis cũ
illa custodia quam alij faciunt, quòd excusat
ꝙ non teneatur , arg.ff.ad Maced.l.si quis pa-
trem de pig.act.l.vel vniuersorum , C. de pi
70 gn.ac.l.pignus,in fi.cum si.aliàs contra. † Itẽ
no.ꝙ infantes & furiosi non tenentur de dam
no dato,sicut nec in alijs delictis,ff.de sica. l.
quod infans . idem dico de pupillo non doli
capace , ff.de fur.l.impuberem.& idem in de
mentissimo , ff.de pœ.l.aut facta, §.euentus .
& idem de eo qui necessitate famis hoc fa-
cit.extra de fur.cap. si quis per necessitatem .
idem si casualiter fecit , ff. de pœ. l.respicien-
71 dum,§. casu. Et idem si dãnum datur alicui ,
cui licitum sit dare,vel iure cõi,vel secũdũ for-
mam statutorum, ne quis decipiatur legis au-
xilio,arg.C.de his qui ve.æta.impe.l.j.cum si.
72 † Sed quid si misisti equam tuam in syluam
meam,vel incidisti non maturam ? Respond.
teneris mihi l. Aqui.ad damnũ,C.ad l. Aquil.
1.si autem esset matura , tunc furti, vel arbo-
rum furtim cæsarũ, vt ff.eo.leg.si seruum, §.
73 si fornicarius. † Idem etiam in eo qui incen-
dit domum , quia tenetur ciuiliter l. Aquil.
C.eo.l.3.nisi fecerit causa euitandi periculum,
vt ff.eo.l.si quis furno,& l.qui occidit §. pen.
quod vi aut clam,l.si alius , §.est alia . Item
punitur etiam criminaliter pœna corpora-
74 li,ff.de incend.l.qui ædes, §.fin.†Item si quis
facit deriuare aquam in locum meum , tene-
75 tur,C.eo.l.pe.& fin.† Sed quid si plures dant
damnum , nunquid vno satisfaciente alij li-
berantur?Respon.non vr̃,vt ff.eod. l.item Me-
la.§. si plures.cum sit pœna,& in pœnis qui-
libet tenetur insolidum , C. de condi. fur. l.1.
ff.de iurisd.om.iud.l.si quid id, §. fin.& l.seq.
Si autem pœna petatur non ut pœna , sed ut
interesse , tunc uno soluente , alij liberantur,
76 vt ff.de his qui deie.vel effu.l.j.§.fin.†Sed an
ille soluens poterit agere contra alios actio-
ne negotiorum gest.ut ff.de neg.gest.l.soluen-
do Respon.non puto, quia quod soluit , fecit
ratione delicti sui , & soluit pœnam sui deli-
cti,arg ff.ad Senatus.Tre.leg si plures,& ff.de
tutel.& rat.distra.l.si ex duob.ff.de condi.fur.
77 l.si ex furtis † Item no. quòd bonę fidei pos-
sessor agit ad damnum datum in re possessa
vt ff. eo. l. item Mela. §.sed si seruus , ff. de
ædil.edi.l.iustissimè , §.fin.Item etiam credi-
tor agit , ut ff.eo.l.qui occidit , §.qui pigno-
ri,ff.eod.l.huic scripturæ.Sed commodatarius
non agit leg. Aquil. sed in factum de paupe-
rie,vt d.l.item Mela , §. eum cui , ff. si quadr.
78 pau. fec. dica.l.2. †Sed quid si inuenio tuam
bestiam in vinca mea , uel campo dantem
mihi damnum ? Respon. quòd possum di-
ctam bestiam capere , & ducere ad domum
meam , & tibi denunciare qualiter inueni
eam , & petere à te quod damnum mihi
emendes , sed non possunt equam percute-
re , vel offendere , aliàs vero essem punien-
79 dus . † Sed quid si pastores tui cum bestijs
tui dant damnum mihi in fructibus meis ,
vel in campo , uel in alio loco te ignorante ,
nunquid tu teneris mihi emendare damnum
datum ? Respon.non , quia fuisti ignorans ,
vt ff.loca.leg.si quis ignorans,ff.de pub.l.co-
tem ferro , §.vñs.cum simi. quia pœna debet
suos teneres autores &c. C. de pœn. l. sanci.
Econtra

E contra ꝙ sic quia tuæ bestiæ dederunt mihi damnū, unde debes emēdare, ff. si quad. pau. fe. dic. l. j. & l. fi. Item quia fuisti in culpa eligendo malos pastores, nam mala electio est in culpa. Insti. qui. mo. re contrahitur obl. §. præterea. Inst. pro soc. §. fi. unde ꝑ ꝑ culpam tuam & malam electionem debes emendare damnum mihi datum. & hoc verius uidetur. Sed tu potes agere contra pastores tuos ad emēdandū dānum tuum, cum illorum culpa fueris illud cōsequutus, ff. de aqua plu. arc. l. si colonus. Item qui causam damni dat &c. arg. ff. ad l. Aqui. l. qui occidit, §. in hac. & l. si seruus, §. pe. extra de iniur. c. fi. cum simi. Item damnum quod quis sua culpa sentit &c. unde si apposuit malos custodes, sibi imputet &c. ut ff. de reg. iur. l. damnum.

Si quid sit deiectum de domo alterius, ex quo damnum datum sit alicui.

80 *Aqua fecibus uel aliquo alio deiecto, per quod meę vestes detrimentum sentiant, contra quem agam, & ad quid, et an habeatur ratio quę uia sit illa in qua sit proiectum.*

81 *Proijciens aliquid sine dolo, per quod liber homo occisus aut offensus est, ad quid tenetur proijciens, & quid si deiectum sit in loco priuato, & quid si istud ꝑ se decidit, & si aliquid de domo propria vel conducta eijciatur per filium familias, an contra eum agetur, & quod dicitur de domos an intelligatur, siue sit propria siue cōducta siue gratis concessa.*

82 *Hospes qui nuper venit in hospitio, an teneatur de proiecto, vel qui tenet hospitiū, & quid erit si plures habitant in eadem domo, & nesciatur quis ꝓiecit, & quid si domus sit diuisa, & quid si vnus tenens maiorem partem.*

83 *Discipulus vel operarius si aliquid eijciat, an magister vel conductor teneatur, & quomodo, & an detur actio hæredi & in hæredem.*

84 *Appensum aliquid tenere vel habere nullus debet quod nocere possit, sup̄ loco quo aliqua pars vulgi transit, alias tenetur.*

85 *Appensum tolli an quilibet agere possit, & hoc siue in ciuitate, siue alibi.*

86 *Pœna appensum tenentis quæ sit.*

87 *Pictor qui appēdit clypeum ad solem vel alia ꝑsona qđ simile, si cadat & dānū det, an teneat.*

88 *Cadente aliquid de naui, an præpositus teneatur, & an intelligatur si hoc accidat de die, non de nocte.*

89 *Libero homine vt supra læso q̄uo æstimatio dāni fiet, & an possit agi ciuiliter & criminaliter.*

90 *Condemnatione facta communi quando agit quis criminaliter, an poterit agere ciuiliter ad damnum suum & impensas &c.*

Si de domo alicuius aliquid deiectum
80 est, † ut aqua uel feces, per quod uestes
meæ uel aliæ res deuastentur, uel deteriorentur, possum agere contra eum ad damnum in duplum mihi datum, ff. de his qui deie. uel effu. l. j. in prin. Et no. quòd hoc locum habet siue proijciatur in uia publica per quam iri consuetum est, siue in priuata, dummodo assuetum sit per eā publice iri. ff. eod. l. 1. §. in
81 summa. & sequ. † Sed no. quod si aliquid proiectum est sine dolo, per quod liber homo occisus sit, tenetur is qui proiecit ciuiliter in quinquaginta aureis, quia liberum corpus non recipit æstimationē. & ad operas quibus caruit & cariturus est, ut ff. e. l. j. §. j. & l. fi. Itē ad expensans factas in curatione uulneris, ut extra de iniur. & dam. da. c. 1. Si uero offensus est & non occisus, tenetur ad damnū in duplum, ff. eo. l. j. in prin. & §. si uiuet. & l. fi. item ad operas, & ad impensas factas, ut dictū est. Si autem deiectum fuerit in loco priuato, tunc non tenetur, si nō erat assuetum iri ꝑ talē locum, ut d. l. j. §. cæterum. Si non est dolose deiectum, ut quotidie uidemus. item si istud ꝑ se decidit, & nullo id impellente, nunquid agetur ad damnū. Resp. sic, ut ff. eo. l. j. §. qđ cum. & §. seq item si de domo propria, uel conducta ab ipso filiofa. aliquid eijciatur, agitur contra eū, non aūt contra patrem, ut ff. eod. l. 1. §. si filius. item no. ꝙ dicitur de domo &c. intellige siue sit propria domus, siue sit conducta, siue illa fuerit gratis concessa, ff eod l. 1. §. habitare.
72 † Sed nunquid hospes qui nuper uenit in hospitio ad hospitandū tenetur? Resp. non, sed hospitator, qui tenet hospitium, ut ff. eod. l. 1. §. pe. Sed si plures habitant in eadem domo, uel cœnaculo, & nescitur quis proiecit, insolidum omnes tenentur, & uno soluente, omnes qui in domo sunt liberantur, ut ff. eod. l. 1. §. fi. & l. 2 cum l. sequ. Si uero diuisa est domus, tunc tenetur ille de cuius parte deiectum est, ut ff. e. l. si uero. Si uero maiorem partem domus quis sibi retinet, & aliam particulam ipsius domus amico concedit, ipse qui maiorem partem habet domus tenetur, si de domo aliquid deiicitur, ut d. l. si uero, §. idem tenet. & §. sequenti.

Sed

83 † Sed si discipulus vel operarius aliquid eie-
cerit, magister uel conductor tenetur, sed ip-
se postea agit actione in factum contra disci-
pulum uel operariū ad damnum suū, vt d.l.
si vero, §. si operarius. & datur actio hæredi
eius qui damnificatus est ex tali deiectione,
sed non in hæredem deijcientis vt d.l.si autē.
84 † Et no. ꝙ nullus, siue sit dn̄s siue inquilinus,
debet tenere aliquid appensum, vel habere
quod nocere possit in domo, vel in alio ædi-
ficio super locum vbil aliqua pars vulgi tran-
sit. aliàs tenetur, vt dictum est: siue ipse po-
suerit, siue alius, & ipse patiatur appen-
sum esse, vt ff. eodē l. 1. & l. si vxor. §. ait præ-
85 tor. & §. sequen. † Et not. quòd quilibet potest
agere vt quod positum est tollatur, vt d.l. §. fi.
Et habet locum siue sit in ciuitate, siue in
alio loco per quem eatur, vt ff. eod. l. hoc edi-
86 ctum. † Et est pœna tenentis appensum de-
cem aureorum. Insti. de obli. quę ex quasi deli.
87 nascun. §. cui similis est. † Sed quid si pictor
appendit clypeum vel tabulam ad solem, vel
alia persona quid simile appēsum habet supra.
viam vel locum per quem itur, & cecidit, &
damnū dedit alicui, nunquid tenetur? Resp. sic.
Sed si aliquid de domo ceciderit, puta cir-
culus ante tabernam, aut insignia domus vel
domicilij, quæ vt facilius hospitentur hoīes
seu mercenarij, apponuntur in via publica
ante fores domus dominus tenetur. & idem in
simili est dicēdū, vt d.l. si vero, §. si id & §. se.
88 † Et idem dico si quid de naui deiectum est
vel cecidit, ꝙ præpositus nauis tenetur, ut ff.
eod. l. hoc edictum, §. si de nauicu. & prædi-
cta locum habent, si de die contingat fieri, se-
89 cus si de nocte, ut d.l. hoc edictum, §. j. † Si
autem liber homo fuit hoc modo læsus, quia
liberum corpus non recipit æstimationem,
fit æstimatio damni in expensis factis in me-
dico & medicinis, & operibus quibus ca-
ruit siue cariturus est, si est artifex, ob id quod
inutilis est factus, ff. eod. l. fi. ext. de iniur. ca 1.
ff. si quadr. pau. fec. di. leg. ex hoc. & ad l. Rho.
de iactu. l. 2. §. corporum. & habet locum si
ciuiliter agitur, potest etiam agi criminaliter
pro iniuria facta, vt ff. de iniur. leg. lex Cor. &
l. fi. & in eadem l. plura de iniur. criminaliter
90 actis reperies. † Sed quid si egit quis crimi-
naliter & facta fuit condemnatio communi
iniuria volenti &c. nunquid poterit agi ciuili-
ter ad damnum suum, & ad impēsas factas in
curatione vulnerum &c. Respon. sic vr̄. Insti.
ad l. Aqui. § liberum. vbi de hoc. & C. quando
ciui. act. cri. præiu. & an vtraque ab eodem
exerceri possit, l. 1. & extra de iniur. c. j. & ff. de
his qui deie. vel effu. l. j. cum sim.

De abigeis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Abigeus dicitur ille qui pecora de pascuis sub-
trahit.*
2 *Abigeus ꝓprie quis dicatur, & quot oues, vel
quot porci faciunt gregem, & sic in cæteris ani-
malibus.*
3 *Equum vel bouem de armento qui furatur, abi
geus est. Idem est si furatur de stabulo, & gra-
uius punitur.*
4 *Animal vnum qui furatur & sæpius, abigeus
potius quam fur dicitur, & an plus puniatur
qui maiora quam minora animalia furatur,
aut teneatur potius quam abigeus.*
5 *Pœna abigei frequentātis delictum & non fre-
quentantis quæ sit, & quomodo puniatur vilis
persona, quæ cum armis delinquit.*
6 *Gregem vel animal litigiosum subtrahens, &
credens esse suum, an puniatur, & quomodo
agatur, & receptatores abigeorum quō punian
tur, & licet abigeatus sit crimen priuatum, ta-
men quilibet potest accusare, & sine scriptis.*

1 ABIGEVS dicitur ille qui † pecora de
pascuis, vel ex armentis subtrahit por-
cum, vel equum, uel bouem de gre-
gibus. Si autem vnum equum, uel bouem,
uel ouem, uel aliud animal errans inuenit,
& subtrahit, potius fur est, quam abigeus, vt
2 ff. eod. l. j. §. abigei. † Item dicitur abigeus pro-
prie qui gregem subtrahit & furatur: nā decē
oues faciunt gregem: quinque vel quatuor
3 porci faciunt similiter gregem. † Item qui
furatur unum equum uel bouem de armen-
to, abigeus est, uel qui furatur de stabulo,
4 & grauius punitur. † Item licet quis non fu-
retur gregem, sed unum animal, & sæpius fa-
cit, potius abigeus quam fur ꝑꝑ frequentatio
nem iudicatur, ut ff. eo. l. fin. Item plus qui
maiora animalia subtrahit, quam qui minora
5 furatur, vt ff. eod. l. §. sed & hoc. † Pœna abi-
gei est, ꝙ si frequentatur hoc delictum, ꝙ gla-
dio punitur ad mortem, ut ff. eod. l. 1. in prin.
ut alij terreantur, & ut ipsorum pœna metū
alijs imponat. C. ad leg. Iul. rep. l. j. nam pœ-
na augetur quando multis grassantibus opus
est auxilio. ff. de pęnis. leg. capitalium §. pen.
& l. aut facta. §. fin. Si autem non frequenta-
tur

tur hoc factum , uel datur in metallum, uel
ad tempus relegantur, uel ſi eſt uilis perſona,
quæ cum armis delinquit, beſtijs ſubijcitur,
ut ff.eod.l.j.in prin.& §.quanquam. & l.ſequ.
6 † Sed ſi quis ſubtrahit gregem , uel animal
litigioſum credens eſſe ſuū motus & ductus
iuſtis rationibus , non tenetur tunc. nec pu-
nitur , ſed ciuiliter agitur,ut ff.eod.l.j.§.fina.
Receptatores autem ipſorum relegantur extra
prouinciam decē annis,ut ff.eo.l.fi. Et eſt cri
men priuatum,& tamen quilibet poteſt accuſa
re,& ſine ſcriptis,ut ff.eo.l.j.& C.eo.l.j.

De crimine concusſionis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Concuſſionis crimen quis dicatur committere*
2 *Officialis,nuncius communis, & iudex quādo tenentur crimine cōcuſſionis, & quomodo puniuntur de concuſſione qui delinquunt ſic.*
4 *Concuſſionem facies tenetur lege Iul.repetun.*
4 *Item ad reſtitutionē quadrupli eius qđ accepit.*
5 *Item crimen falſi.*
6 *Item crimine calumniatoris.*
7 *Item pœna Turpiliani.*
8 *Pœna vna impoſita in crimine concuſſionis, an alia tollatur.*
9 *Accuſato ne poſtquam probaui ꝙ ille mihi minatus eſt de accuſando me, niſi dederim ei x. lib.non debet ſuper ipſa accuſa procedi.*

a NOTANDVM eſt quòd crimen con-
1 cuſſionis *a* committit ille † qui mihi
minatur quód me accuſabit de aliquo
de quo non ſum culpabilis, uel quòd teſtifi-
cabitur tanꝙ teſtis cōtra me ſuper aliquo ma-
leficio de quo ſum accuſatus, & non ſum in
culpa aliqua niſi dederim ei 10. lib.uel 20. ut
ff.eo.l. ij.uel dedi pecuniam alicui ꝑꝑ timo-
rem de me non accuſando , vel denuncian-
2 do, vt d. l. ij & ff.de calum. l.ſi ab eo † Item
tenet eadem lege officialis, uel nuncius com-
munis qui accepit à me pecuniā, ut nō accu-
ſaret me, vel diceret me non citaſſe, uel iu-
dex,qui accepit à me pecuniam,ut non forma
ret contra me inquiſitionem de tali maleficio
de quo ſum inculpatus, cui dedi pecuniam,
& cauſa euitandi latrocinium ſuum. Nam iſti
& ſimiles tenetur de concuſſione, ut ff.eodem
l. j. & ij. Et iſti compelluntur reddere quod
extorſerunt & extraordinarie puniuntur, ut
iudici uidebitur,ut d.l.j. C. de condi. ob turp.
3 cau. l. quod euitandi. † Item tenetur l. Iulia
repe.ff.ad l.Iuli.repet.l.3.& l. ſequ. & C.eod.l.
4 iubemus. † Item tenetur ad reſtitutionem
quadrupli eius quod accepit.ut d.l.iubemus,
& l.fi.in fi.& no.ſupra.ad l.Iul.repetū.plenius.
5 †Item tenetur crimine falſi, ut ff.de fal. leg.j.
6 §. j. † Item tenetur crimine calumniatoris,
7 ut ff. de calum. l. j. †Item pœna Turpiliani,
8 ut ff.ad Tur.l.j.in prin.†Sed an ex dictis pœ-
nis una tollatur per aliam, ſi una imponatur?
Reſpon.quādoq; ſic, & dic ut no.ff.de calum.
9 l.1.in glo.quæ incip.criminalē &c. † Item no.
ꝙ ſi probauero ꝙ ille qui mihi minatus fuit,
me accuſabit, niſi dederim ei 10. libr.uel 20.
ut ſupra ſi poſtea me accuſat, non debet ſuper
ipſa accuſa procedi, cum falſa & caluminio
ſa præſumatur,arg.ff.ex qui.cau.in poſ.eadem
l.Fulcinius, §. ſed is qui fraudationis &c.&
ibi not. ſed contra facit ff. de quæſtio. l. 1. §.
quæſtioni.uerſi.præterea.

ADDITIO.

a ¶ Concuſſionis. *Adde ꝙ concuſſio eſt quædam intimoratio. d. Odoffr.in l.iubemus,C.ad l.Iul. repetun. & de materia vide in l. quoties, C.de digni.lib.xij. & etiam adde ꝙ ille officialis,qui cogit aliquem dare fideiuſſorem, incidit in hoc crimen,ut per Bar. in l.3. C. ad l. Iul.repetun. & plene de hoc delicto in tract. ſyndi. per Part. de Neap. in titu. de offi. ſyndi. vel ſyndicantur etiam officiales.*

De famoſis libellis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Libellum famoſum quando quis facere dicatur & quæ ſit pœna facientis.*
2 *Libellum famoſum qui fecit, & ſi non conſtet ad cuius iniuriā factus ſit libellus, vel neſciat ad cuius iniuriam faciat, punitur.*
3 *Infamans aliquem de eo quod deliquit,non tenetur iniuriarum.*
4 *Libellū famoſum falſo faciens ad alicuius infamiam,qua pœna puniatur.*
5 *Libellum famoſum inueniens & manifeſtans ad infamiam alterius in capitalibus iudicijs & non capitalibus,qua pœna puniatur.*
6 *Accuſare an prohibitum ſit,& quid ſi probat, vel non probat, & quæ ſit pœna de iure cano.*

1 SI quis † autem fecerit, uel dictauerit ali-
qua accuſationem uel literam, ſiue li-
bellum ad infamiam alicuius, dicendo
ꝙ talis commiſit tale delictum, uel tale quid
fecit, per quod ſi uerum eſſet, iſte deberet
digne mori, ſi uerum non erat, iſte talis pu-
nitur

a nitur dupliciter, a scilicet iniuriarum ciuili-
ter, & tenetur iniuriarum quanti iurauerit
potius amisisse de suo, quam pati talē iniuriā,
vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. gene-
raliter, & §. sequen. & lex Corn. §. si quis libel-
lum. & leg. iniuriarum. & hoc siue suo nomi-
ne, siue alieno fecerit, & siue suum nomen
siue alienum posuerit in tali libello, vt dict. §.
2 si quis. † Item punitur si fecit & non constet
ad cuius iniuriam factum sit, ut ff. de iniu.
leg. quod senatus. uel nesciat ad cuius iniu-
riam faciat, vt ff. de iniu. l. illud, §. itaque. & l.
3 eum qui, §. si iniuriarum. † Si autē quis infa-
mat aliquem de eo quod ipse deliquit, non te-
netur iniuriarum, ut ff. eodem l. qui nocentē.
4 † Item punitur criminaliter qui famosum li-
bellum falso fecerit ad alicuius infamiā, quia
5 capite punitur † Eadem pœna punitur qui in-
uentum libellum non celauit, sed manifestauit
ad infamiam alterius, vt C. eod. l. j. & 5. q. j. qui
maligni spiritus. & hoc locum habent in capi
talibus casibus siue iudicijs. In alijs autem pu
nitur eadem pœna qua puniendus esset ipse
infamatus, si probatum esset contra eū, arg. de
priu. deli. l. fi. & de hoc no. C. eo. l. j. & x. q. 5. si
6 quis famosum. † Et no. quòd non prohibetur
accusare, quia licitum est cuilibet accusare, &
si probauerit, præmio dignus est si nō proba-
uerit, punitur, vt dictum est. Sed de iure cano-
nico flagellatur. & excōicatur dictans famosū
libellum, vt 5. q. j. qui in alterius. & c. hi qui.
Item posset deponi, cum sit graue peccatum,
vt 25. dist. c. j. §. nunc autem.

ADDITIO.

a ¶ Dupliciter. *Intellige tu hoc verum etiam si talis libellus nō peruenerit ad bonos & graues viros, vt l. 1. C. de famo. libel, & per Bar. Ang. & Pau. de Cast. in l. turpia, ff. de leg. 1. de quo ibi per Are. & Alex.*

De residuis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Residuorum lege qui teneantur.*
2 *Pœna legis de residuis.*
3 *Residuorum lege tenetur, qui aliquod opus fecit, & pecuniam quæ superfluit non restituit, sed in vsus suos conuertit.*
4 *Item qui in administratione alicuius republ. pecuniam publicam in vsus suos conuertit, & non restituit.*
5 *Residuorum lege qui tenetur, an etiam furti teneatur.*

1 LEX ista de residuis, † vendicat sibi lo-
cum contra illum qui deputatus fuit ad
aliquod opus publicum faciendum, &
data fuit ei pecunia pro dicto opere facien-
do, & ipse istam pecuniam non expedit in
dicto opere destinatam, sed sibi retinet, &
2 in suos usus conuertit. † Pœna autem est, quia
iste talis condemnatur da restitutionem dictę
pecuniæ, & in triplum dicto cōi plus quam ha
buit, ut ff. eod. l. 4. §. 2. & ad l. Iul. pecu. l. 2. &
3 3. §. sed & si qui. † Item tenetur eadem l. qui
fecit opus, sed aliqua pecunia superfluit, &
ipsam non restituit, sed in usus suos conuertit,
ut Insti. de publ. iud. §. sunt præterea. & in prę-
4 dictis no. † Item habet locum in administra-
tione alicuius reipublicæ qui pecuniam publi-
cam in usus suos conuertit, & non restituit,
5 ut d. §. sunt præterea. † Item potest dici, quòd
teneatur etiam furti, ut ag. ff. commod. l. si ut
certo, §. quinimo. quia uidetur contractasse
pecuniam talem, & furtum est contrectatio
rei alienæ &c. ff. de fur. l. j. & l. is qui. & l. si pi-
gnore, §. j.

De extraordinarijs crimini. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Extraordinarie punitur qui vxorem alterius procurat carnaliter cognoscere, perueniendo ad aliquem actum, de quibus hic, & quid si carnaliter eam cognouit.*
2 *Item qui iniuriam fecit alteri cum fumo, & similia, de quib. hic, vel puellam causa libidinis attentauit &c.*
3 *Item qui prætextu religionis societates illicitas vel prohibitas, vel quid illicite facit.*
4 *Item abigeus extraordinarie potest puniri.*
5 *Item illi qui trahunt blada vt coriora faciant.*
6 *Item qui vendunt mala medicamento p bonis.*
7 *Item qui instrumenta alicuius proditorie tradit aduersario.*
8 *Item habentes stateras non rectas, vel pondera non recta.*
9 *Item qui sub prætextu iudicis domum alicuius ingrediuntur, & aliquid furantur.*
10 *Item qui ludunt cum serpentibus, & per hoc metum inferunt, & forte damnum prægnantibus & pupillis.*
11 *Expilatæ hæreditatis crimen, & stellionatus crimina extraordinaria.*
12 *Expilatores hæreditatum extraord. puniuntur.*
13 *Item saccularij & effractores.*

14 *Extraordinariæ generaliter punitur delinquēs*
vbi non est pœna determinata pro tali delicto
prout iudici videbitur, inspecta ætate, qualita-
te &c. de quibus hic, ita tamen quod modum
non excedat sine magna causa.
15 *Expilatæ hæreditatis crimen contra quos locū*
habeat & an datur in locum actionis deficien-
tis, & contra quas personas non datur, & quæ
pœna locum habeat in his contra quas datur et
crimen stellionatus vbi datur.
16 *Crimen stellionatus habet locū in illo qui duo-*
bus rem eandem obligauit.
17 *Itē in illo qui æs ꝑ auro obligauit, et in similib.*
18 *Item generaliter crimen stellionatus habet lo-*
cum vbi quis deliquit & deficit tit. criminis, vel
habet locum pœna extraordinaria secundū qua
litatem delicti &c.

1 SIQVIS solicitat & procurat hēc vxo-
rem † alterius vt ipsam carnaliter cogno-
scat, perueniendo ad aliquem actum, vel
colloquia, vel ad basia, vel interpellat accipe-
re eam in uxorem causa libidinis faciendæ, li
cet non peruenerit ad actum, punitur pœna
extraor. ff eo. l. j. in prin. si enim peruenisset ad
effectum, quia carnaliter cognouisset vxorem
alterius, tunc de hoc puniretur pœna capitali,
2 vt no. s̄. plene in tit. de adul. † Item punitur ex
traordinarie ille qui fecit iniuriam alteri cum
fumo, siue letamine, vel sulfure, vel luto su-
per uestimentis alterius, vel corrumpendo fi-
stulas fontis, uel putei, uel aliquam aliam aq̄,
vel puellam attentauit causa libidinis, vel suę
pudicitiæ insidiatur. Nam aut in insulam de-
portatur, uel ultimo supplicio afficitur, vel
pœna alia extraor. vt iudici videbitur punitur,
3 vt ff. e. l. j. §. qui puero. & seq. † Item & ille qui
prætextu religionis aliquid facit illicite, uel
qui facit societates illicitas vel prohibitas,
4 vt ff. e. l. 2. † Item etiam abigeus pōt pœna ex-
traordinaria puniri. ff. eod. l. Diuus, & no. ple-
5 ne. s̄. in tit. abigeis. † Item & illi qui trahunt
6 bladam, vt cariora faciant. † Item illi qui ven-
7 dunt mala medicamenta pro bonis. † Et qui
instrumenta alicuius proditiose tradit aduer-
8 sario. † Item & illi qui habent stateras non re-
9 ctas, uel pondera non recta. † Et illi qui intrāt
domum alicuius sub prætextu iudicis, & ali-
quid furantur. Nam isti & similes diuersimo-
de puniuntur, vt ff. eo. l. annona. & l. sequen.
10 † Item & ille qui ludunt cum serpentib. & ꝑ
hoc metum inferunt & damnū forte p̄gnan-
11 tibus & pupillis, vt ff. eo. l. fi. † Item no. ꝙ cri-
men expilatæ hæreditatis & stellionatus, sūt
12 extraordinaria crimina, ut ff. eo. l. 3. † Item &
explicatores, qui sunt quidam fures qui expi-
lant hæreditatem puniūntur extraordinarie.
13 † item saccularij, item effratores puniūtur pœ
na extraordinaria & diuersimode, vt ff. eod.
14 l. j. §. j. & §. seq. l. seq. † item generaliter vbi-
cunque aliquis delinquit ubi non est pœna ex-
pressa & determinata pro tali delicto puni-
tur extraordinarie prout iudici uidebitur
inspecta qualitate, ætate, & conditione deli-
cti, & personæ delinquentis, & inspecto lo-
co & tēpore & similib. ut ff. eo. l. j. §. expilato-
res de pœ. leg. aut facta. extra de offic. deleg.
c. de causis. & C. si aduer. delict. l. j. & 2. cum
si. ita tñ quod modū non excedat sine magna
15 causa. vt ff. de pœ. l. hodie. & l. aut facta. † item
a not. ꝙ crimen expilatæ a hæreditatis habet
locum contra illos qui furantur bona hære-
ditaria, siue sit hæreditas adita, siue non adi-
ta ab hærede. ff. de cri. expi l. hæred. l. 1. & 2.
Et datur in locum deficientis actionis ista
actio expilatæ hæred. ut ff. eo. l. 1. & 3. & fina.
& C. eod. l. Si autem illa causa peteretur, nō da
retur. unde non datur contra hæredem, quia
locum habet fam. ercis. C. fa. erc. l aduersus
Item non datur contra illas personas con-
tra quas non datur actio furt. unde non da-
tur contra uxorem, ut C. eod. l. aduersus. Sed
contra uitricum & nouercam bene datur.
ut C. eo. l. 3. & sequ. Et in his contra quos da-
tur habet locum extraordinaria pœna pro
ut iudici uidebitur, ut ff. eod. l. diuus. & l. pe.
uel punitur crimine stellionatus, quod datur
ubicunque tit. criminis deficit, & extraordi-
narie imponitur pœna, ut ff. de crimi. stell.
16 l. 1. & seq. & C. eo. l. fi. † Item habet locum in
illo qui duobus eandem rem obligauit, ut C. e.
17 l. j. † Item & in illo qui obligat æs pro auro.
18 & in similibus. ut ff. de pig. act. l. j. no. † Et ge-
neraliter ubicunque quis delinquit & deficit
titulus criminis, habet locum stellionatus,
ut ff. eod. l. fi. in fi. & de hoc not. Azo. in sum-
ma

ADDITIO.

a ¶ Crimē expilatæ. *Adde quod Bal. in le. de his,*
C. de accusa. dicit quod explicator comprehen-
ditur ac punietur a statuto puniente furtum
quod dictum reprobat ibi Salic. per sex rationes
de quib. in d. l. de his. & vide eund. Sal. in l. si te.
C. de infa.

ma huius tit. vel habet locum pœna extraor.
secūdū qualitatē delicti & personæ, & debet iu
dex pœnam imponere, ita tamē ꝙ modum nō
excedat, ut ff. de pœn. l. hodie. vt supra dixi. Fa
cit extra de off. dele. c. de causis. in fin. de hoc
no. etiam C. de mo. mul. l. fi.

De termino moto. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Terminos pro finibus positos intra possessiones aliquorum furto subtrahens, furti punitur.*
2 *Terminos vt supra mouens causa occupandorū finium, corporaliter, punitur vt hic.*
3 *Termonos mouens dolose de mandato alterius, quomodo puniatur.*
4 *Terminos non dolose, sed per negligentiam mouens, qua pœna puniatur.*
5 *Terminos mouens causa seminandæ discordiæ inter vicinos, qua pœna puniatur.*
6 *Finium existente quæstione si vnus litigantiū ante sententiam diffinitiuam occupet confines, & de prædio alterius vsurpet, ponendo confines intra prædium alterius, quomodo punietur.*
7 *Finium motor vt supra, an ipso iure, vel per sententiam puniatur.*
8 *Occupans de prædio aloerius, vt supra, an teneatur ad restitutionem fructuum eius quod occupauit.*
9 *Arbores confinium incidens, non autem terminos mouens, an puniatur de termino moto, & an arborum furtim cæsarum.*
10 *Cædere quid sit, & cingere quid, & an cum serra secans dicitur cædere.*

1 SI † QVIS terminos pro finibus po-
sitos intra possessiones aliquarum perso-
narum furatus fuerit, tenetur furti, cum
furtum sit contrectatio &c. ff. de furtis, l. j.
2 † Si autem fecerit causa occupandorum fi-
nium, tunc corporaliter punitur, vt ff. e. l. 1.
Nam iste talis potest ad tempus relegari, & si
fuerit homo iuuenis, ad longum tempus, si
3 vero antiquus minori tempore. † Sed si fe-
cerit mandato alterius, potest fustigari & rele-
gari vsque ad biennium, & hoc quādo dolose
factum est, quòd præsumitur. nam qđ suū nō
est debet scire ad alium pertinere, C. vnde
4 vi. l. conquerebatur. † Si autem non dolo, sed
per negligentiam, tunc solum fustigetur, ut
5 ff. eod. l. 2. † Si autem fecerit causa seminandæ
discordiæ inter uicinos, tunc si liber est, pu-
nitur in quinquaginta aureis soluendis com-
muni & iuri publico priuato vero siue pri-
uatæ personæ, ad interesse quanti iurauerit
sua interesse, ut ff. eo. l. fi. in princ. Si uero fue-
rit seruus, capitali pœna punitur, nisi domi-
nus pro ipso soluerit quinquaginta aureos,
6 vt d. l. fin. §. 1. † Si autem erat qō interme &
te de finibus, & tu ante sententiam diffini-
tiuam, & tua authoritate occupasti confi-
nes, & de prædio meo vsurpasti, ponendo con
fines intra meum prædium, & ita occupando,
tunc puniris, vt tantundem habeam de tuo
prædio, quantum attentasti vsurpare de meo.
C. fin. regun. l. si constiterit. Si autem tantum
de tuo prædio non habes quantum occupasti
de meo, teneris mihi ad interesse meum. arg.
ff. de rei ven. l. qui restituere. ff. de verb. obl.
7 l. in executione. † Sed nunquid ipso iure pu-
nior. Rn. non, sed per sententiam, arg. C. de iur.
om. iud. l. in criminali, & auth. si qui incautū.
8 † Sed nunquid ad restitutionem fructuum
eius quod occupasti de meo prędio in quo
erat fructus, teneris? puto quod sic. ar. C. de
9 vsur. l. videamus. de uer. sig. l. 1. cum si. † Sed
quid si non remouet terminos, sed arbores
finales incidit? Resp. idem, vt Insti. de offi. iu.
§. pe. in fin. Tenetur etiam arbor. fur. cæs. l. j. &
10 l. facienda est. ff. eo. arb. fur. cæs. † Quid autem
sit cædere, dico quòd non solum ex toto inci-
dere, sed ferire causa cædendi. Sed cingere,
est degambare ramos, & auferre, & exporta-
re. Qui autem cum serra secat. non dicitue cæ-
dere, ut ff. eo. l. cædere.

De arboribus furtiue cęsis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Arborum furtim cæsarum actio cui detur, & ad quantum & quomodo fiet æstimatio, & quid si ligna arboris contrectentur, arbor quando in numero arborum contineatur, & quæ arbores furtim cesæ dicantur.*
2 *Arbores incidens domino sciente, quibus actionibus teneatur.*
3 *Vsufructua. quæ actio detur pro arborib. cæsis.*
4 *Emphyteutæ datur actio arbo. furt. cæsarum ad damnum.*
5 *Colonus Titij incidens arborem Caij, qua actione tenetur.*
6 *Arbor vna quando dicatur, & quando plures dicantur.*
7 *Arborem vnam pluribus incidentibus, quomodo agitur, & cōtra quos, & an vno soluente, alij liberabuntur, & si arbor sit plurium, quid erit.*
8 *Cædere est non solum in totum incidere, sed ferire*

ire causa cædendi cingere, exglobare, & excoriare, & tunc habet locum arb. furt. cæs.
9 *Secās serra non tenetur hac actio, sed l. Aqui.*
10 *Actione a borum fur. cæs. an ego poßim agere qui vendidi tibi fundum in quo arbores meæ erant incisæ.*
11 *Arbore Titij plantata per Titium in fundum meum, an post ea quam egit radices, poterit Titius illam incidere.*
12 *Arbore tua subintrate fundamntum domus meæ quid facere poßim contra te.*
13 *Arborum appellatione an vites contineatur.*
14 *Arbore mea pendente in tuo fundo, & dante tibi damnum cum vmbra, quid sit faciendum, et qui poßint agere in tali casu.*
15 *Arbore pendente vt supra, habebit locum quod dictum est, nō solum in domo aut fundo proprio, sed etiam in re communi.*
16 *Actio arborum furt. cæsa. vendicat sibi locum secundum prædicta, quando agitur ciuiliter, & potest etiam egi criminaliter, & furtiue incidens arbores, maxime vites, tanquam latro punitur.*

1 SI † quis clam. & furtiue incidit arborem
alicuius, & hoc modo dederit damnum.
datur læso actio arborum fur. cæs. ad du-
plū damni dati: & duplicatur interesse de di-
ctis lignis. Verbi graria, antequam arbor esset
incisa valebat communiter 15. nunc ligna ar-
boris incisa valēt 5. deductis istis 5. estimabūt
dicta ligna. s. 15. verūtamen licet dānum sit du
pli, solum simplum vnum est pœna, & sic fiet
æstimatio in 30. deductis lignis arborum, quia
in isto casu concurrit Aquilia pro damno, sed
si egris Aquilia, & consecutus fueris interesse,
postea poteris agere actio. arb. fur. cæsa. ad re-
liquum, id est ad illud simplum quòd est pœ-
na. Sed si primo egregis actione arb. fur. cæs.
cessat Aquilia. Si autem ligna arboris cōtrecte
tur pro eis. habet locum actio furti, & hoc
probatur ff. arb. fur. cæs. l. j. 2. & 3. Item si sti-
pites oliuarum radices egerunt, siue non,
6 † In ſpiritualibus vero per gratiam licet à
lite diſcedere, ut ext. de ſim. c.nemo. ſed non
per tranſactionem, vt ext. de tranſactio.c. ſu-
per eod.& c. præterea. imo & ſi quis in cauſa
criminali ſiue ſpirituali deſiſtit aliter quam
debeat, debet iudex ex ſuo officio inquire-
re contra deſiſtentem, ut ext. eo.c.1. & 2.&
C.de abol.l.1.& 2.& punire debita pœna, ut
7 ſupra.dictũ eſt. † Si uero iuſta cauſa uelit quis
ab accuſatione deſiſtere uel diſcedere, debent
iudex abolitionem concedere, ut C. de aboli.
l.j.ij.& iij.§.abolitio, & tunc deſiſtens non
8 punitur. † Sed ſi iudex colludat cum inqui-
ſito, & ipſum per gratiam uel pecuniam abſol-
uat, tali abſolutio non valet nec præiudi-
cat, quominus iterum inquiratur & punia-
tur, vt extra eod.c. 1.& 2.& c.iterum, ff.eod.
l. cum iuſto.& l. colluſione, & l.ſententiam.
& poteſt etiam iterum accuſari, ut ff.de præ-
9 uaric. l. 3. † Si uero colludit ſuper beneficio,
colludens punitur ſuper beneficio, ut extra
10 eod. c. audiuimus. † Sed ſi maritus accuſat
uxorem de adulterio, poteſt quandocunque
uult diſcedere, quia poteſt uxorem ſibi re-
conciliare intra biennium, ut C. de adulte.
authen. ſed hodie. extra, de conuer. coniu.
11 cap.gaudemus. † In ſumma uero notandum
eſt, ꝙ non ſolum principales perſonæ collu-
dunt & puniuntur ut ſupra dictum eſt, ſed
etiam aduocati. Et ſi cauſa principali fue-
rit per aduocatum colluſum, punitur pęna
extraordinaria, ut ff.de pœ.l. j. §. uerum, &
l. 2. §. quòd ſi. & l. pe.& 2.q.4.§.notandum.
12 & no.ſupra tit.proxi. † Colludunt etiam pro-
curatores, qui doloſe patiuntur ſe ſuperari
in cauſa, qui tenentur de dolo ad omne in-
tereſſe ſi ſunt abſoluendo aliàs agetur con-
tra illos qui colluſerunt cum eis, ff. de dol.
13 l. eleganter, §. ſi dolo. † Sed quid M.accuſa-
uit aliquem de aliquo delicto publico uel
priuato. iſte Mart. non uidetur proſequi ac-
cuſam ſuam, uel non produxit probationes
ſuas.reſpon quòd iudex debet aſſignare ei ter-
minum ad producendum ſuas probationes,
& ſi non fecerit, uidetur tacite deſiſtere, &
renunciare iuri ſuo, ut C. qui accuſ. non poſ.
l.ſi ea.quæ & inſuper incidit in Turp.& puni-
tur, ut ſupra dictum eſt.& ſupra.tit. proxi.no.
Et poterit tunc iudex, & debet contra talem
accuſatum per inquiſitionem procedere &
punire, ſi culpabilem inuenerit, ut extra, de
collu.cap.1.& 2. in fi.& C.de aboli.l.1.& 2.§.
ſinautem. Nota tamen quòd ille qui deſtitit,
non poteſt amplius accuſare, ut ff. eod.l.qui
deſtitit. de præuari. l. accuſator. cum ſimil.
Sunt & alij qui prohibentur accuſare ali-
quos, ut no. ſupra, de his qui accu.non poſ.
14 per tot. † Si autem fuerit quis ab una parte
accuſatus de uno crimine, non poterit ab
alio ſuper eodem crimine accuſari niſi do-
ceatur de colluſione, & præuaricatione pri-
mi accuſatoris, & ſe ignorare primam ac-
cuſam fuiſſe ab alio inſtitutam, quod igno-
rare quilibet præſumitur, C. qui milit. non
poſſ. l. ſuper his. & de hoc no. C. de accuſa.
l. qui de crimine. & extra. de accuſ.cap.de his

† Et

15 † Et probata *a* collusione, & præuaricatio-
a ne debet iudex interloquendo pronuncia-
re collusum fuisse in dicta accusa, & poterit
postea accusare, ff. de præua. l. 3. in princ. no. de
accus. l. hi tamen, §. fin & l. si cui, §. de crimi-
nibus no. cum similib. facit ff. de iud. l. de qua
re. Nam si accusatus opponat exceptionem
rei iudicatæ, vel solutionis iam factæ, opor-
tet quòd iudex pronunciet super ista emer-
genti prius, vt d. l. 3. & dict. l. de qua re. & ex-
tra de or. cog. c. j. & ibi no. alias non possit se-
cundus accusator accusare, nec procedere, vt di
ctum est. Et dicetur sic per iudicem. Nos iu-
dex cognitor quæstionis vertentis inter ta-
lem accusatorem ex vna parte, & talem ac-
cusatum ex altera, visis talibus exceptionibus
oppositis per talem accusatorem, quorum
tenor talis est &c. Quia cognouimus in 1.
accusa, siue processu facto super illa collusum
fuisse in dicta accusa, & processum per talem
modum. Et not. quòd debet specificari qua-
letas collusionis. Et auditis allegationibus
partium & super omnibus habita delibera-
tione diligenti, interloquendo ptonunciamus
procedendũ esse, & procedi debere super dicta
accusa de nouo porrecta per dictum accusato
rem contra dictũ accusatũ, per quē propositæ
exceptiones obstare non possunt, quin proce-
di debeat super noua accusa &c. vel pronuncia
tur prout qualitas negotij requirit, prout iu-
dex viderit, & cognouerit expedire.

ADDITIO.

a ¶ Et probata. *Adde tamen ꝙ collusio p̃sumitur*
q̃n accusator conuersatur cum accusato, ex quo
per accusationem solent oriri inimicitiæ capita
les inter accusatorem, & accusatum, ita Bar. in
l. 3. ff. de adi. leg. vbi tex. & in l. si inimicitiæ, ff.
de his quib. vt indig. Quod est notabile.

De abolitionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Abolitio quid sit.*
2 *Abolitio quot modis fiat.*
3 *Abolitio facta a principe quid operetur, & si*
fiat ad petitionem partis quomodo fiet, & quid
erit cognoscendum.
4 *Accusatione per errorem facta quando abolitio*
conceditur, & quando non.
5 *Abolitio intra quantum tempus peti debet.*
6 *Abolitio regulariter conceditur quando petitur*
propter mortem, fallit in casibus hic positis.
7 *Accusans calumniose, si pecunia conuictus velit*
abolitionem fieri, non auditur etiam parte con-
sentiente, fallit in casibus hic positis.
7 *Abolitione generali vel speciali tollit pæna, &*
crimen extinguitur, nõ autem tollitur infamia.

VIDEAMVS quid sit abolitio. Et
1 quidem potest dici sic. † Abolitio est ac-
cusæ peremptio siue exclusio, vt nomen
sit consequens rei. Sicut dicitur exceptio, actio
2 nis exclusio, ff. de exce. l. 2. in princ. † Et not.
quòd abolitio fit tribus modis. Vno modo a
principe ex suo motu ob rem prospere ge-
stam, vel ob gaudium, vel ob similem cau-
sam, vt ff. ad Tur. l. si quis, §. fi. & l. seq. Secun-
do modo ad instantiam & postulationem ac-
cusatoris coram iudice ordinario, qui de
causa cognoscebat. Tertio modo per mor-
tem accusatoris vel accusati, cum extinctum
fuerint crimen regulariter morte superuenien-
te, vt. ff. eod. l. aut priuatim. vel propter iustũ
impedimentum superueniens accusatori, vt
d. l. aut priuatim, & l. senatus, §. reos, C. si acc.
3 mor. fuer. l. 2. & l. defunctis. † Et no. quòd si fit
abolitio a principe nullo postulante, quod
talis abolitio extinguit omnes accusatio-
a nes *a* quo ad omnes, præterquam ad actorē,
quia ipse non minus poterit vsque ad 30. dies
repetere accusam, vt C. eo. l. fin. computandus
a die quo feriæ generalis abolitionis sunt
finitæ. & debent accusare eo modo quo prius
fecerat, vt C. de gene. abol. 2. ff. ad Tur. l. aut
priuatim, §. in iudicio. Si vero fiat ad petitio-
nē accusatoris coram iudice, tũc dēt fieri vtra
que parte præsente, s. accusatore, & accusato,
& causa cognita. Et uertitur in cãæ cognitio-
ne hoc modo, vt si accusator calumniose hoc
modo fecit accusam, abolitio non conceda-
tur, ut C. eod. l. fin. in prin. de calum. l. fallatia.
imo puniatur de calumnia, vt s̃. no. de calum.
4 † Si vero per errorem accusauerit, si quidem
accu-

ADDITIO.

a ¶ Accusationes. *Adde tu ꝙ ista generalis abo-*
litio nõ extēditur ad crimina iam liquidata, l.
fi. C. de abo. Nec etiã extenditur ad crimē falsi,
licet non sit liquidatum, vt est tex. in l. Lucius,
ff. ad Turp. & ibi Bar. & Ang. nec etiam ad iã
carceratos, l. Domitius. & ibi Bar. ff. ad Turpil.
quod intellige vt per Bar. et Ang. in d. l. Lucius.
& per Ang. in l. falsorum, §. fina. ff. de accu. nec
etiam porrigitur ad accusationes nondum in-
choatas, l. 1. & 2. C. de gene. aboli.

accuſatus ſuſtinuit iniuriam uel carceris, uel
uerborum, uel tormenti, non eſt conceden-
da abolitio. Si uero non ſuſtinuerit iniuriam,
ut dictum eſt tunc conceditur, alias non etiam
5 utraque parte uolente. Et debet peti aboli-
tio intra 30. dies, computandos à die iſti-
turæ accuſationis, alias non auditur, ut C.
eod.l. fi. & ff.eo.l.j.§.abolitio,& l.aut priua-
6 tim. §. in iudicio. † Si uero propter mortem
petitur abolitio, debet concedi regulariter,
quia morte extinguitur crimen, ut C. ſi reus
uel accu.mort.fue.l.2.cum ſi.ff.eodem l.in ſe-
natuſcon.§ ſi propter mortem. Fallit in caſib.
in quibus nullo modo conceditur, ut in cri-
mine læſæ maieſta. patriæ oppugnatæ uel
proditæ, uel crimine falſi, ut C.eod.l.ſi falſis,
ff.ad Turp. l. fallaciter. Item in crimine pe-
culatus, repetundarum, & de reſiduis, & in
crimine apoſtaſiæ, & hæreſis, & ſimil.ut C.
7 ſi reus uel accu.mor. fue.l.1. & ibi not.† Item
quòd ſi quis calumnioſam fecerit accuſam, &
ipſe pecunia conuictus uelit abolitionem fie-
ri, non eſt audiendus, etiam conſentiente par-
te aduerſa, ſed procedi debet in accuſa, ita
ut nocens puniatur, ut C. eod.l.2.fallit etiam
ſi accuſauit proſequendo ſuam iniuriam, uel
accuſauerit conſanguineos uel ſimiles, nam
8 tunc conceditur abolitio, ut d.l.2.§ fin.† Item
no. quòd per abolitionem generalem uel ſpe-
cialem tollitur pœna, & etiam crimen ex-
tinguitur, ſed non tollitur infamia, C.de ge-
nera. aboli. l. fina. cum ſimi. & de hoc notat
Azo.in ſumma huius tituli.

De treuga. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Treuga quid ſit.*
2 *Pax quid ſit.*
3 *Treuga duplex eſt, ſcilicet conuentionalis, & canonica, conuentionalis quid ſit.*
4 *Treugam ſuperadictā qui frangit, qua pen. puniatur, & ſit infamis, & quādo ſit ſeruanda inter perſonas priuatas.*
5 *Treugam qui fecit aliquem percutiendo, quomodo puniatur.*
6 *Treugam qui fecit, ſi homicidium committat, capite punitur.*
7 *Treugam qui fecit, ſi aliter quam ſupra delinquat, quomodo puniatur.*
8 *Treuga canonica quæ ſit, & quæ ſit pœna contrafacientium, & qui debent iurare vt ſeruetur, aliter puniuntur.*

1 TREVGA † eſt ſecuritas ſiue fiducia
præſtita rebus & perſonis inimicorum
ad certum tempus, diſcordia nondum
2 finita. † Pax autem eſt finis diſcordiæ. † Et
3 nota quòd duplex eſt treuga, ſ. ex pacto inito
inter inimicos, & illa appellatur conuentio-
nalis, quia ex pacto conuentione ſumit
formam. ſicut & contractus, ut ff. de pact.
l. conuentione, & depoſiti. leg. j.§.ſi conue-
nerit.de reg.iuris.l.contractus. Et iſta talis
treuga eſt ſeruanda hoſtibus: nam etiam fi-
des hoſtibus eſt ſeruanda, ut 23. q.1. & 22.
queſ.4.innocens.& hoc uerum, ſi hoſtes tibi
a ſeruant, aliàs non *a* eſt eis ſeruanda. extra,
de iurciu.cap.peruenit.iuxta illud. Frangenti
fidem, fides frangitur eidem, ut C. eod. l. cum
proponas, C.de tranſact.leg. ſi diuerſa, & ff.
4 loca.l.quæro,§.inter locationem. † Et qui ta-
lem treugam frangit, & maxime peregri-
nis, mercatoribus, ruſticis dum culturæ agro-
rum inſiſterent, & auferrent animalia, & in-
ſtrumenta agrorum cum quibus cultura fit:
illud quod abſtulit, in quadruplum reſtituat.
inſuper ſit infamis, & perſonaliter punitur
qui talia committit, ut ff.de re mili.l. fin. Et
hoc intelligo de treuga facta inter ciuitatem
& alia loca, ſi autem inter priuatas perſonas,
dico quòd eſt ſeruanda, dummodo eis ſeruata
ſit, ut ſupra. probatum eſt per iura præmiſſa
5 † Et ſi quis fecit treugam, percutiendo, aliquē
b ex illis cum quibus *b* facta erat treuga, quòd
puniantur in manus amiſſione, ut in Auth.
de man. prin.colla. 3. §. coges. ita ut in ipſo
puniātur cum quo delinquit, ut C.commu.de
ſucceſſ.auth. omnes peregrini. & in uſi. feu.
de pace tenen.c.1. §. ſi quis. uel poteſt dici ꝙ
cum dicta iura loquantur de pace rupta, &
non

ADDITIONES.

a ¶ Alias non. *An ſi vnus fregit treugam, alius poßit frangere? Io. And. & Ant.de But.in c.3. de iniur.quod non. & Io. And. in addi. Spec. in rub.de treug. & pa. Ang. Pau.de Caſt.Rapha. & Doct.in l.ſi ex legati. & in l.qui ſeruum, ff. de verb.oblig. & vide Alex.in l.cum proponas, C.de pact. & ibi addita, & vltra prædicta vide late per Feli.c.1.col.ij.de treu. & pace.*

b ¶ Cum quibus. *Sed quid ſi rapta eſt filia vnius partis ab alio ex alia parte, an per hoc dicatur treuga rupta? dic quod non, vt plene per Alex. in conſi.113.per totum.in ij.volu.*

non treuga, quod poena extraordinaria pu-
niatur, inspecta atrocitate delicti, vt ff. de
iurisd.om.iu.l.prætor, §. fin.& l.vlt.& de ex-
traordi.cri. l. 1. de effrac. l. 1.& secundum di-
uersitatem facti & delicti, vt patet per titu-
6 los speciales in hoc opusculo. † Si vero per
homicidium commiserit, capite punitur, vt
ff. de parrici.l.pe.§. qui alias personas. & not.
7 pulchre supra de homic. † Si vero aliter delin-
quit, secundum qualitatem delicti, poena
debita & ordinata punitur, vt patet in hac
summula, per titulos speciales competentes.
8 † Est & alia treuga canonica, siue à iure in-
ducta, quæ certo tempore est seruanda, &
maxime personis ecclesiasticis, & peregri-
nis, mercatoribus, & personis rusticanis, ma-
xime dum agriculturæ insudant, vt extra eo.
c. j. & ij. Et qui contra facit, excommunica-
tur. Et episcopi debent prouidere, vt talis treu
ga seruetur, & debet vnus episcopis alteri da-
re auxilium & fauorem, alias dignitate priuan
tur &c. & dic ut plene no. extra eod. tit. c. j.

De pace. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Pax quid sit.*

2 *Procuratores pacem facientes debent habere speciale mandatum.*

3 *Pax potest fieri super quolibet maleficio, pro quo ingeritur pœna sanguinis, fallit in crimine adulterij.*

4 *Occiso aliquo si hæredes illius aut filij fecerim pacem & remissionē de homicidio, iniuria &c. an Potestas poterit procedere, & quid si statutum eßet quod poßet fieri pax.*

5 *Vulnerato Titio, Titius fecit pacem vulnerāti de omni iniuria et offensa, an alius poßit vulnerantem accusare.*

6 *Vulnerato Titio si Titius fecit pacem uolneranti de vulneribus sibi illatis, & de omni iniuria & offensa, posito ꝙ pax fieri poßit & teneat, si postea titius moriatur, an hæredes Titij poßint de homicidio accusare, non obstante pace, vel an videatur facta pax de morte, & quæ verba sint ponenda in contractu pacis.*

7 *Offensus an compelli poßit ad faciendum pacē cum offendente.*

8 *Satisdare de non offendendo an aliquis compelli poßit.*

9 *Iniuriam fecisti Titio, qui postea bibit & comedit tecum, & sic videtur renunciaße iniuriam, an Titius poßit postea accusare.*

10 *Vulnerato Titio mortifere, si inculpetur de hoc Mar. Titius vero dicat, ꝙ Mar. non vlnerauit eum, sed alius, an iudex potest contra Martinum procedere.*

11 *Potestas, an poßit ponere guerrantes ad confines, & accipere fideiußores.*

12 *Accusatione vel inquisitione facta, duo fecerunt pacem de maleficio quod fuit inter eos, an per talem pacem videantur confeßi crimen, vt iudex poßit eos condemnare sine aliqua probatione, & quibus verbis ad cautelam sit utendum in contractu pacis.*

13 *Pupillus, an poßit pacem facere de morte patris vel offensa patri facta cum authoritate sui tutoris.*

14 *Pacem & remißionem aliquis fecit Titio in præsentia iudicis, quodam presbytero præsente & recipiente pro offendente &c. an talis pax valeat.*

15 *Statuto dicente, ꝙ si quis habuerit pacem ab offenso vel hærede eius, non poßit personaliter de homicidio damnari, Titius fuit occisus pluribus hæredibus relictis, nunquid est opus quod habeat pacem ab omnibus.*

16 *Statuto dicente quod pace non obstante. homicida condemnetur de homicidio, si Mar. fuerit interfectus mandato Titij, qui postea habuit pacem, an pax proderit Titio.*

17 *Pacem & remißionē duo fecerunt, & promiserunt eam obseruare, si postea vnus frangit pacem alterum offendendo, qualiter puniatur.*

18 *Guerra existente inter duas ciuitates venerūt ad concordiā, quā promiserunt perpetuo obseruare sub certa pœna, si postea vna terra vnius ex istis ciuitatibus supponat se alteri ciuitati, propter quod ciuitas priuata tali terra commisit homicidiā contra aliam ciuitatem, an incidat in pœnam.*

19 *Ordinatum est per legem Mantuæ ꝙ homicida puniatur in x. libr. Titius fuit condemnatus in dicta pœna pro homicidio commißo, postea habuit pacem a filio occisi, vel illo cuius intererat, an cōe poßit exigere illam pœnam ab homicida.*

20 *Tutor nomine pupilli vel infantis, & curator nomine adulti an pacem facere poßit, ita vt valeat.*

21 *Pace a pluribus facta de omnibus iniurijs & offensis hincinde illatis, promißum fuit illam obseruare sub certa pœna, si vnus facit contra pacem, & alius ex alia parte illum percutiat, an poßit accusari & puniri de pace rupta vel aliter.*

12 *Statuto dicente quod habens pacem cũ inimico dimittatur ei pœna vel condemnatio, vel de banno eximatur, si vniuersitas fuit propter delictum condemnata, & velit facere pacem, quomodo faciet, & quomodo congregabitur.*

1 VIDEAMVS † primo quid sit pax. Et quidem pax dicitur finis discordiæ, sed treuga est securitas data rebus & personis ad centum temporis, discordia non-
2 dum finita. † Et no. ꝙ si pax fieret per procuratores, dēt hr̄e speciale mandatum, quia generale non sufficit, extra de treug. & pa. c. j. de transact. contingit. de arb. cap. per tuas. ff. de
3 procu. l. mandato. cum si. † Item no. ꝙ super quolibet maleficio, quòd quidem ingerit pœnam sanguinis, licet transigere & pacisci, & pacem facere, & hoc est regulariter verum ex parte delinquentis, & sine aliqua pœna, vt C. de transa. l. transigere. ratio est, quia licet vnicuique se & sanguinem suum redimere. ff. de bonis eorum qui mortem sibi con-
a sciue. l. j. Fallit hoc in crimine *a* adulterij, vbi transactio non admittitur propter frequentiam delicti, & eius atrocitatem, vt no. in d. l. transigere. Et est ratio quia pasciendo videtur de crimine confiteri, & pro confesso habetur. ff. de præuar. leg. in omnibus. & de ista materia no. Azo in summa, de transact.
4 † Sed pone quòd quidam fuit occisus, eius heredes aut filij fecerunt pacem & remissionem istius homicidij, & de homicidio, & de iniuria omni, & percussione & offensa illatis & factis per ipsum homicidam in personam occisi dicto vel facto. Sed potestas non minus procedat contra istum homicidam, non obstante tali pace, & vult istum homicidam de homicidio punire & condemnare. Quæritur quid iuris. & videtur quòd possit, quia per tale maleficium commissum acquisitum est ius ciuitati, vbi perpetratum est maleficium, ita quòd postea per pacem & pactum priuatorum non potuit tolli, vt ff. de pac. l. ius publicum. & l. iurisgentium. §. si paciscar. Item quia republicæ interest ne maleficia sint impunita. vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, in fin. facit ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. qui cœtus. & ff. de pub. leg. licitatio. §. ꝙ illicite. & extra de collu. c. j. & in hoc concordant communiter Doct. Et ita seruatur, nisi statutum esset præcise in contrarium, ꝙ posset pax fieri. Et pace facta non debet Potestas intromittere de tali crimine, nam statutum illud est seruandũ, ff. ad munic. l. e. constitutionibus. de leg. 3. l. non aliter no. ad Silla. l. diuus. Sed do. Guid. de Suza dicit quòd pax valet & est seruanda, & Potestas nequit se intromittere, quia nemo sine accusatore punitur. ff. de munc. & hono. leg. rescripto. §. si quis accusatorem non habens. Item quia pacis lenitas est seruanda, vt C. de asser. tol. l. j. circa princi. Item quia lux iubet fieri pacem & obseruari, vt in vsib. feu. de pa. tenen. Item prætor non debet curare si partes volunt componere &c. ff. de oper. noui nun. l. j. §. inde quæritur ff. de vsufruct. l. a quissimũ. & pro eo facit 90. dist. per totum. & c. discor-
5 dantes, & c. discedentes. cum si. † Sed quid, aliquis fecit pacem cum eo qui eum vulnerauit, & remissionem sibi fecit de omni iniuria & offensa. Modo venit alius & vult istum accusare, nunquid potest? Respondeo, dicit Guil. quód non potest, quia per talem pacem præclusa est via omnibus alijs accusandi, per l. ff. de iureiur. l. cum qui. §. in popularibus, ff. de sepul. viol. leg. sepulchrum. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. Sed alij Doctr. contra per l. ff. de vi publ. l. qui cœtu. §. fi. de adul. l. si maritus. §. si negauerit. de pac. l. iurisgen. §. paciscar. vbi de hoc not. cum si. Et hoc
6 verius videtur. † Sed posito ꝙ pax valeat & fieri possit quæro quid si titius vulnerauit M. & facit pacem de vulneribus sibi illatis, & de omni iniuria & offensa, si postea ipse moriatur, an hæredes possit de homicidio accusare non obstan. pace, vel an videatur facta pax etiam de morte postea subsecuta. Et videtur quòd accusare possint, nec videatur facta pax de morte secuta, quia non fuit actum de morte &c. & non videtur pacto perimi id de quo non fuit cogitatum. ff. de transa. l. qui cum tutoribus. Item quia non potuit paciscens remittere iniuriam factam reipub. ff. de pac. l. ius

ADDITIO.

a ¶ In crimini adulteri. *Adde tu quod licet super tali crimine non possit transigi fiet tamen pax ita Bar. in consilio suo 175 incipit, domino Potestati Rocha & dicit Alber. & Franc. Tigri in d. l. transigere & ibi Alex. & Mod. & adde ꝙ in adulterio præsumpto poterit fieri trãsactio, vt nouis. Papienses in d. l. transigere. columna 1.*

ius publicum. & l. iurisgen. §. si paciscat. de
public. l. licitatio. §. quod illicite. & videtur
casus. ff. ad l. Aquil. l. si actum sit. & l. si vul-
nerato seruo. & l. ita vulneratus. §. j. cum si.
Econtra videtur quòd accusari non possit;
quia pacis lenitas est seruanda. C. de cadu.
toll. l. j. Item quia non debet curare prætor
si litigantes ad concordiam veniant &c. ff.
de oper. noui nun. l. j. §. inde quæritur. Item
quia pax facta est de vulnere, & de morte
quæ subsequitur, intelligitur esse facta, vt
ff. de fideiuss. l. si quis pro reo. §. j. ff. quo. le-
gato. l. fin. & ad l. Aquil. l. huic scripturæ, ff.
de dam. infe. l. damni. §. Sabini. cum si. Sol.
dicunt omnes Doctr. primam opin. esse ve-
ram per iura primo alleg. vnde potest accu-
sari de homicidio pace non obstante, vnde
quando fiat pax, debet notarius dicere. Fe-
cerunt pacem & remissionem de omnibus
vulneribus & offensis, & iniurijs factis & il-
latis, & de morte si subsequeretur &c. & in-
de &c. Nam tunc de morte intelligitur esse
facta, & sic non possunt accusari de homici-
dio, si post ea subsequeretur &c. dummodo
possit de tali, & tanto maleficio per statu-
tum fieri pax, alias secus, vt notatur supra.
7 Sed pone quòd quidam &c. † Sed nunquid
a offensus a possit compelli à iudice ad facien
dum pacem cum offendente. Respondeo
sic videtur quia iudex habet procurare quòd
ciuitas quam regit sit in pace. ff. de offi. præ-
sid. l. congruit. Item debent facere, vt ad ar-
ma & rixas homines non ueniant, vt ff. de
vsufru. l. æquissimum. vbi de hoc nota, & fa-
cit in arg. de serui l. harum. & l. egi. C. de ca-
du. toll. l. j. in vsi. feu. de pace iur. fir. ca. j. cum
si. Et maxime si propter hoc magnus tumul-
tus, & magnum periculum possit inde con-
tingere, alias secus, vt dicunt quidam Doctr.
Sed videtur contra quod ad pacem non pos-
sit præcise compelli, vt 90. dist. cap. discordan-
tes, & cap. placuit. & c. studendo, quod verius
videtur. non tamen per hoc remittitur pœna
vt supra. no. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. si
paciscar. & facit in Auth. de mand. princip. §.
8 oportet vbi de hoc not. colla. 3. † Sed nun-
quid potest quis compelli satisdare de non
b offendendo b Resp. dicunt quidam Doctr.
quòd non, quia graue est adinuenire fide-
iussores, & non debet quis superuacua satis-
datione onerari, vt ff. de procura. l. non co-
gendum, §. fin. ff. si quis cau. l. j. de iudic. l. 2.
§. si dubitetur. Item ex suo delicto est quis
puniendus, & non debet ex maleficio præ-
mium consequi, ut ff. de interdict. & releg.
l. relegatorum. in fi. ff. de nego. gest. l. si hæ-
reditaria, C. de hæreti. l. sed si. Sed si alium
non offenderit, tunc ne ab alio offendatur,
debet ille compelli satisdare de non offen-
dendo, vt nota. in titu. de accusationi. Sed
alij dicunt, quòd si offendens est damnan-
dus de offensa, & soluit condemnationem,
quod cum sit punitus, non debeat amplius
puniri, & tunc possit offensus compelli ad
satisdationem præstandam de non offen-
dendo, vt C. de his qui ad eccles. con. fug. leg.
denunciamus, argu. C. commun. de aid. l. cum
vsufructu. Item quia prætor habet curare,
vt pacata sit ciuitas &c. ff. de offi. præsid. l.
congruit. & ff. de vsufructu. l. æquissimum.
9 cum si. quod verius videtur. † Sed quid, fe-
cisti mihi iniuriam, si postea bibi & come-
di tecum, & sic facite videor remittere in-
iuriam, si post hoc volo te accusare, nunquid
sum audiendus? Respon. vt not. Inst. de iniur.
10 §. fina. † Sed quid, Titius fuit mortifere
vulneratus. de quo M. inculpatur, sed vulne-
ratus dicit quòd M. ipsum non vulnerauit, sed
alius, nunquid potest iudex contra ipsum
procedere. respondeo, non uidetur, quan-
tum est per iniuriam sibi facta, sed pro fa-
cto communis sic uidetur ff. de publi. l. lici-
tatio. §. quod illicite. ff. ad Silla. si quis in
11 graui. §. j. † Sed an Potestas poterit guerran-
tes sibi ad inuicem ponere ad confines si no-
lunt facere pacem? Respondeo sic videtur,
per l. ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. fin. & arg. ff.
de interdict. & releg. l. relegatis. §. solent. &
§. iudicare, & l. fin. Item poterit accipere fi-
deiussores à qualibet parte, & postea eis præ-
ceptum facere quòd unus alterum non of-
fendat sub certa pœna, ut ff. si quis ius dice.
non obtem. l. j. arg. ff. qui satisd. cog. l. si fidei-
iussor. §. fin. ff. offic. præsi. l. congruit, cum
12 sim. † Sed quid, duo fecerunt post accusatio-
nem,

ADDITIONES.

a ¶ Sed nunquid offensus. *Vide plene Fede per te in rubr. de treug. & pa in 1. & 2. col. vbi ponit regulam negatiuam cum septem fallentijs.*

b ¶ De non offendendo. *Vide Fely. in d. rub. de treuga & pace. col. 4. in fi. & seq vbi ponit circa hoc nouem declarationes, & tres no.*

nem, uel inquisitionem factā pacē de malefi-
cio ꝙ fuit inter eos, nunquid per talem pacem
uideantur confessi de tali crimine, ut possit
iudex eosdem offendentes condemnare si-
ne aliqua probatione? Respondeo, dicunt
quidam quòd sic, ut ff. de infa. l. quoniam.
de iu. fis. l. in fi. & l. eius qui. & l. imperator.
& ar. C. de re iud. l. ad solutionem, cum sim.
unde ad cautelam quando fit pax, offendens
debet negare se deliquisse, & notarius de-
bet dicere, Tales fecerunt concordiam &
pacem de quibuscunque iniurijs, uulneri-
bus & offensis, quæ dicuntur tales inuicem
fecisse & intulisse, nam tunc non uidetur
confiteri, sed negare. Sed si dicatur de uulne-
ribus & offensis illatis & factis, tunc uide-
tur confiteri, &c. unde cautela est adhibenda
quæ non nocet, sed prodest, ut ff. de neg. ge.
l. Pomponius. & facit ff. man. l. qui mutuam,
13 cum simi. † Sed nunquid pupillus potest fa-
cere pacem de morte patris, uel offensa fa-
cta patri cum authoritate sui tutoris? Resp.
dicunt quidam, aut certum est de offensa fa-
cta, & tunc non possit: aut est dubium, &
tunc possit & ualeat: quia tutor in dubio
potest transigere pro pupillo, & ualet tran-
sactio, & ipse pupillus cum tutoris authori-
tate, ut C. de transa. l. præses. ff. de iureiur. l.
tutor. ff. de admi. tut. l. Lucius. in fi. & facit
ff. de fur. l. qui pignore. & l. interdum. §. cau-
telam. cum similibus. Sed alij dicuntur quod
si aliquid est datum pupillo pro tali pace,
quod tunc ualeat, & sit seruanda. ff. de tran-
sa. l. præses. quia minoribus interest litibus
non uexari, nec grauari, ut ff. de mino. l. mi-
noribus, ff. de iniur. l. sed si unus. §. filio. &
facit ff. de censi. l. j. C. de uete. iur. enucle. l. j.
cum sim. Sed Vber. dicit, aut pupillus est in-
fans, & tunc non ualet pax, etiam cum au-
thoritate tutoris, sed si est maior infante,
& tunc, cum authoritate tutoris & decre-
to iudicis ualet, ut ff. de pœ. l. j. de admin.
tu. l. j. §. j. C. de præd. min. l. minores. cum si
14 mi. lib. † Sed quid, aliquis in præsentia iudi-
cis fecit pacem & remissionem M. præsby-
tero quodam præsente & recipiente pro of-
fendente, & eius uice & nomine &c. an ta-
lis pax ualet? Respondeo dicunt quidam quod
sic quia sacerdos est publica persona, ut ff.
de iusti. & iu. l. ius publicum. & p publicam
personam alteri acquiritur ius. C. per quas
perso. no. acqui. l. j. ff. de adoptio. l. non ali-
ter. item quia pax est res lauorabilis, unde
est amplianda. ff. de libe. & posthu. l. cum qui-
dam. & in hac opi. fuit Guido de Suza. Sed
uidetur contra, quòd alteri stipulari, uel pa-
cisci nemo potest, ut Instit. de inut. stipu. §.
alteri. ff. de uerb. oblig. l. stipulatio ista. §. al-
teri. de bon. autho. iudi. pos. l. cum unus. ff.
15 quod ui aut clam. l. j. cum similibus. † Item
quæritur, dicitur in statutis, quòd si quis ha-
buerit pacem ab offenso uel hærede eius,
quòd non possit personaliter de homicidio
condemnari. quidam fuit occisus & plures
reliquit hæredes, nunquid est opus quod
ab omnibus habeat pacem, an sufficit si ab
uno habeatur? Respon. & uidetur quòd ab
omnibus, quia quod omnes tangit, ab om-
nibus debeat approbari, arg. C. de aut. præ-
stan. l. fi. in fi. ff. de lega. 2. l. si pluribus hære-
dibus, cum similibus. Dy. sed tu dic quòd suf-
16 ficit quod à maiori parte. † Sed quid, dicit
statutum, quòd homicida non possit habe-
re pacem, & si habuerit, quòd pax ei non pro-
sit, imo non obstante condemnetur de ho-
micidio contingit quòd quidam non occi-
dit, sed mandauit fieri, & fieri fecit homici-
dium. An pax prosit isti si habuerit? Respon-
deo, dicunt quidam quòd sic, quia statutum
dicit solum de occidente, & si uoluisset idem
a esse in mandante, a dixisset. C. de cadu. tol-
len. l. j. §. ne autem. item quia statutum est
stricti iuris, & seruandum est prout iacet. ff.
de extraordin. crimi. l. j. §. cum ergo. de leg.
3. l. non aliter. item forma statuti est seruan-
da. ff. ad municipa. l. constitutionibus. Item
illud quod non est expressum in statuto,
pro omisso haberi debet. ff. de uerb. oblig.
l. quicquid astringendæ. item cum diuersi-
tas sit in uocabulo, ergo & in effectu, ut B.
de codicil. l. si idem & facit pro ista parte
ff. solu. matri. l. si uero. §. de uiro. ff. de iniur.
leg. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de
reg. iur. l. expressa nocent. cum simili. Econ-
tra uidetur quod pax non ualeat, quia qui
mandat fieri, facere uidetur. ff. de solu. l. qui
mandat. de iniu. l. non solum. §. si mandato.
nam qui per alium facit &c. ff. de ui & ui
ar. l. j.

ADDITIO.

a ¶ Mandāte. *Adde tu, an statutum loquens de occidente habeat locum in mandāte, per Alex. de Imo plene in consi. 65. in 4. vol.*

act. l. j. §. deiecisse de adminis tu. l. ita autem, §. gesisse. item qui mandat fieri magis delinquit. quam qui facit, quia peccat in se & in alium quem peccare facit, vnde grauius est puniendus, ff. de ser. corru. l. in hoc modo. ibi iustius est &c. ff. quod vi aut clam. leg. si tibi, cum similibus, & hoc verius puto per iura nunc allegata. facit C. de accu. l. non ideo minus, ff. so. ma. leg. si uero, §. de viro, ff. de vi & vi ar. l. 1. ibi, per vim &c. ff. ad Sill. l. & si certus sit percussor, cum si. item quia licet statutum dicat solum de occidente debemus illa verba reducere, ut idem sit in mandante secundum iuris interpretationem, vt ff. de mu. & hono. l. ut gradatim, §. sed si lege. cum simi.

27 † Sed quid, duo fecerunt pacem & remissionem, & promiserunt pacem obseruare, vnus postea frangit pacem & vulnerat alium, qualiter punitur? Respond. videtur in manus amputatione, vt in vsibus feudorum, de pace tenen. c. 1. §. si quis alium. Si vero occidisset alium, tunc punitur lege. Cornelia, de sica. ad mortem, sicut homicida, ff. de sic. l. j. §. pe. de parrici. leg. pen. §. qui alias personas, cum similibus. Vel si alio modo offenderet, punitur secundum qualitatem delicti, vt patet per diuersos titulos huius opusculi.

28 † Sed pone, ꝙ guerra erat inter duas ciuitates, vel castra: tandem peruenerunt ad pacem & concordiam, & promiserunt adinuicem sub certa pœna pacem & concordiam perpetuo inuiolabiliter obseruare. Contigit quòd aliqua certa terra de vna ciuitate, vel castro se supponit & commisit iurisdictioni alterius. propter quod illa terra, sub cuius iurisdictione erat supposita ante pacem, indignata fuit, & fecit nouitatem contra illam terram, quæ nouerit suscepit sub sua iurisdictione, & comisit homicidia, vel incendia, uel alia delicta. Quæritur numquid videatur contra pacem fecisse, ita vt incidat in pœnam? Respondeo omissis ambagibus, & videtur quòd sic, arg. ff. de serui. rusti. præd. l. seruitutus. ibi, efficiatur &c. ff. de testa. tut. l. si quis filiabus, cum simi. Dy.

29 † Sed quid, ordinatum est per legem Mantuæ, ꝙ homicida puniatur in decem libr. quidam fuit condemnatus in dicta pœna pro homicidio commisso, & postea facit pacem cum filio occisi, vel cum alio cuius intereat, cõmune vult quod ille homicida saluat dictam pœnam, iste dicit & allegat pacem factam. Modo quæritur quid iuris? & videtur ꝙ soluere teneatur, quia maleficia non debent esse impunita, vt ff. ad l. Aq. l. ita vulneratus, item quia reipublicæ interest ob maleficia pœnas solui, ff. de fideiuss. l. si a reo. item quia ex dicto maleficio duplex iniuria nata est, vna iniuriato & eius filijs & parentibus, alia reipublicæ, vt ff. de publ. l. licitatio, § quòd illicite. ff. de iur. omn. iud. l. si familia. item quia pax facta per priuatam personam non præiudicat communi siue reipublicæ, ff. de pact. leg. ius publicum. & l. iurisgentium, §. si paciscar. cum similibus. Econtra quòd non, fauore pacis, C. de transact. l. transigere, C. de cad. tol. l. 1. in princ. item quia non habet quærere prætor qualitercunque partes velint a controuersia discedere, vt ff. de ope. noui nunc. l. j. §. inde quæritur. cum similibus. Sed prima opinio videtur verior, per iura prius alleg. cum simi.

20 † Sed an tutor a vel curator nomine pupilli, infantis, vel curatoris pro adulto potest facere pacẽ vt valeat. Respon. & videtur quòd non vt C. de pact. l. pactis, ff. pro empt. l. qui fundum, §. tutor. cum simil. Econtra quod sic, quia pro ipso iurare potest, & iuramentum deferre & transigere, ff. de iureiu. l. tutor. de in lit. iuran. l. videamus, ff. de fur. l. pignore, §. fi. & l. interdum. §. qui tutelam. Item quia loco domini tutor est, ff. de admi. tut. leg. tutor, §. qui tutelam. Solu. dico, aut certus est de maleficio commisso, & tunc non possit in præiudicium minoris, alias sic videtur, ar. C. de transact. l. pactum. de admi. tu. l. j. §. sufficit. & l. Lucius. in fi. cum simi. Sed an possit minor pacisci cum autoritate tutoris vel curatoris, dixi supra. proxi.

22 † Sed nunquid si plures refecerunt pacem adinuicem de omnibus iniurijs, vel offensis hincinde illatis, promittentes adinuicem non contrauenire sub certa pœna &c. & contigit ꝙ vnus fecit contra pacem, & alius postea ipsum percussit ex parte aduersa, puta M. percussit B. an possit de pace rupta accusari & puniri, & incidat in dicta pœnam? Respond. & videtur quòd sic per l. C. de vi pu. l. si quis. item quia fecit ex

inter

ADDITIO.

a ¶ An tutor. *Vide Bal in d. l. pactum hic alleg. & ibi Alex. & adde Abb. quem omnino vide in consi suo 29 in 1. vol. Ang. & Pau. de Castr. in l. tutoris, ff. eo. tit.*

interuallo, vnde ad vinditam fecisse videtur, quod licet, C. de iudis. l. nullus, ff. de vi & vi arma. l. 4. §. cum igitur. Item quia pronnissio de non faciẽdo sæpe committitur, ff. de verb. obl. l. sicut. Econtra quòd non, quia ille fregit sibi pacem, vnde non debuit ei obseruari pax. C. de pac. l. cum proponas, C. de transac. l. siue apud. & l. si quis maior. & hoc verius videtur. Sed tamen Potestas loci poterit ipsum punire de offensa illata, non autem de pace rupta quia maleficium non debet esse impunitum, vt ff. ad l. Aqui. l. ita vulneratus. & quia quantum est ad commune delinquit, ut [illegible] licitatio, §. quod illicite. de publi. vnde puniendus est communi, cuius publice interest ob maleficia pœnas solui, ff. de fide-
11 iusso. l. si a reo. cum similibus. † Sed pone, quòd statuto cauetur quod si quis habuit pacem cum suo inimico, quòd dimittatur ei pœna vel condemnatio, vel quod debeat eximi de banno. Ponamus quod vniuersitas alicuius loci propter delictum commissum fuit condemnata, & vult facere pacem, vt pœna mmuatur, vel vt eximatur de banno, qualiter fiet? Respon. faciet syndicum cum speciali mandato ut supra. dixi in prin. & ille syndicus nomine, & vice vniuersitatis prædictæ faciet pacem, & hoc videtur sufficere, argumentum quod cuiusque vniuer. l. item eorum, §. actionem, & l. 2. ibi, quod non erit dicendum &c. & l. nulli. & ff. de fideiusso. l. mortuo. quia syndicus repræsentat totam vniuersitatem, & ideo dicitur syndicus, id est singulorum causam dicens &c. Et qui per alium facit, per seipsum facere videtur &c. dummodo syndicus sit legitime constitutus, vt d. nulli. Nam omnes consiliarij sunt vocandi, uel sono campanæ, vel voce præconis, prout moris est, vt quod omnes tangit, ab omnibus approbetur. C. de auto. præstand. l. j. Sed saltem duæ partes omnium consiliariorum debent esse præsentes, & maior eorum pars debet consentire, vt in d. ctis legibus. & ff. ad municip. l. maior. & autoritas etiam superioris. & consensus debet accedere, ut l. si decretum ordinis, C. de seruis reipublicæ mater. cum similibus.

Tractatus Bonifacij de Vitalinis super maleficijs, explicit.

QVÆSTIO DOMI. IOAN. ANDREAE.

De clericis relinquentibus habitum & tonsuram, & delinquentibus, qualiter puniantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Decretalium dubitatio tollitur circa clericos delinquentes non in habitu & tonsura.*
2 *Clericus clericaliter viuens, si delinquat, an priuilegium amittat.*
3 *Clericus non clericaliter viuens, quando amittit priuilegium.*
4 *Clericus accipiens secundam uxorem, vel viduam, vel se faciẽs militem, amittit priuilegiũ clericale ex toto.*
5 *Clericus accipiens vnam vxorem & virginem quando perdat priuilegium, & quando non.*
6 *Clericus nõ vxoratus non portans habitũ nec tonsuram, quando priuilegium perdat.*
7 *Clerici non deferentes habitum nec tonsuram, & se enormibus immiscentes &c quando nullo gaudeant priuilegio.*

1 QVIA sæpe † quætimus & dubitamus de clericis relinquentibus habitum & tonsurã, & delinquentibus, uel facientib. contrarium ordini clericali, ad dubitationem tollendam
2 omnium decretalium sic distingue: † Aut clericus clericaliter ducit uitam suam, an non. Et si quidem uiuit clericaliter, & delinquit in habitu quocunque modo & qualitercunque, non amittit priuilegium, nec potest capi, detineri, uel puniri per iudicem secularem: & percutiẽs, uel capiens incidit in canonem latæ sententiæ. 17. quæst. 4. cap. si quis suadente. & in hoc casu loquitur supra. de iud. c. si quis ab homine. quod apparet ex uerbis ipsius capituli, quę dicunt ipsum esse clericum, & in ordinib. constitutũ assertiue. & hoc nisi fuerit incorrigibilis & fuerit depositus per iudicem ecclesiasticum, & traditus postea curiæ seculari, ut ibi dicitur. Si uero clericus non uiuit clericaliter, distingue, aut portat tonsuram & habi-
3 tum, aut non. † Et si quidem portat tonsuram & habitum, tamen uadit negociando, uel tenet tabernam, uel stat ad aliquam stationem & ad faciendum aliquam mercantiam: & tunc non perdit priuilegium clerica-

ricale, nisi post trinam admonitionẽ, & in hoc
casu loquitur extra de vi. & ho. cle. cap. fin. &
hoc apparet per id quod dr̃ in d. c. quidam cle-
rici &c. & ita ponit assertiue, & postea dicit
in negotiationum suarum quæstionibus, per
quòd apparet ꝙ loquitur quando clericus
mercatur & negotiatur causa lucri, & quæ-
4 stus. † Si vero accipit secundam vxorem, uel
viduam, vel facit se militem, tunc ex toto
amittit priuilegium clericale, quia in talibus
non cadit caracter ordinis clericalis, vt 84.
5 di. c. quisquis. & extra de biga. c. 2. & 3. † Si
vero accepit vxorem vnicam & virginem,
tunc portando habitum & coronam, & cle-
ricaliter viuendo, non perdit priuilegium
clericale, vt extra de vi. & hone. cle. cap. cleri-
cus, si tonsura dimissa. alias si accepit vxorem
& reliquit habitum clericalem, perdit priui-
legium, ut extra de cle. coniu. c. pe. & c. Ioan.
6 & ibi no. † Si vero non coniungatus, & non
portat vestes, nec habitum, nec tonsuram cle-
ricalem, & facit aliquid contrarium ordi-
ni clericali, vel delinquit: tunc distingue,
aut leuiter delinquit, vel aliquid facit con-
tra regulam ordinis clericalis, vt quia por-
tat arma, vel ludit ad tabula in vijs, vel mu-
tuat ad ludum, & vadit venando, & tunc
si aliquis ignorans cum clericum commit-

tat in eum, non incidit in pœnam canonis,
si quis suadente, ipsum percutiendo, uel fe-
riendo, secus si scienter, vt extra de sent. ex-
commu. c. sacro, el 2. & hoc, nisi post trinam
monitionem, quia tunc perdit omne priuile-
gium. extra de senten. excom. c. in audientia.
vbi dicit ꝙ portabat arma relicto habitu &
tonsura clericali. & in cap. si contingat. dicit,
quòd delinquit seculari luxu. & ita quodam-
modo non delinquit leuitatis causa, seu mu-
ta. per quæ apparet quòd in ipsis capitulis lo-
quitur quando leuiter delinquit, vel modi-
7 ce. † Si vero relinquit habitum & tonsuram,
& immisceat se enormitatibus, vel sæua ex-
erceat, & in istis perseueret, ita ꝙ hoc facien-
do fuerit deprehensus per iudicem secula-
rem; uel offensus fuit per alium, tunc nullo
gaudet priuilegio, vel beneficio, & in his
casibus loquitur extra de apostatis. c. j. & c.
priuilegijs, de exces. prælat. c. ex parte. circa
fi. & c. perpendimus. Et ratio manifesta,
quia cum elegerit uitam secularem, ipsius
vitæ debet subijci disciplinæ, iuxta illud,
dignum est ut qui cum alijs similem uitam
suscipiunt, similem in legibus sentiant disci-
plinam, ut extra de statu monac. c. recolentes.
& per hoc reducentur ad concordiam glo. In-
no. Ber. & aliorum doctorum.


F I N I S.


TABVLA RVBRICARVM

IN HOC VOLVMINE BONIFACII CONTENTARVM.

Forma

FINIS.


00524258 BVEE 003684


005267238 BVEE 003684